

Consiliorum medicorum liber unicus ... / Accesserunt vita autoris.

Contributors

Brunner, Balthasar, 1533-1604.
Hofmann, Lorenz, 1582-1630.

Publication/Creation

Francofurti ; Leipzig : Apud Carolum Christophorum Immig [etc.], 1727.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/c2vqtpyk>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



62210/13

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON



ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

BRUNNER, B.

W4

LONDON. MEDICAL
SOCIETY OF

BALTHASARIS

BRUNNERI

SS. PRINCIPUM ANHALTINORUM

ARCHIATRI

ET

PRACTICI HALENSIS SAXONUM

FELICISSIMI

**CONSILIORUM
MEDICORUM**

LIBER UNICUS.

EX BIBLIOTHECA

JO. JACOBI STRASSKIRCHNERI

Med. D. & Practici

REIPUBLICÆ RATISPONENSIS.

ACCESSERUNT

VITA AUTORIS ET INDEX RERUM NOTABILIUM
COPIOSISSIMUS.



FRANCOFURTI ET LIPSIAE,

Apud **CAROLUM CHRISTOPHORUM IMMIG,**

BIBLIOPOLAM RATISPONENSEM.

MDCCXXVII.

DUUM-VIRIS
IN RE MEDICA PERITISSIMIS
VIRO
ADMODUM REVERENDO RELIGIOSO
ET DOCTISSIMO
IN CHRISTO PATRI
DOMINO
DN. JOACHIMO EDLINGER
ORD. S. P. BENEDICTI PROFESSO
ET
SUB - PRIORI
MONASTERII SEITENSTETTENSIS
SPECTATISSIMO ET MERITISSIMO
ÆQUE AC
VIRO
NOBILISSIMO EXPERIENTISSIMO
ET DOCTISSIMO
DOMINO
DN. GEORGIO JOSEPHO
HÜRSTELL
PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORI
AC PHYSICO ORDINARIO
CIVITATIS ESENSIS AUSTRIÆ SUPERIORIS
MÆCENATIBUS SUIS AC FAUTORIBUS
GRAVISSIMIS
CONSILIA HÆCCE MEDICA
IN TESSERAM DEVOTIONIS SUÆ INDEFESSÆ
D. D. D.
CAROLUS CHRISTOPHORUS IMMIG
BIBLIOPOLA RATISPONENSIS.

VITA AUTORIS

LAURENTIO HOFFMANNNO,
MED. D. HALENSI
DESCRIPTA.

Dominus BALTHASAR BRUNNERUS, in salinis Saxo-
nicis oriundus, patre LAURENTIO, cive ac fenato-
re Halense, fatus, in schola patria prima jecit artium
liberalium fundamenta; postmodum in perantiquam Er-
fordensium academiam missus, tamdiu inibi commora-
tus est, usque dum totius philosophiæ encyclopædiam
absolvisset & magisterii gradum, primum studiorum seco-
rum præmium, magna cum laude consecutus esset.

Paulo post in academia Salana, præceptore usus cele-
berimo SCHROETERO, studium medicinæ feliciter inchoa-
vit, & in academia Lipsiensi continuavit, ubi etiam à Se-
natu academico in numerum Professorum extraordinario-
rum receptus, usque dum in Italiam proficisceretur. Com-
moratus autem est in Italia per integrum fere triennium,
familiaritate & conversatione usus præcellentissimorum
totius Italiæ medicorum & chirurgorum, inter quos præ-
cipui tunc temporis fuerant *Capivaccius*, *Mercurialis*,
Augenius, *Aquapendens* &c. tandem Hispaniam,
Galliam, Belgium & Angliam perlustravit, in iisdemque
etiam regionibus illa vidit & annotavit, quæ aliquan-
do sibi in praxi necessaria & fructuosa futura esse arbitra-
batur.

Helvetiam transiens in inclyta Rauracorum academia
Basiliensi summos in arte medica honores & doctoralia pe-
tiit insignia, postquam disputationem de phrenitide ha-
buis-

buiſſet , quæ etiam ineffabili omnium cum applauſu , nemine penitus atque penitus discrepante , ſentientibus & congratulantibus omniſus , feliciter adeptus eſt.

Denique voti ſui compos factus , in Germaniam re-
verſus , celeberrimo trium invictiſſimorum Imperatorum
medico , Domino CRATONI à CRAFTHEIM ſe humaniſ-
ſimè & modeſtiſſimè aſſociavit , ita ut domeſticus fuerit ,
ab ipſo filii loco dilectus , cujus etiam ſuaſu clariſſimi Ele-
ctorum & Marchionum Brandeburgicorum archiatro ,
Domini D. GEORGII LAUREÆ p. m. gener factus eſt , qui
ad praxin medicam fores ipſi quam fideliffimè & apertiſ-
ſimè aperuit , ita ut quotannis non ſaltem ipſius inſignis
eruditio , ſed & nominis celebritas ingens indies ceperit
incrementum ; adeò ut multi Principes , Comites , Ba-
rones , Nobiles & alii viri primarii operam & curam
ipſius in faciendâ medicina , quâ domi , quâ foris certatim
expetière. Tunc igitur temporis CONSILIA ſua conſcri-
bere aggreſſus eſt , quæ cum diverſis ſint ſcripta & colle-
cta ætatibus , diverſitatem etiam fortassis aliquam præ ſe
ferent.

Et quanquam propter praxin medicam & peregrina-
tiones penè quotidianas fuit occupatiſſimus , interim ta-
men in oratorio & laboratorio chymico ſudare nunquam
ceſſavit. Quotidiè enim unum vel duos aluit amanuenſes
chymicarum operationum haut ignaros ſed in arte peritos ,
qui labores ſpagyricos promovere potuerunt. Ita enim
in indagandis naturæ myſteriis ardebat , ut intra viginti
annorum ſpatium plusquam ſedecim millia florenorum ,
ſumma cum animi ſui delectatione & ſatisfactione , in
conſciendis arcanis chymicis & quæſitando lapide philoſo-
phico conſumſerit. Si etiam benignus & in omnia potens
DEUS diuturniorem vitæ uſuram ipſi conceſſiſſet , nullum
super-

superest dubium, quin ad summa philosophiæ hermeticæ & veræ chymiciæ fastigia pervenisset, ita ut posteritas hermetica nunquam promeritas ipsi gratias reddere valuisset.

Cum igitur fama BRUNNERIANI nominis celeriter latè diffunderetur & ad aulas magnorum aliquot Principum aliorumque heroum transvolaret, iidemque quoque intelligerent ac exploratum haberent, BRUNNERUM non saltem græcè & latinè esse disertum, sed & germanicè eloquentem, insuper philosophum, medicum ac chymicum eximium & elegantem, multo illorum legitime ipsum per literas vocarunt ac in numerum archiattrorum suorum receperunt, inter quos serenissimi & potentissimi heroes, CHRISTIANUS I. DUX ET ELECTOR SAXONIÆ & JOANNES GEORGIUS, ELECTOR ET MARCHIO BRANDENBURGICUS; non dicam de FRIDERICO GUILIELMO, DUCE SAXONIÆ, & ejusdem electoratus administratore DE MARCHIONE BADENSE, qui magnis sumtibus aliquando ipsum avocaverat.

Nec præterire possum illustrissimos & celsissimos Principes Anhaltinos JOACHIMUM ERNESTUM, JOANNEM GEORGIIUM, CHRISTIANUM, AUGUSTUM & cæteros, quorum archiatri munere per annos complures functus est. Præter hosce multi etiam alii Principes & Heroes ipsius usi sunt consiliis, inter quos primum facile sibi vindicat locum magnanimus & potentissimus Daniæ & Norvegiæ Rex, CHRISTIANUS DEI gratia hujus nominis IV.

Bis etiam ipsi professoris publicæ munus oblatum est ab illustribus academiis Heidelbergensi & Basileensi, sed amore patriæ compluriumque amicorum & cognatorum hortatu & precibus vocationes illas honestè recusavit & in patria remanere maluit.

Vixit

Vixit alias vitam inculpata[m] cum binis uxoribus & numerosa ex DEI vitæ datoris benedictione soble , in timore DEI & amore proximi , spartamque , quam nactus erat , studiosè exornavit , & quamquam millenis obrutus erat patientibus , interim tamen in studio , veritatis christianæ indagandæ occupatissimus erat , educationem liberorum & curas domesticas matrifamilias demandans , pauperibus etiam , sacerdotibus & præceptoribus omnibus gratis inserviens pari etiam fidelitate & cura pauperes æquè ac divites medicando respiciens.

Tandem post varios exantlatos labores , apoplexia debili correptus , per septennium ferè integrum enervatus ac senio quasi confectus , die nocteque de morte , vitæ æternæ janua[m] , meditatus , anno Christi MDCIV. animulam suam redemptori suo ardentibus suspiriis commendavit , vitamque placidissimè cum morte commutavit , postquam LXXI. ætatis suæ annum complevisset.





CONSILIVM I.

IN DIUTURNO
CAPITIS DOLORE, ET DEFLU-
XIONE IN BRACHIA, PULMONES ET VENTRICU-
LUM: UBI ETIAM DE GENUINO CATARRHORUM
MEDICAMENTO BEZOARTICO
DISSERITUR,



QUÆ Clarissimi Medici de temperamento Nobilis & generosi Domini Comitis, tam totius quam singularum partium, de affectionibus atque ex his promanantibus symptomatibus, horum causis & inde nisi solers auxilium feratur, emerfuris morbis; quæ similiter de remediis causam doloris & capitis & brachii sinistri diuturni atque rebellis, non modò aperta sed & occulta atque bezoartica vi oppugnantibus, doctè & solerter scripserunt; mihiq; à Clariss. Domino N. partim exhibita, partim exquisita commemoratione enarrata sunt, deprehendi, eâ fide, diligentia & judicio scripta esse, ut vel noctuas Athenas vel ligna in sylvam portare velle videri possim, si ista prolixè repetere velim.

Quia autem omnia ad id unde cuique sua natura est, ut ait Hippocrates, nempe ad unam causam universalem, discrasiam videlicet viscerum & capitis atque hanc soventem latentem & abditam qualitatem, ex quibus tanquam ex equo Trojano omnes hostes sive symptomata, quibus cum à multis annis sua Celsitudo conflictatur, directâ sunt: & τὸ ὑπελὸν (quod quamvis crebris curationibus sapius demulsum sit, neutiquam tamen superari potuerit) Bezoarticâ antidoto extirpandum rectè

consultant viri doctissimi, nihil video relictum esse quod scribendi occasionem ostendere possit; nisi generosi Domini Comitis voluntati mos gerendus esset.

Dicam igitur quid mihi videatur, non quod à doctissimorum virorum consiliis studiosè dissentire velim: sed ut satisfaciam postulationi generosi Domini Comitis, proponam ea quæ ex usu valetudinis futura arbitrabor. Ut autem non dubito doctissimos quosque viros, quorum de proposito casu sententia rogabitur, unanimi consensu in curatione ad τὸ ὑπερλόν seu latentem *κακὴ θείαν* doloris, qui decennium & amplius duravit, unicè respecturos: ita omninò etiam statuo eos mecum ad duo fundamenta oculos conversuros, nempe ad impedimenta curationis removenda, & ad naturam medicamentorum bezoarticorum.

Impedimenta voco cacochymiam ex inæquali viscerum constitutione ortam, quæ partim est frigidus & crudus, isque ob epatis caliditatem adustus humor in toto corpore redundans, partim lentus & viscidus in capite collectus, suo lentore carunculas cerebri obstruens & expurgationi superfluitatum quæ continuò in capite congeruntur, vias præcludens, qui non modo collectionem harum & inde dolorem exuscitat: Verum etiam causa est perpetuæ defluxionis ad partes subjectas & doloris in illis: veluti mutua vicissitudo doloris capitis & humeri atque brachii sinistri ostendit. Certum enim est crassa & lenta pituita per nares excreta, suam dominationem à dolore tam brachii quam capitis esse liberam; quod humor pituitosus per vias consuetas expurgetur: Vicissim ea instar fluvii cujus ostia obstruuntur retenta dolorem capitis denuò exacerbari, nisi vel ad pectus & ventriculum reliqua viscera, vel ad sinistram scapulam atque vicinas partes exoneretur.

Cum verò talis humor multus sit, atque etiam peculiariter in capite & humero tanquam locis remotioribus sedem fixerit; certè ut tutò bezoarticum medicamentum exhiberi possit frequenter & exquisitè prius evacuandus est; & quidem per ea medicamenta quæ conspirationem habent cum istis partibus singularem: non enim quidlibet agit in quodlibet, ut est sententia Aristotelis. Id enim nisi fecerimus, vel serosos saltem humores relictis crassis & viscidis subducemus, vel parum, relictâ maximâ parte crudorum humorum expurgabimus, causamque præbebimus vel difficili & periculosa, vel infelici minusque efficaci curationi. Nam si magna pars crudorum humorum relinquatur: hi verò beneficio medicamenti bezoartici concoquantur, concocti per sudorem partim expellantur: partim quod crassiores sint, vel propter nimiam copiam uno impetu dissipari non possint,

possint, retineantur, retenti exitum quarant, & hunc non reperientes furere incipiant: de loco ad locum moveantur: Non video quid aliud consequi possit quam morbi acuti cum gravissimis symptomatis conjuncti procuratio: cujus naturam longi morbi diligenti & exquisitâ evacuatione non prius præmissa, in curando induere solent.

Quare in ea sum sententia, majorem securitatem & fidem, absolute & feliciter perficiendæ curationis, sanitatisque firmioris consequendæ, futuram. Si purgantia medicamenta non modo sæpius bezoarticis præmittantur, atque in ipso etiam usu bezoartici frequenter repetantur; sed etiam talia sint, ut pituitam simul cum humoribus adustis ex partibus remotis singulari facultate educere possint: ea tamen solertia præparantibus (tam humorum quam singularum partium, præcipuè verò capitis conditionem respicientibus) complicata, ut absque violentia agant & suaviter atque sine ingenti perturbatione copiosam illam saburram subducant. Id ego facerem præmissis primum pilulis sequentibus.

Recip. *Aloes lotæ*
agarici trocisc.
rhabarb. opt. ʒij

Cum aq. cinamomi f. pill. no. xxv. sumendæ duabus horis ante prandium. His sequentem syrupum evacuandis humoribus crassis atque adustis subjicerem.

R. *Rad. Cichor. ʒj*
Fenic.
Petros. ā. ʒx
pentaphyll.
filipend. ā. ʒv
pæonie ʒvj
Calami aromat. ʒ℥
galang. major. ʒij
Ireos ʒ℥
borrag. ʒvj
polypodij ʒj
Cort. rad. cappar. ʒij
glycyrrhiza ʒvj.
rad. Ononid ʒij
 Sem. *Carthami ʒj*
citri ʒvj
pæon.

fleris mont. ā. ʒij
anisi
carui
cymini in aceto preparat ā ʒij
melon ʒv
endivia
portulaca ā ʒj
gran. alkekengi no. iiij
sort. myrobal. Ind.
chebul.
citrinor.

In oleo amygd. dul. frix. ā. ʒij

herb. origani
calamintha
primula veris
salvia
beton.
agrimon.
meliss.
chamadr.
chamapytb.
adianthi nigri
borrag.
cichor.
endivia ā. M. j.
Incid. & contund.
omnia & in vase.
satis capaci coq.

pro ʒij s. fortiter expressis, in quibus, iterum parum bulliant : flor. an-
 thos, thilia, lil. convall. melissa, stœchad. Arab. borrag. buglossa ā. pi.
 epithym. Cret. p. ii. fol. sennæ s. s. ʒiiij. Postquam satis bullierunt, stent
 in infusione horis 3. post col. sine expressione pro ʒxvj. In quibus ite-
 rum coq. turbith albiss. ʒjs helleb. nig. styr. ʒij zinzib. ʒj caryophyll. ʒjs
 con. citri ʒij. In expresso fortiter facto infunde per noctem agar. tro-
 cisc. ʒvj. rhabarb. opt. ʒjs. Manè ut decet expressis adde syr. de stœ-
 chade, de betonica ā. ʒij mell. anthosati ʒj. Sacchari ʒviii f. syr. coctus
 ad justam spissitudinem. Cui tandem affundatur aq. cinamomi ʒj.

De hoc syrupo exhiberem cotidie manè circiter horam quintam aut paulò post 3ij ut ad horam decimam jejunaret: atque ad medietatem epoto interponerem diem quietis, quo tunderem venam mediam dextri brachii: sequenti mane syrupi usum reiterarem donec omnis absumeretur: atque die uno vicissim interposito, sequenti mane circa horam quartam pro electiva evacuatione exhiberem 3j pilular. Alexandri de nitro, quæ in Lipsiensi, Genensi atque etiam in nostra officina prostant: quarum tanta est efficacia in capitis affectionibus & defluxionibus, occultam malitiam participantibus ut non facile sit par remedium invenire.

Post pilulas exhiberem pro exiccandis reliquiis & exuscitando calore nativo tam in capite, quam in visceribus 3j Mithridatici cum conserva borraginis & cichorii a. 3ij. Idque facerem ante horam quartam matutinam. Hujusque usum quam frequentissime possem propter singularem cerebri & partium nutritioni inservientium corroborandi facultatem. Tribus vero horis à prandio ad educationem earum superfluitatum, quæ post usum medicamentorum purgatoriorum in intestinis relinqui, & usum decocti Bezoartici primo quatrinduo impedire solent; exhiberem tale Enema.

Recip. rad. polypod.

sem. caribam. a. 3vj

rad. pentaphyll.

peron. a. 3ij

althea 3vj

salami aromat. 3ij.

sem. lini

senugrasi a. 3ß

anisi.

carui.

cymini a. 3ij

herb. betonica

origani

calamintha a. M. j.

malva

althea a. M. j.

Flor. chamomel.

meliloti

anethi a. M. B.

Coq. pro 16 j. In colat.

dissol. elect. debier. f. 3v

lenitiv. ℥iij.
diaphœnic. ℥ij
Ol. chamomel ℥ij
anethini ℥j
mell. ros. colat. ℥j
Vitell. ovi no. j.
Mif.
f. Enema.

Corpore sic satis purgato ad Bezoartici usum pergerem, sin minus pilularum, clysteris atque mithridatici usum repeterem. Atque hæc de impedimentorum remotione dicta funto. Alterum fundamentum erat medicamentorum Bezoarticorum, quorum vis & natura in duobus consistit, nempe in singulari proprietate, qua naturæ humanæ amica, malignitati verò adversa sunt: & apertâ qua humorum frigiditatem contemperant, crassitiem incidunt & attenuant, lentorem verò detergunt. Etsi autem lignum Sassafras odoris suavitate omnes virtutes cordis, epatis & cerebri mirificè recreet, capitis affectionibus peculiariter appropriatum & Bezoarticum sit: non tamen video, quomodo propter tenuitatem suæ substantiæ pari felicitate crassitiem humorum incidere & lentorem detergere possit, atque lignum Guaiacum. Consuluerim igitur propter præsentis affectionis diuturnitatem & materiæ, quæ dum dolorem exacerbat calidissimis etiam fomentis (ut D. D. N. retulit) demulceri non potuit, rebellionem, ut inter bezoartica collocentur ea remedia, quæ una cum abdita proprietate, materiam crassam & lentam potentius incidere, resolvere & detergere possint: Quale est lignum Guaiacum cum cortice, quod non solum naturæ amicum est, sed & omnes scopos quæ lignum Sassafras, (cui propter novitatem nonnulli hoc tempore medici nimis intemperanter addicti videntur) perfectius absolvit. Collocarem autem pro basi lignum Guaiacum & Cortices, pro devehente verò & appropriatis ad caput, reliqua hoc modo.

Rec. *Ligni Guaiaci ℥viij cort. hujus ℥j*
passular. ℥j Lig. aloes pulv. ℥ij

Infund. in lb. 2q. xv. ferventis. in olla vitrea & ponantur super cineres calidos per hor. 24. Postea benè clausa coquantur. Antequam verò ad medietatem coctio facta est, injiciatur,

Ligni Sassafras ℥j sem. anisi ℥iij
cinam. elect. ℥iiij fantal. citr. ℥j

Coq.

Coq. probè tecta sine favillis & fumo donec ad medietatem pervenerint : postmodum per se refrigerata , colatura cautè defundatur.

Hujus exhibeantur ℥vj

A sudore semper exhibeantur v. rotulæ exsequentibus confectæ :

R. Spec. Diambra

Diamosch. dul.

Plires Archont. ā. ʒß

Aromat. ros. ʒij

Diarrhod. Abbat. ʒjs

Extr. Pæon. ʒj

Sachari alb. ℥iijs solug. in aq. rosar.

& cichor. F. Confectio in rotulis.

Fecibus prædicti decocti affunde Aquæ communis lib. xx. Coq. ad tertias, sub finem coctionis addendo cinamomi ʒij. Refrigerata per se colentur, & f. potus communis. Quo deficiente :

Recip. Ligni guaiaci probè limati ℥iiij

lig. aloës ʒj. passular. ʒvj

Coq. in lib. xx. aquæ ad tertias, sub finem, ut per quadrantem horæ unâ coquantur, addendo :

Lig. Sassafras ʒvj

sem. anisi ʒij. cinam. el. ʒj

Ubi sua sponte refrixerint colentur. Etsi autem generosissimo Domino Comiti difficile fortè videbitur ab usu cerevisiæ & vini abstinere , ubi tamen ipsius Generositas de diuturnitate mali, quod secundum medicamenta paulò angustiorē victus rationem requirit, moneatur ; non dubito ea in parte facile obsecuturam. Stante usu decoctionis , octavo quoque die cum cassia & Conf. Hamech vel pilulis de Chamepithide purgarem & in tertium quemque diem usum mithridatici ad ʒij immediate ante usum decocti pro singulari capitis confirmatione & malignitatis extirpatione repeterem. Continuarem verò decoctionem ad quatuor septimanas.

Victum præciperem eum , qui humoribus peccantibus & morbo oppugnando esset idoneus, ita quantitatem commoderando, ne vel nimis tenuis esset, vel negligentia calamitatem accersere posset.

Hujusmodi Curationi tantum fido , ut prolixiorē disertationem frustra institui existimem. Nam hâc rectè absoluta, omnia symptomata sub quibus & sanguinis sputum comprehendendo, sponte cessabunt. Idem statuo de cæteris medicamentis localibus atque adeò de thermis , quarum usus non videtur fore infructuosus, abdito hoste superato.

CONSI-

CONSILIUM II. IN CEPHALAEA, CATHARRO, CACHEXIA ET SPUTO SANGUINIS.



Magna Fide summaque diligentia corporis habitum ac valetudinem Nobilissimi Domini scriptis expressam obtulit, & de ea sedulo mecum contulit vir Clariss. D. N. N. Ex omnibus autem, quæ conscripsit, & coram retulit, satis apparet: Nobiliss. Dominum morbis vehementibus, iisque diuturnis affligi. Ab iis quod hætenus liberari non potuerit, in causa est, materiæ contumacia, & occulta quædam malignitas, quæ digestivis & evacuativis vix cessura est, nisi verum ejus bezoar adhibitum fuerit. Pervestiganda itaque est talis medendi ratio; quæ blande & sine ulla offensione curet, malignitatem ex proprietate corrigat, ac viscera ad æqualitatem reducat.

Cum verò ante decem annos laboraverit, ut doctè N. N. conjicit, feбри ardenti, ex qua integræ sanitati non omninò restitutus, in capitis ingentem dolorem, versus syncipitis partem inciderit, non mirum est, si ex eo tempore, magnam eorum quæ proposita sunt, symptomatum patiantur permissionem, cum ex eodem fonte omnia derivari videantur. Et si enim quæ describuntur symptomata & indicia sint malè affecti capitis & cerebri, non tamen inferiorum partium solo consensu, sed & proprio affectu cerebrum laborare indicat doloris perseverantia, morbiq; totius diuturnitas.

Verisimile igitur est, caput ex inferiorum membrorum discrasia, & succorum pravitate, aliquid proprii vitii ob longum temporis spacium in se attraxisse.

Adsunt præterea aliqua signa malè constituti jecoris, quod primum ex crudis humoribus, obstructione cacochymica debilitatum fuit, donec in totam ejus essentiam expravorum humorum illuvie corruptio invaserit.

Ob quas causas mali fontem in jecore olim fuisse dicendum est, ex quo vitiosus humor in caput, thoracem, renes & alias vicinas sedes redundavit, ita ut nunc non solum caput, sed etiam totum corpus malè affectum sit. In priori autem cerebri ventriculo, ex pituitoso succo inhærere obstructiones, propter quas viæ eventationis cerebri, circa ejus carunculas occludantur, vel inde patet, quod gravitatem in capite sentiat, propter materiam in panniculos infusam, quæ in naribus mucosæ pituitæ intercipit

intercipit transitum. Hinc crudi viscosi & glutinosi in capite catharri, qui si ad scapulas & brachia destillent, dolorem in musculosis, & carnosis partibus excitant, si ad thoracem & præcordia, pectoris dilatationem intercipiunt, orificia venarum aperiunt, ut cruentum sanguinem sæpè expuat.

Primariam verò harum ægritudinum causam fuisse, rectè vir ille conijcit, ventriculi & totius dispositionem calidam & humidam, quod cruda multiplicatæ fuerint superfluitates, ex quibus fumosæ eructationes, & per ambitum venarum evaporationes cerebrum adeò molestarunt, ut in priori ejus ventriculo sedem fixerint, cephalæam gravem & antiquam causerint, ex qua communis sensus diminutus est, ut ad soporem dispositus videatur.

Renum passio iisdem ex causis oritur, siquidem renes epati, epar cerebro, & ita cerebrum renibus alligatur. Humor autem peccans est materia crassa, viscosa, tenax, quod si subtilis & aquosa, vel biliosa, fervens & levis, verenda forent, pleuresis, pulmonum corrosio, melancholia hypochondriaca, tremor & paralyfis.

Hæc sunt quæ impendere video, ita tamen ut partim præcaveri, partim jam genita, curationem aliquam tempore sint admissura, si ea fuerit lenis & blanda, quæ tanquam per antidota sensim symptomata evellet, observatâ debitâ victus ratione.

Et quoniam eruentum ejicit sputum, quod nondum ex rupta aut erosa, sed ex aliqua aperta vena forsitan propter abundantiam sanguinis fiat, abstinendum erit à vehementer aperientibus & abstergentibus, ab hiera, aloë & agarico, quod venas corradere oraque patefacere soleant.

Observandum etiam erit, an tussis cum lenta febris dominum fatiget, an difficilior sit respiratio, an malignitatis aliquid in thorace sit collectum: cum id genus mali medicos non rarò soleat decipere.

Præmissis itaque digestivis & Evacuativis, ad id genus morbi accommodis, vena media dextra secanda. Procuranda est jecoris, ventriculi, cerebri, renum & thoracis proba concoctio, tunc adhibenda cura ligni aromatici Sassafras, quæ licet sudorem provocet, gratior tamen in eo esse solet, quod jucundum spiret odorem, suavem habet saporem, & quod aliquo modo liberis & primarijs viris liberiores licentiam promittat.

Thermarum usum hoc tempore multis de causis dissuadeo, ante ejusmodi sudorificam curam. Ea autem absoluta, tum thermæ profuturæ erunt, si pravi humores consumpti & nobiliora viscera ad æqualitatem prius redacta fuerint.

Revulsionem & localium ac exteriorum medicamentorum administratio, quam tu latius inquiris, iusto ac debito tempore adhibita, suas quoque facultates præstat, quibus vix indigebimus, si nobilissimus nostris præscriptis obsequi voluerit.

R. Herb. Paralyf.

Eupator.

betonic.

ceterach.

Cuscuta

asari

endivia ā. M ij

Rad. Polypod. querc. ʒi

Ireos

fœnic.

liquirit. ā. ʒß

Sem. Carthami conquass. ʒß

anisi

fœniculi ā. ʒj

flor. anthos

majoran.

stæchad. Arab.

rosar. rub. ā. P. ij.

Galanga

Nuc. mosch. ā. ʒj

F. decoct. in lb iij aq. cor.

ad consumpt. tert. Col.

Incolat. inf. fol. senna Alex.

absque stipitib. ʒj

agar. el. ʒß

zinzib. alb ʒij

Cinamon. el. ʒij

Bulliant rursus una atque altera ebullitione, deinde fiat fortis expressio.

Recip. Colatura ʒiij.

Syr. de Stæchad.

Beton.

Cichor. ā. ʒß

Mis. s. haustus pro una vice.

Reiteretur sepsies.

Recip. Colatura dicta ℥ij

Syr. ros. sol. ℥js

Confect. Hamech. ℥ij

Extract. Rhabarb. ℥j.

Mis. f. haustum.

R. Mass. pill. Aurearum

Cochiarum

Agar. rec. trocis. ā. ℥j

Diagryd. gr. iij

Cum Syr. Violar. f. Pill. no. xvij.

R. Cinamomi elect.

Rosar. rub.

Santali citrini ā. ℥ij

Margarit. præp.

Corall. rub. præp. ā. ℥j.

Cornu cervi ℥ss

Spes. Diambre

Diamusch. dul. ā. ℥j

Sacchari albiß. in aq. ros. dissol. q. s.

F. Conf. in rotulis.

R. Sassafras minutim concis. ℥ij.

Sarsæ parigl. ℥j

Lig. aloës crasse pulveris. ℥ij

Aq. fontana ℔ x.

Aqua calc fiat ut serveat, & super fundatur aliis in olla vitreata magna positis, & per 24. horas recta macerentur, dein bulliant ad consumpt. 4. librarum, deinde ab igne remota servantur benè recta dum refrigerentur, denique colentur. Dosis ℥v.

R. Semel decoct. Inf. aq. font. ℔ xj

Bulliant ad consumpt. ℔ ij

Serventur benè recta, dum refrigerentur, tum colentur.

S. Potus pro siti.



CONSILIUM III.

IN ERYSIPELATE FACIEI ORTO
à CALIDITATE IECORIS ATQUE CEREBRI,
ET OBSTRUCTIONE LIENIS CUM
INFLATIONE UTERI.



Uod uxor tua, vir Clarissime, toties Erysipelate faciei corripatur, in causa est, calidissimum ipsius epar, & lien obstructum pariter ac induratum accedit cerebri quoque caliditas. Et cum hepar ac lien humores colligant in æquales, ex commistione horum non solum Erysipelas in facie, sed & rimæ in labijs prodeunt, præsertim si adjungantur ichores falsi & acres.

Cum etiam splen sit obstructum, non mirum si intumescat, doloresque in sinistro latere sub costis squijs proferat. Propter istas enim obstructions lien probè officio suo fungi, sanguinemque crassum ac melancholicum segregare nequit, qui cum reliquo sanguine mistus, propter crassitiem cum menstruis exire non valet, hic in venis uteri retentus, uterum non solum refrigerat sed & adedò inflat, ut ægra se gravidam esse aliquoties frustra existimaverit. Talia itaque ipsi propinare volui medicamenta, quibus divino favente numine ab insultu prædictorum affectuum liberabitur.

Primò omnium summo mane deglutiat pilulas A. jejusetque per horas tres eoque ipso die super nodulum C. fundat uncias octodecim cerevisiæ, & usque ad mediæ partis consumptionem coquat, & exprimat, expressum ac colatum refrigerari sinat, refrigeratum in ollam novam cum faculo B. mittat, tantumque cerevisiæ addat, ut sex digitos supernatet, tandem in cellam colloceat, & triduo continuo de expresso, in principio videlicet cujuslibet prandij cyathum plenum capiat.

Quarto die ab usu noduli abstinendum, venaque mediæ brachij sinistri tundenda sanguisque ad uncias sex mittendus. Postero statim die repetendus est usus prædicti noduli, cumque eodem pergendum, usque nihil amplius reliquum fuerit, ad purificationem etenim sanguinis & lienis evacuationem quam maximè conducet.

Post usum noduli pilulas D. ægra nostra devorabit, reliquis vero diebus singulis tempore matutino quinque rotularum confectionis litera G. notatarum comedet, & ante horam decimam prandium non capiet, moxque linimento F. regionem epatis sub costis nothis lateris dextri, simili-

ter

ter quoque linimento E. tepefacto regionem splenis inungere, linteolumque calefactum superponere non grave sibi ducet: hasque inunctiones circa horam tertiam pomeridianam sedulo repetet, usumque oleorum & rotularum ad aliquot dies continuabit.

Hoc facto manipulos duos nasturtij aquatici communis in ollulam lacte caprino plenam mittat, coquat, percolet, exprimat, & quaternis diebus de hoc lacte præparato uncias quinque exhaustiat. Interea quoque temporis unguento H. labra rimarum plena inungere potest, quod & ipsa sana reddantur.

Hoc modo uxor tua ad exoptatum pristinae sanitatis statum reducetur, præsertim si fomentum pro matrice, & cætera ad faciei Erysipelas medicamenta non neglexerit, quæ suo præscribentur tempore.

Quod victus attinet rationem, ipsamet cane pejus & angue fugiat omnes calidos cibos & aromatibus conditos, similiter cibos dispeptos, caseum, placentas, carnes & pisces salitos & fumo siccatos, ut & carnes ferinas, cervinas, leporinas &c. præcipuè rancidas. Insuper ab usu sinapi, raphani, allij, ceparum, leguminum & omnium eduliorum caput replentium abstineat, nec minus à potu vini fortioris, ab aëre intense frigido & calido ab irâ & terrore, quæ omnia tanquam hostes insensissimos summo prosequi illam odio oportebit. Benè vale.

R. *mass. pill. de rhabarb. recens diss. ℥ij*

de hiera c. agarice ℥j

diagryd. gr. js.

cum aq. fumarie

f. pill. no. xxij

f. Cataporta A.

Reci. *Rad. Scorzona ℥ss*

lapat. acuti ℥ij

cickor ij

endivia a. ℥ss

Cort. *rad. cappar.*

tamaris.

fraxini a. ℥ij.

Sem. *Aqui legis*

dauci

endivia a. ℥ijs

rhabarb. opt. ℥ij

B 3

Spica

Spica Ind. ʒʒ
 agarici trocisc. ʒiijs
 Fol. senna ʒijs
 Epithymi Cretici ʒj
 Herb. Epat. nobil.
 cichorij
 endivia ā. M. j
 ceterach
 lingua cervina
 spicanti ā. Mʒ
 fumaria
 adianti nig. ā. P. j
 flor. Sambuci M. j
 Incisa & contusa ligentur in sacculo
 facto ex panuo lineo albo duplici.
 S. Sacculus B.
 R. Rad. ellebori nigri Styriaci
 preparati ʒiij
 Caryophyllor ʒij
 pulverisata ligentur in nodulo.
 S. Nodulus C.
 Recip. Maʒ. pill. cochiar.
 aurear. ā. ʒj
 aggregat. ʒʒ
 ammoniaci in aceto scyllitico dissoluti ʒʒ
 cum aq. flor. sambuci s. pill. no. xxj
 S. Putele D.
 Recip. Ol. chamomel.
 pingued. Taxi ā ʒiij
 de capparb. ʒvj
 laurini
 rutacei ā. ʒij
 Mis. s. Linimentum E.
 Recip. Vnguent. rosar. Mes. ʒʒ
 Ol. rosar. ʒiij
 de absynth. ʒij
 Mis. s. Linimentum F.

R. *Spetier. diarhod. Abbatia*

diatrion santal. ʒ. ʒjss

troc. de capparib. ʒß

diamargar. calid. ʒj

Ol. macis gr. iiij

Sachari albiß. soluti in aq. cichor. ʒ

endivia ʒiiij. f. confectio in rotul.

f. Confectio G.

Recip. *Ol. amigdal. dul. ʒvj*

Mastich. ʒiiij

Rosar. ʒjss

Ol. nuc. mosc. per expr. f. ʒj

cera parum.

Mis. f. Unguentum H.

CONSILIVM IV.

IN ATROPHIA, CAPITIS GRAVITATE AC VERTIGINE, ET SICCITATE ORIS PERPETUA.



Uoniam ægrotans iste non solum non pinguescit, sed indies macrescit, insuper jejunos cum perpetua oris ariditate non leves capitis perferunt dolores, nec raro vertigine tentatur, certo certius est, hæc ab incallescencia mesaraicarum venarum, intra ventriculum, epar ac lienem sitarum, promanare. Quando enim prænominatæ venulæ à nimio potu incallescunt, chylus præparatus unà cum sanguine atrabilario, qui à liene debebat sequestrari & attrahi in iisce retinetur, qui postea instar aceti acescit, & fervefactus crebras exhalationes & fuligines ex sese promit, ac vertiginem cum cæteris affectibus gravissimis producit. Cum etiam in ægroto nostro tumor hypochondrii sinistri infailibile obstructionum lienis signum appareat, nec non epar cum vesicula fellea sit obstructum, quod ex lètero conjiciendum, non mirum si prædicta symptomata omnia accrescant, deterioraque evadant. Maxime itaque necessarium, ut maturè illis occurramus, alias tota massa sanguinea acida & biliosa redderetur, atque lèterus cum atrophia (quippe cum sanguis ad nutritionem corporis sit ineptissimus) ingens caperet incrementum.

Ne forte

Ne fortè igitur hæc eveniant, primò omnium Bolum A. summo mane ægrotus noster devoret, atque ad 4. usque horam jejuset. Postero statim die usum noduli B. aggrediatur. Tertio verò die è vena dextri brachij basilicâ vel mediâ uncias quatuor vel quinque sanguinis mittat, sequentibus verò diebus ad aliquot dies, ut moris est, cum nodulo pergat. Absumto nodulo catapotia C. deglutiat & quibuslibet matutinis morsulum E. comedat, regionemque Lienis cum unguento F. tepide inungat, idque circa horam tertiam vespertinam repetat.

His ità peractis decem diebus continuis Drachmam unam de pulvere D. cum uncijs quatuor Seri caprini summo mane & horis quasi antelucanis capiat, cyathumque unum & alterum Seri superbibat, moxque deambulando se tantopere commoveat, ut & sudor minetur eruptionem. Venis hoc modo refrigeratis fitis evanescet, ἐμφράξεις lienis epatisque adaperientur, corpusque legitimâ gaudebit nutritione. Quod si fortè accidat, ut ventriculus Seri ratione gravamina persentisceret quædam, tum verò ægrotus noster à quolibet prandio & cœnâ cochlear trageæ G. capiet, nihil bibendo ulterius. Cautus quoque esto in δυνάμεισι cibis vitandis. DEUS medicationi nostræ clementer annuat.

R. *Elect. de Psyllio* ℥ij
de succo Rosar. ℥js
Spec. Elefscop. ℥ss
Mis. pro Bolo.
S. Electuarium A.

R. *Rad. Petrosel. Endivie,*
Fœnic. graminis a. ℥iij
Chelidon. major. ℥vj
Cort. Rad. Thamarisc.
Fraxini, Cappar. a. ℥iij
Rad. Cichor. ℥vj
Sem. Scariolæ, carduibened.
Aquileg. Dauci a. ℥js
Flor. Cyani M. j
Herb. Carduibened. Cuscuta, Ceterach.
Agrimon. Ling. Cervin. Cichor. a. Mss
Fol. Senna ℥ij
Epithymi Cret. ℥j
Rhabarb. opt. ℥js
Spica ℥ss

Agar trociscati ʒij

Pulverisata ligentur in nodulo facto ex
panno lineo duplici.

S. Nodulus B.

R. Maß. pill. de Rhabarb. recent. dispens.

Aggregat. ā. ʒj

Ammoniacy in aceto scallit.

dissol. gr. xxij

Dacryd. gr. js

Cum pul. ceterach.

F. Pill. no. xxvij.

S. Pilula C.

R. Spec. Diarhod. Abb. ʒijs

Diatrion santal. ʒß

Sem. Aquileg. Pulv. ʒjs

Card. ben. ʒij

Scariol. ʒj

Pul. Verm. terrestr. ʒij

Rad. Cichor. ʒß

Reste bovis ʒß

Succini, spodij, de ebore ā. ʒß

Troc. de Capparib. ʒj

Sach. alb. ʒß

Mis. f. Pulvis D.

R. Troc. de Capparib. ʒiij

Spec. Diarhod. Abbat. ʒjs

Cinamomi acutiss. ʒj

Cort. citri condit. ʒvj

Cons. anthos ʒiij

Sach. alb. sol. in aq. Cich. & cuscute q. s.

F. Cons. in morsulis.

S. Morsuli E.

R. Bdellij, ammoniaci ā. ʒij in aceto

dissol.

Ol. amigdal. dul.

Lilior. alb.

De capparib. ā. q. s. cum pauxillo cera

F. Linimentum F.

C

R. Cori-

R. *Coriand. præp.* ʒ℔.

Anisi ʒiij

Cinamomi ʒ℔.

Cariophyll. ʒj

Calami aromat. ʒ℔.

Mastic. ʒij

Sachari alb. ʒij ʒij

Misce

F. *Tragea Stomachalis* G.

CONSILIUM V. IN MELANCHOLIA HYPOCHON- DRIACA ET CATHARRO.



Quid ad recuperandam Illustrissimi Principis ac Domini, Domini N. N. secundam valetudinem, quod maximè faceret, à mea tenuitate proficisci posset, (viri Clarissimi & Consultissimi, Domini & Amici honorandi) ad illud certè subjectissimo studio, summâque voluntate præstandum nihil pateret in me desiderari.

Adhibita hæctenus, ut relata testantur à vestris præstantiis sunt ea, quæ maximopere è re esse videntur, & adhuc methodicè κατὰ λόγον adhibentur. Ad quid ergò meum, quod vel nullum vel infirmum esse facilè gusto iudicium requiratur utique non video. Eadem ut sanè illustrissimo Principi in eadem dispositione præter naturam, jam ante profuerint, in alia tamen jam non ità prodesse posse, quis est qui non intelligat? Εἰς αὐτὴν ἀναμνηστικῶς cum indies etiam ferè mutantur, absens ego quid certi in medium proferre poterò? Veruntamen ne vel illustrissimi Principis Clementissimæ voluntati videar repugnare, vel consiliis vestris saluberrimis non velle subscribere; paucis quantum per alias occupationes hoc tempore fieri poterit de præsentī statu quid sentiam, exponam.

Præcipuum autem quod illustrissimum Principem nunc exercet malum, est melancholia consensus ex hypochondriis maximè autem à sinistro, atque illa quidem confirmata.

Fons illius mali quis alius quam frigida ac nativa ventriculi intemperies, & calida sed accidentalis, ratione obstructionis, lienis? καὶ τὸν αἴτιον quod

quod nam aliud quam flatus? τὸ περιγύμνον succum esse mixtum, partim frigidum lentum & viscidum, partim calidum, adustum, feculentum, dubium non est.

αἴτια τὰ περικαταρκτικά varia cum sint, nec ἐνδείξεις suggerant utiles, omitto.

Διοτροπὴν hujus mali methedicam quod attinet, flatus ac symptomata inde enata, reprimentibus, discutientibus, revellentibus &c. coërceri quidem & sedari possunt: possunt etiam σὺν θεῷ causæ præcidi antecedentes successivè, medela τῇ δὴ κεραταιῇ pro ratione qualitatuum succi misti, contemperantibus scilicet concoquentibus, incidentibus, attenuantibus, abstergentibus, evacuantibus &c.

Fontem autem penitus exhaurire velle (non dico diminuere) tantum abest, ut hominis esse alicujus nostri seculi existimem, ut haud sciam an ipse Æsculapius, si viveret, præstare idipsum posset. Rectè igitur facitis viri præstantissimi, curationi τῇ κοτ' ἀπὸ κεραταιῶν quod insistitis, dirigendo nempe oculum dextrum ad mali hypochondriaci causas, sinistrum verò ad vires & symptomata à vehementia causarum pronata.

Electuarium Horatii Augenii absque Dronico quod attinet, eximium sanè id esse, maximeque utile corporibus robustis non nego: Sed quorum calor languidusprehenditur, iis offerre non audeo: malignitatem chalybis attendens, quæ ut ut corrigatur, semper tamen in ejusmodi corporibus appetitum prosternendo exerere se solet, ἢ ἐνφοβία, an continuendus sit ejus usus, brevi indicabit.

Quod si illius vices suppleat claretum ex ingredientibus Syrupum de scolopendria vel similibus paratum? (Syrupos Illustrissimus Princeps averfatur, nec sine causa, dulcia namque bilem movent, nauseam pariunt & ex usu illorum teste Medicinæ parente ἐξείρεται καὶ μέγας γίνεται ὁ πάλιν) hoc modo:

R. Fol. Ceterach.

Leg. Cervinæ

Endivia hort.

Epatice

Absynth.

Cichor.

Casute ā. M. B

Sem 4. Frig. major. excort. ā. 39

Flor. Borragin.

Bugloss.

C 2

Melissa

Melissa
Capill. Veneris ā. M. j
Rad. Fœnic.
Asparagi
Eringij
Scorzonera ā. ʒβ
Enula ʒij
Cassia Lignea
Lacca
Spica Ind.
Macis ā. ʒj

Incisa postmodum incidenda non contusis ponantur in manicam Hippocratis, affundendo ter vel sæpius vini Neccarini oligophori calefacti, primâ vice & in quo Sachari candi albi ʒj dissoluta prius fuerit ʒiij donec vinum colorem acquisiverit pellucidum, non subfuscum & obscurum. Dosis illius vini ʒiij plus minus, pro ratione indicationum, tempore prandii & cœnæ, loco primi haustus per biduum vel triduum.

Et quarto quoque die, donec obstructions viscerum expeditæ atque ater & viscidus succus per intestina propulsus à natura fuerit locum habet Claretum Catharticum ἐν τῶν ὕψη ἀτὰν μελαναγόγων καὶ φλεγμαγῶν, quale erat, quod nuperrimè ipsius Celsitudo usa est, mutatis jam mutandis pro ratione Ἀγέστως præsentis.

Morsulos confortantes, discutientes flatus, aperientes viscerum obstructions, divertentes per vesicam à nobis præscriptos planè approbo, modo olei zedoariæ ingredientis exigua sit quantitas.

Quantum ad serum lactis, sentio quoque vobiscum tutum ejus usum hoc tempore non esse: tum quia serum aquosis & nitrosis partibus ventriculum frigidum unâ cum intestinâ offendit & inflat, tum quia alvi fluxum læsâ facultate recentrice & alteratrice concitare potest, non ita facile sistendum.

Extractum Cardui benedicti & Veronicæ frigiditatem feri coërcens & incidendo abstergendoque penetrans licet addatur: ægrè tamen & tardissimè calor illorum extractorum in actum deducitur à calore corporis languente. Decoctum radicis Clinæ utiliter tentari poterit, expeditis viscerum & venarum Mesaræi obstructionibus, apparentibus notis concoctionis, & victoriæ caloris nativi: emendatâ tamen & refracta nonnihil facultate ejus siccandi.

Thermis Carolinis verno tempore ad finem properante locus vix erit: corpus enim nondum præparatum, neque intra menstruum spacium satis præparabitur.

Lentum & frigidum succum, ut ut sanè consumant, atque educant thermæ illæ, & ventriculum calefaciendo confirment: attamen atrum succum, cui veræ atræ bilis aliquid admistum fuerit, illas irritare, atque ejus majorem effervescentiam efficere pro certo haberi debet. Expertus enim sum in non paucis melancholicis, eos paulò post usum illarum thermarum in febrim incidisse acutam ac postremò vitam ipsam cum morte commutasse.

Hæmorrhoides si natura aperiret *δοταυπμάτε*, benè quidem esset, verum, cum veræ atræ bilis non parum latitet in massa sanguinis non suaderem ut arte aperirentur.

Subsequi enim posset, non modò dolor in intestino recto paracutus, sed & fistulosi ulceris generatio.

Tuissim quod spectat, licet is, DEO fortunante, penè omnis abierit, præclare tamen faciunt vestræ præstantiæ, quod reliquiis consumendis operam dant, attendentes simul, ne quid in thorace delitescat *ὠνέλον*, neve putrescente materia ulcus succedat aut hestica.

Atque ita mentem meam quâ fieri potuit brevitate viri clarissimi vobis aperui, non dubitans vos in optimam partem, quæ prolata sunt accepturos, meamque opellam, qua par est reverentiâ humillima principi illustrissimo oblaturus esse meo nomine promptissimam, ac quovis tempore paratissimam. Valete.

CONSILIVM VI.

IN MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA OB MOEROREM ANIMI.

Retulit mihi tuus minister aulicus, Vir Nobilissime, ut sese res tecum habeat. Explicite id adeò factum & expeditè, ut periti etiam Medici palmam eâ in enumeratione ambiguam fecerit. Colligo autem ex signis competentibus, te Melancholicâ laborare hypochondriaca. Signis autem iis hic ubertim recensendis supersedebo, quod id alibi à me factum. Rectâ ergò ad causas morbificas me conferam, ut & ad indagationem symptomatum.

Malum hocce primum apud te exiit à causâ externâ, mœrore quippe animi, qui viduum lectum subsecutus fuit. Ibidem enim ob perseverantem mœstitudinem cor & vitales spiritus plus quam par erat, incaluerunt, & exiccati sunt. Eo ipso malo & vicinæ partes contabuerunt penitus. Inde splen cum venulis mesaraicis in similem intemperiem, quæ calida est & sicca, deducta fuit. Est ergo morbus hic ex eorum numero, qui in via dicuntur. Clarius loquar; est obstructio venarum mesaraicarum tum dextri, tum sinistri hypochondrii. Iis in venis tum chylus, tum pituita, quæ ex depravata ventriculi coctione ob calorem & siccitatem exteram generata est, moras nectunt. Sic ergo chylo ad epar transitus minimè patescit: sic etiam successu temporis ea ipsa materies redditur contumacior.

Proinde impofterum lien humorem melancholicum nequaquam sufficienti in quantitate attrahet. Adauctum fuit hoc à te malum, dum quædam, quæ contra sacram Scripturam militant, volens commisisti.

Quæ verò illa, inquires dubio procul? Date sinceram mœrentibus a scriptura: id est, Mœrentibus imperare dimotionem curarum & mœstitiæ ex animo, & statuere illis modum convenientem, ne in morbos incidant graves & incurabiles.

Vides jam, nobilissime Domine, ut temetipsum hætenus possunderis. Vitium enim depravatæ in ventriculo coctionis inde certissimè exiit. Hæc omnia cum in immensum excrevissent penitus, natura per terribiles vomitus hætenus tentavit ejicere. Talibus autem tantisque symptomatibus, vertigines, lipothymia, palpitationes cordis, paroxysmi paralitici & quasi apoplectici, sese junxerunt comites.

Eo tempore succurri fortasse potuisset per evacuationes, quæ obstructions hypochondriorum vel aperirent, vel attenuarent & detergerent: addita fuisset postmodum quæ viscera principalia corroborarent. Id cum omissum hætenus, primaria symptomata radices egerunt profundissimas. Sunt ea dolor universum caput occupans, præsertim in vertice, tinnitus aurium, catharri, dolor orificii ventriculi compressivus, murmura ventris & hypochondriorum, tandemque ructus & flatus ventriculi. Licet autem quædam eorum symptomatum jam mitigatiora sint reddita, foves tamen adhuc metum vel apoplexiæ vel paralyseos. Unicum hoc superest flagellum, quod te adhuc flagellat & excruciat unice. Quod etiam dolot colicus, qui jam ante te miris afflictabat modis, jam penitus sit sublatus, nequaquam certis caret causis. Cruda enim & copiosa pituita, quæ primæ coctionis est excrementum, nequaquam ob ob-

structio-

structionem venarum mēfaraicarum ad colon ufque promoveri potuit. Cum verò minera ejusdem doloris colici minimè fit eduēta penitus, fed in venis adhuc moras agat mēfarais, metuendum, ne ipsius foliti paroxifmi reverfionem faciant. Hoc ut ne fiat, tali cavebitur ingenio.

Primò omnium minera ea feu materia obftruens per alvum educitor. Dein obftructiones referentor. Primaria vifcera, ut epar, ventriculus, fplen, cerebrum & cor, in naturalem reducuntor temperiem; Venæ demum mēfaræ utroque in hypochondrio aperiuntor, humectantor. Si etiam ob calorem cordis excedentem finiftrum exafluatit latus refrigerandum id decenti modo. Urinæ id prodent clariffimè. Si enim eæ crudæ fuerint, aquofæ & carentes hypoftafi, à refrigerantibus abftinendum, Tinctæ fi fuerint, craffæ & turbidæ, refrigerantibus utendum.

PRIMUM CURATIONIS CAPUT.

Lenientia, feu materiam obftruentem educentia hæc funto.

Recip. *Agaric. recent. trochisc.*

Rhabarb. optimi

Spes. Hiera simpl. ʒ. ʒj.

Cum aq. Betonitæ f. Pilul. no. xxj.

Sumuntor manè, hora 7. jejunetur ad horam ufque decimam.

Illud infuper non involvendum fientio, me bolo quodam hæctenus ufum fuiſſe, quem & hic, pilularum loco non diffluaderem. Cum enim obftructiones utriusque (ut exiſtimo) hypochondrij pertinacēs ſint, bolo illo paulum fortiùs educente viæ communes expurgabuntor, in iisque contentæ materiæ commovebuntor. Statim autem poſt ufum boli illius hor. 3. cibus exhibendus, ut *ἀγρυπνὸς* & concitatus humor depri-matur, minusque inteſtinis faceſſet torminum. Eſt autem ejus hæc deſcriptio:

Recip. *Elect. Lenitivi ʒʒ.*

Sp. Elect. Eleſcoph. ʒj

Ol. Cinnamomi gut. j

Miſce cum Sacharo pro bolo.

SECUNDUM CURATIONIS CAPUT.

Obſtructio venarum jam aperienda. Caco-chymia ſetiam in habitu venarum cum emendanda, tum ſubtrahenda. Exiſtit ea obſtructio ab inæqualibus humoribus, tum calidis & ſiccis, tum frigidis & humidis, pituitofis, melancholicis, frigidis & ſiccis. Quapropter medicamini aperiendi miſcenda erunt calefacientia refrigerantia & humec-tan-

stantia. Cacochymia autem, quæ pituitosa est & melancholica, partim alterabitur, partim expurgabitur.

R. Rad. Cichorij ℥j
 Fœniculi
 Felicis mar. ā. ℥vj
 Scorzonera ℥j
 [Cort. rad. Cappar
 Tamarisc.
 Fraxini ā. ℥iij
 Rad. Polypodij quer. ℥j
 Pentaphyll. ℥℔
 Pœonia
 Calami aromat. ā. ℥ij
 Medulla seminis carthami ℥j
 Passularum ℥j s.
 Sem. Citri ℥iij
 Pœonia
 Seseli Massil. ā. ℥ij
 Ocymi
 Caryophyll. ā. ℥j
 Dauci
 Aquileg. ā. ℥ij s.
 Pulp. Tamar. Ind. ℥j
 Herb. Agrimonia
 Ceterach
 Spicantbi
 Lingua cervina
 Carduibened.
 Neronica
 Chamædrios ā. M. j
 Herb. Paralyf.
 Chamæpithyos ā. M. j
 Cichorij
 Endivia
 Epatica nobilis ā. M. j
 Coq. in s. q. aq. Cochlearia, Nasturtij
 Aquatici & Betonica pro ℥ xxviij.

In ℥xvj effervescent

Fol. Senna f. s. ℥iij

Epithymi Cretici ℥i s.

Stent. infus. per h. 3. Deinde colentur sine expressione pro ℥viij & servantur: signenturq; PRIMA COLATURA.

Deinde R. alteram partem colatura, qua pendet lib. 1. & in illa coquantur ad medietatem.

Cortic. rad. Elleb. nig. Styr. præp. ℥iij

Turbith. alb. ℥ij

Garyophy. ℥ij

Zinzib. ℥j

Vbi sat cocta fuerint, colentur pro lib. s. qua addatur prima colatura, & in his colaturis ambabus in nodulo ligata per noctem infundantur.

Agarici trochisc. ℥vj

Rhabarb. opt. ℥j s.

Spica Indic. ℥j

Manè ebulliant parum, & exprimantur fortiter, & adde

Syrupi Bizantini

de Scolopendria ā. ℥ij

Mellis anthosati ℥j

Succi Ruta ℥vj

Cochleari ℥j

Sachari albiß. lb s.

Cog. ad formam Iulepi aromatizati Cinnamon. gr. X. & S. Purgiersafft.

Quamvis autem hoc medicamentum ingrediantur radices Ellebori nigri & Turbethum eorum tamen activitas adeò emendata, ut naturæ convenient, peccantesque materias suaviter benignè & sine violentia educant. Usus hic erit. Singulis diebus, post usum lenitivi, mane h. vj tres uncias capiat, quibus tamen vel oleum anisi, vel cinamomi, vel caryophyllorum adstillarit, ebibet, servato ad hor. x. jejunio. Post assumptas illas tres uncias licet dormire paululum, non tamen ultra semissem horæ: sudor etiam omninò esto prohibitus. Quinquies cacabit de die ab usu hujus medicaminis. Quod si, nobilissime Domine, per singulos dies usum hujus medicaminis sustinere nequis, quandoque uno abstinebis die. Vel etiam triduum usurpet, quarto subsistat, venamque curet incidi epaticam, ad effluxionem sanguinis ℥v. Arbitror ego, præterea ut id adjiciam, ex diuturnâ mœsticia venas ad ventriculum tenden-

tes incaluisse supra modum. Id si ità, earum refrigeratio innuitur. Per phlebotomiam autem optimè eventabuntur (ignorent mihi manes Ciceronis) & refrigerabuntur.

Quin imò ejusmodi ventilabrum , requirit & ipsum cor , propter vicinitatem & rectitudinem : requirunt id venæ splenicæ sinistri hypochondrij : requirit id totum ferè corpus. Phlebotomia autem ea partienda est. Primo ergo die aperiatur epatica in dextro brachio , emittendo sanguinis uncias tres. Diebus succedentibus ex eadem , sed sinistri brachij , epaticà sanguinis emittuntur uncia duæ vel duæ cum semisse. Hâc ratione non solum caliditati undiquaque succurretur : sed & purgans medicamentum penetrabit facilius , succedetque felicius. Syrupi postmodò , quem supra præscripsi , ulterius continuetur usus. Iste postquam absumptus fuerit , suaserim , ut pro expurgatione mineræ residuæ , bolus supra præscriptus in usum revocetur , sic eum non solum obstructio tollitur , sed & materia quæ ulterius obstructura radicitus extirpabitur. Hâc ratione primæ & secundæ intentioni satisfiet plenariè.

Attendendum autem hoc loci ad lotium. Id ubi clarum fuerit , album , aquosum & tenue , humores in venis melsaraicis contentos , non intensè nimis incaluisse , ostendetur. Aperientia itaque adhibeantur ejusmodi , quæ calida sint attenuantia , incidentia & detergentia. Satisfiet huic indicationi thermis , acidulis , Jure galli decrepiti , secundum descriptionem Avicennæ & Aëtij. Bibas ergò aquam thermalem vel ejus loco jus galli decrepiti , vel acidulas. Aperientia ista duùm sunt generum , calida & refrigerantia. Non autem nullo cum discrimine bibendæ sunt aquæ ex thermarum medicatæ , sed quadrante horæ prius quam bibantur , massæ pilularum sequentium dantur grana x. vel. xiv. Ita enim ijs thermarum aquis major penetrandi vis conciliatur,

R. Rad. Filicis maris
Pentaphylli
Fol. Cardui bened.
Chamaedryos
Ceterach
Veronica ã. ʒij

Pulveris subtiliter & ex ipsis f. Extractum. Cujus extracti recipe gr. 12. vel 14. vel ʒj. form. pill. no. v. vel 7. vel 8. sumendæ mediâ horâ ante thermas. Non solum autem manè hæc sumuntur pilulæ ante potum thermarum , sed & post meridiem hor. 3. Neque etiam post meridiem iterandis thermarum potus , sed solæ dantur , sine thermis , ut cum cibus coenæ commisceantur , sicque cibus evadat medicamentosus,

Usus

Usum acidularum dissuadeo penitissimè, quod multis humoribus melancholicis corpus tuum abundet. Quod si urinæ apparerent rubræ, thermæ neutiquam prodesse. Obstructiones enim calefacientibus & refrigerantibus simul aperiendæ essent. Tunc verò demùm pilulæ ex extractis præparatæ dabuntur h. 7. subsequatur serum lactis caprini in quo ℥ij emulsionis sem. melon. ex aqua graminis vel hederæ terrestres factæ, immiscendæ erunt. Dosis lib. iij. Ebibatur calix alter post alterum pitifando. Jejunium habeatur ad horam usque decimam. Post feri hujus usum, si aëris patitur clementia, deambulandum, ut ita sese id lactis serum profundius in corpus insinuet. Compertum est hoc modo materias, quæ obstructionem faciunt, per urinas & alvum educi. Heic verò medicorum quidam plenis buccis mihi contradicent. Tres feri libras inquit, cur propinabis vice unâ: ventriculo id non exiguam creabit molestiam? Hæc illi. Euge verò, habento sibi hoc responsi. Si sero lactis per venas penetrandum mesariacas, magna requiritur quantitas. Quibusdam tamen pro ratione tolerantia patientis, in minori quantitate exhiberi poterit. Sed non citra noxam id fit ventriculi? Ita illi. Tu noli credere. Stante usu feri caprini, ut ne noxa inferatur ventriculo, sequens pulvis circa meridiem & vespere, quando nihil ulterius bibit, dabitur.

R. *Coriandri in aceto vini præp. ℥s*

Sem. Anisi

Fenic.

Siler. mont. ā. ℥j

Glycyrrhiza rasa

Cinamomi ā. ℥ij

Calami arom.

Caryophyll. ā. ℥j

Margarit. præp.

Corall. rub. ā. ℥j

Masticis ℥ij

Rad. Imperat. ℥ij

Sachari rosati tabulati

Candi albiss. ā. ℥j

Mis. f. Tragana.

Præsens etiam Medicus, ne noxa inferatur ventriculo sacculos, unguenta, scutaque Stomachalia fieri curabit. Retulit mihi præterea tuus famulus, te impotentia quadam eundi laborare. In ipso enim paroxismo hypochondriaco dum te hinc inde manu duci per famulos curas, motu eo

te non parum leviri persentiscis. Unde autem obsecro hæc motus impotentia: unde & hæc per motum & manuactionem allevatio? Impotentia movendi crura & pedes symptoma est motivæ actionis, quæ fit in nervis. Nervi autem læsâ actione morrice moveri nequaquam possunt. Cum ergò motu & manuactione spiritus animales in cerebro, qui Principium motus sine quo vocantur, nondum alterentur, allevatio hæc nervis nequaquam ascribenda. Quandoquidem ergò motio hæc potentiam locomotivam promovet, verisimile est, quiddam musculis, qui pedes & crura movent, ipsorumque musculorum tendinibus inesse, quòd motivam impediatur. Impedimenti ejus materia partim flatus est, partim humor melancholicus, tenuis & flatulentus, qui ejusmodi scorbutica symptomata plerunque causare est solitus. Humor quippe ille & flatus tendines versus centrum eorum contrahit, unde crura difficulter possunt extendi. Materia verò ea in tendinibus & habitu musculorum nidificans, per balnea, per motum, & per medicamenta scorbutica alia discutitur. Motus imprimis in hoc casu masculè flatus discutit, ut & humorem melancholicum ichorosumque. In paralyfi venenosa & apoplexia levi motus & manuactio nocent permultum. Vaporum quippè minera, quæ motu commovetur, si ex hypochondriis sursum feratur, nervos magis magisque opplet.

In tali ergò paroxysmo malum motu inensius redditur in scorbuticis symptomatis mitius. Proderit ergò, si & tu ipse sero caprino nasturtium vel cochleariam incoquas, bis de die bibas, & si natura facilè toleret, sudoribus te accommodes. Vinum chalybeatum & decoctum Saffras & ipsa hic adhiberi possent. Quia verò malum hoc quasi scorbuticum thermis, sero caprino & nasturtio expelli & possit & debeat, silentium de iis esto silentissimum.

TERTIUM CURATIONIS CAPUT.

Corroborandæ jam partes principales: sunt eæ ventriculus, epar, lien, cor & caput. Hæc intentio alterantibus & obstructionem aperientibus inclusa est. Inprimis verò thermæ non solum obstructionem aperiant potenter, sed & haud segniter viscera calefaciunt, humiditates superfluas absumunt, partesque principes corroborant. Sed cum cautione hæc dicta sunt. Præstant id thermæ partibus omnibus generaliter: in specie verò & cuilibet parti sua specifica medicamenta haud quaquam in simul deneganda.

QUAR-

QUARTUM CURATIONIS CAPUT.

Viscera singula jam singulatim obfirmanda. Pro ventriculo hoc faciet :

Recip. *Cinamomi elect.* ʒij

Galanga ʒij

Garyophyll.

Corall. rub. ā. ʒj

Rosar. rub.

Cortic. Citri ā. ʒij. ʒ.

Cardamom.

Nuc. Moscat. ā. ʒʒ

Santal. omn. ā. ʒj

Pell. Strom. ch. gallin ʒij.

Conserv. Cochlearia ʒij. ʒ.

Rosar. ʒij

Diacyton. sine spet. c. sach. ʒij

Sachari solut. in vino Malv. ʒvj

F. El. ctuar. S. Magenstercung.

Electuarii hujus particula, in quantitate nucis castaneæ sumenda quater per septimanam, bis hor 7. matutinâ, bis itidem hor. 3 pomerid.

Pro roborando Epate & Liene.

R. *Conserv. Capill. Ven.*

Flor. Cichorii ā. ʒj. ʒ.

Ceterach.

Troc. de Eupatorio.

Capparib. ā. ʒj. ʒ.

Sp. Diarhod. Abbat. ʒij

Cum Syrup. de Byzantiis F. Electuar.

aroma isat. C. Ol. Canella gut. ij

S. Stercung zur Milch und Leber.

Electuarii istius capiendæ particulæ decem per septimanam pro diebus quinque, quantitate castaneæ nucis hor. 7. mat. & 3. pomerid. Utriusque hujus electuarii usus continuandus per septimanas plusculas.

Possent & parari rotulæ ex speciebus capitalibus : ut & morsuli ex feminibus cum oleo carui. Cum verò id generis remedia demum post evacuationes, cacochymiam sublatam, postque intemperiem partium commendatam, locum habere possint: eò loci & ego ea rejecta volo. Postquam enim cognovero, quomodo res successerit, expeditius rotulas &

morsulos ordinare potero. Unum diligenter te volo monitum, Nobilissime domine, quod te certò facere, tuâ permultum interest.

In promptu habeas medicinas prophylacticas pro recidivo (quod DEUS prohibeat) paroxysmo hypochondriaco.

Recip. Spec. Diambre

Rosat. novell. \mathfrak{z} . \mathfrak{zj}

Margarit. preparat. \mathfrak{zj}

C. C. usti prap. \mathfrak{zj} . \mathfrak{s} .

Ambra grysea gr. \mathfrak{iiij}

Ol. Carui gut. \mathfrak{iiij}

Sach. solut. in aq. Carduihened. \mathfrak{zjij}

F. Confect. in rotulis. \mathfrak{s} .

Rüchlein zur Preservation des
Paroxysmi hypochond.

Rotularum istarum aliquot semper habebis in strophio. Quando-
cunque igitur persentiscis, instare jam iterum paroxysmum hypochon-
dricum, unam vel duas in osingere, ut ibidem pedetentim dissolvantur.
Quod si paroxysmus ille hypochondricus non soli capiti, molestias pa-
riat, sed & cor invadat, ibidemque palpitationem concitet. Tunc verò
protinus sequentes parentur rotulæ.

Recip. Ol. Nuc. Moscat. per express. \mathfrak{s} . \mathfrak{zj}
destillat. \mathfrak{z} \mathfrak{s} .

Extract. Pæon. \mathfrak{zj}

Calami aromat. gr. \mathfrak{xl} .

Margarit. prap. \mathfrak{zj}

Corall. rub. gr. \mathfrak{viii} .

Ol. Macis gut. \mathfrak{iiij}

Sachari soluti in aq. flor. Pæon. & Cicher. \mathfrak{zvj}

F. Confect. in rotulis.

\mathfrak{s} . Rüchlein zu der Ohnmacht.

Dosis rotula una. Evidentissimus certè est earum effectus in paroxysmo
hypochondrico, cui cordis palpitatione conjuncta fuerit. Haud inferioris
virtutis cognovi sæpius, eas quæ sequuntur, rotulas.

R. Extract. Aromat. rosat. \mathfrak{z} \mathfrak{s} . gr. \mathfrak{ij}

Ligni aloës

Zedoaria \mathfrak{z} . gr. \mathfrak{ij}

Galanga gr. \mathfrak{iiij}

Margarit. prap. \mathfrak{z} \mathfrak{s} .

Quando-

Quandoque pro ratione urgentis intentionis addere soleo

Ol. Cinnam. gut. iiij

vel Carui gut. iiij

vel Macis gut. ij

Sach. alb. ℥iiij ℥. solut. in aq. Carduibened.

F. Confect. in rotulis.

Modus utendi idem, qui priorum rotularum. Ejusdem efficacia in paroxysmo hypochondrico cum iisdem symptomatis, est succus is, qui sequitur.

Recip. Extract. Carduibened. ℥j

Calami aromat.

Scabios.

Melissæ ā. gr. iiij

Sach. alb. ℥ij. dissolut. in aq.

Meliss. F. Sycopus, cui adde

Syrup. acetositis Citri ℥ss

M. S. Saff.

Qui vult, quandoque momentum admiscebit olei cinamomi.

Gloriantur plerique Itatorum in suis lectionibus hunc in modum: Domini mei, hoc notate benè, hoc meum est inventum. Possum ego cum DEO & rei veritate gloriari, hunc, quem annotavi, succum, esse meum inventum, meque infinitos verè hypochondricos eodem sublevasse. Quæ tamen à me modo dicta, sine invidia & præjudicio à me dicta, & sine invidia & præjudicio ab omnibus nationibus accepta & recepta esse velim.

Ejusdem ~~ingrediam~~ est pulvis, qui sequitur.

Recip. Margarit. præp. ℥j

Corall. rub. præp.

C. C. usti ā. ℥ss

Lapid. Bezoartic. gr. iiij

Mis. detur pro una vice in paroxysmo.

Exhibetur in aqua card. bened. addendo nonnihil aquæ cinamomi.

Hisce ità durante paroxysmo peractis, ad ea quæ finem paroxysmi subsequuntur, progrediar. Tunc verò particulam sequentium morsulorum exhiberi impero.

Recip. Margarit. præp. ℥j

Corall. rub.

Garyophyll. ā. ℥ij

Cubebæ,

Macis ā. ℥j

Ol. Nuc. mosc. destill. gut. X.

Express. ℥j.

Extract. Pæon. ℥j

Calami aromat. gr. XV.

Conserv. flor. Pæon. ℥ij

Cichor. ℥j

Sach. solut. in aq. Cichor. F. Confect. in morsulis. S. Morfellen.

Ut etiam cor ad extra muniri queat contra vapores tenebricosos & piceatos, qui in paroxysmo id invadunt, volo jubeo, ut iidem hi antecedentes Morfuli aq. borrag. meliss. & violar. & cinam. paulatim irrorentur, iidemque intra utramque manum compressam detenti & concalefacti, cordis regioni applicentur. Alia externa medicamina, ut sunt unguenta pro epate, splene & renibus: item odora externa &c. nolui præscribere, quod ea magno cumulo à præsentibus medicis fuerint adhibita.

Jam verò & remotio causarum externarum molienda. Dependet ea ex sex rebus non naturalibus. Aere nimirum, cibo & potu &c.

Cum verò à præsentibus Medicis sufficienter de his actum sciam, lubens ijs denuò recensendis supersedebo. Unicum tamen addam colophonis loco.


Mœror animi diuturnus primaria & principalis causa est hujus affectus. Non solum enim longum is duravit tempus, sed etiam habitu quasi perpetuo conservatus fuit.

Si ergò Nobilissime domine, in integrum cupis restitui, certò credas, hostem eum vitæ tuæ struere insidias.

Experimentis ego edoctus sum quamplurimis, non paucos stante viduitate lecti, & perseverante tristitiâ & mæstitia, vitam vixisse calamitosam & miserrimam.

Sed & hoc addo: multos eorum post crebras meas admonitiones ad secundas transiisse nuptias, postmodumque incolumes prolixâ sobole familiam adauxisse suam.

Id ipsum & tibi, vir nobilissime, animitus comprecor.



CONSILIVM VII.

IN MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA.



Melancholia, quam nonnulli à flatibus Hypochondria tendentib., Hypochondriacam: Arabes, & inter hos præcipuè Avicenna Mirachialem: quod in venis, quibus mesenterium, quod ipsi suâ linguâ Mirach appellant, substratum est, situm habeat: plurimi præcordiorum ob angustias & anxietates circa orificium ventriculi (quam sedem veteres, teste Galeno, communi consuetudine præcordia appellare soliti sunt: Melancholiam nominaverunt.

Propriè non humorem melancholicum (licet ab eo tanquam causâ remotâ originem ducat) sed errorem mentis cum metu & tristitiâ significat.

Et est actio Imaginatricis depravata à vapore aut adusto, aut melancholico, flatulento, impetuosè ex venis hypochondriorum vel dextræ vel sinistræ partis, aut utriusque simul obstructis, & proinde à calore quasi inflammatorio, in illis effervescente, elevato in partem cerebri anteriorem, plerunque per superius os ventriculi, tanquam per medium (nonnunquam sine eo) impulso, spiritusque animales suis tenebris obfusante, & metum atque tristitiam excitante.

Hujus duæ sunt differentiæ: una notha, levior: altera perfectâ, eaque gravior. Utraque tamen actioni Imaginatricis infesta, & eam ad depravatè agendum impellens.

Illa levior seu notha, suam mineram in venis dextris ab epate, super mesenterio, in ventriculum distributis & per eum dispersis, ex crudo chylo attractam, caliditate & siccitate jecoris, & venarum dextri hypochondrij quasi inflammatoriâ, sive nativâ sive affcitiâ sive utraque, retentam, sitam habet: atque inde deinceps ebulliendo vapores fervidos, adustos & simul flatulentos, rarè tamen mediante orificio ventriculi superiore, fursùm ad cerebrum elevat, & spiritui animali permiscet, atque mentis perturbationis causa est. Hæc, seu perfectâ, eaque gravior consistit in obstructione earum venarum, quæ à splene ad ventriculum remeant, & venæ mesaraicæ, quod mesenterio eâ etiam in parte instratæ sint, appellantur. Obstruuntur verò ab humore feculento & melancholico, ob retentionem partim diuturniorem, partim etiam splenis ca-

lorem , calefacto , & quasi inflammato. Tantò autem est gravior , quanto humor propius ad naturam melancholiæ vel atræ bilis accedit. Vapores enim obscuriores , attriores , acriores & magis partes nervosas vellicantes expirat , qui ut nunquam ad cerebrum feruntur , nisi mediante orificio ventriculi : ita etiam symptomata tetriora , gravioraque excitant.

Sunt & aliæ duæ differentiæ (quas obiter recensere libet) quarum una ex qualitate innominatæ alicujus luis : alteræ ex atoniâ seu labefactâ Attrahente & Expultrice splenis proficiscitur , & scorbuticarum affectionum , puta splenum magnorum , volvuli hæmatitis , sceletyrbes , Stomacaces , & icteri nigri mater est , & contagione propagatur , victuque melancholico fovetur , & in Esse conconservatur. Quæ utraque , ut symptomatis hypochondriacis plerunque agrotantibus molestæ sunt : ita ut plurimum cum illis confunduntur , & à Medicis , in arte non diù multumque exercitatis , difficulter distingui possunt.

Sed cum utrorumque diversæ sint essentiæ , certæque causæ & symptomata appropriata & distinctiva , facile à peritis medicis in suos ordines rediguntur , & ab Hypochondriacâ , exquisitè discernuntur.

Galenus 3. de locis affectis , cap. 7. ex autoritate Dioclis , unam tantum speciem Hypochondriacæ melancholiæ commemorat , eamque pyloro , quod quasi inflammari putabat , attribuebat : quam sententiam veteres plerique retinuerunt. Sed Moderniores , rem exquisitiùs & majori diligentia ad rei naturam rimantes , deprehenderunt , duas Hypochondriacæ species esse , ratione causæ materialis seu mineræ vaporum , diversis subjectis inhærentes : unam in venis dextræ partis , perinde ut paulò ante commemoratum est , ab Epatis caliditate excedente , ita calefactis , ut calefaciendo chylum perpetuo fervore & ardore molestiam quasi caliditatis alicujus internæ , in eo loco exhibeant : alteram in sinistra parte in venis mesaraicis vocatis , inter ventriculum & splenem collocatis.

Subjectum hujus Melancholiæ proximum est anterior pars cerebri , & secundum ventriculos & poros ejus omnes : remotum verò sunt venæ in hypochondrijs tam dextræ , quàm sinistra , in quibus nidum habet materia , à quâ vapor flatulentus sursùm ad partem cerebri anteriorem exhalat.

Producitur autem hoc malum , atque in perpetuo suo Esse fovetur à duab. potissimum causis. Quarum prima formalis seu proximæ vicem gerit , & est ipsa essentia morbi , videlicet vapor , aut fervidus , biliosus & adustus : aut melancholicus : utrobique tamen flatulentus & spiritus animales perturbans , & Imaginatricem frustrans. Altera remota est , & est minera dictorum vaporum , cerebrum afficiens. Estque nihil aliud , quàm

quàm humor aut calidus, fervens, biliosus & adustus: aut melancholicus, nonnunquam multa copiâ pituitæ tenuis, acidæ, ponticæ & crudæ permixtus, contentus in venis vel dextræ, vel sinistræ partis, aut utriusque simul. Venæ dextræ partis sunt eæ, quæ ab Epate super mesenterio in ventriculum feruntur atque per ejus substantiam disperguntur.

Sinistræ partis venæ, quæ mesaraicæ appellantur, inter splenem & ventriculum sitæ sunt, & spleni sanguinem melancholicum adducunt, ex eoque excrementum melancholicum in ventriculum, ad eum constringendum, famem exuscitandam & deinceps expellendas quasi exprimendo superfluitates ejus devehunt. Hæc in utrisque venis collecta & obstructione contenta minera, gignitur ex vitio & primæ, & secundæ coctionis.

Primæ coctionis ob labefactionem chylicationis, quæ à perfrigeratione ventriculi originem ducit: & est vel nativa, vel affcetitia. Nativa ea est, quâ ventriculi calor in primâ generatione, à caloris gradu & temperie naturali, in frigiditatem secundum latitudinem aliquam recessit, ita ut frigidior sit, quàm secundum naturam esse debebat. Affcetitia, quâ ventriculus de statu naturali post ortum declinavit in frigiditatis declinationem eam, ut officio chylicationis pro eo atque secundum naturam fieri debet, non perfectè fungatur, & imminutè coquat. Atque hæc à duabus causis proficiscitur: internâ videlicet & externâ.

Interna ventriculi caliditatem lædit primùm resolvendo aut dissolvendo; quando videlicet epar & venæ ab ipso ad ventriculum dispersæ, item splen & venæ mesaraicæ suâ quasi inflammatoriâ caliditate & siccitate, ventriculi calorem resolvunt & dissipant, ita ut quemadmodum lumen minus à majore obscuratur, calor ventriculi ab isto calore, qui illi est extraneus & excedens, dissipatione fiat inferior, & sic suâ naturâ frigidior. Deinde coctionem in ventriculo impediendo.

Nam quotiescunque ventriculus ab ingestis cibis in majorem molem extenditur, à caliditate viscerum & venarum adiacentium quasi ustione læditur & premitur, & tali anxietate afficitur, ut ob igneam caliditatem fugiat & sese contrahat, sicque coctionem nullo modo debite peragere possit. Unde chylum non temperatè coquit, sed ustione corrumpit in calidum & siccum à naturali statu longè discedentem, quem vicinæ venæ & viscera ob nimiam caliditatem, quoad tenuis est, maturiùs attrahunt, attenuandoque in caput deferunt, & illud replent, doloresque tam in vertice & antroisum: quàm retrorsum, adeoque secundum dextram & sinistram partem exuscitant. Insuper simili imbecillitate, partim in pituitam acidam aut acerbam, partim pro ratione ciborum assumpto-

rum in succum nidorulentum & amarum convertit : tandem quoad ea crassior est, calore igneo in venis torret, & ita lentam reddit, ut illi propter obstructions non pateat descensus ad epar & partes inferiores. Dùm hoc fit, anxietatem magnam ventriculus sustinet : quippe qui à chylo crudo & crasso per longiorem moram diutius retento, perinde ut ab excremento undiquaque torquetur & lancinatur, nec prius quiescere potest, quàm ipso per vomitum liberetur.

Externa verò causa ventriculi caliditatem ita labefactans, ut imminutè coquat, sub se comprehendit sex res non naturales à Medicis vocatas.

Quarum prima est aër, suâ frigiditate, si quis fortè sese ab eo non probè muniat, ventriculum æquè, atque reliqua membra totius corporis vehementer lædens. Altera est peccatum commissum in cibo & potu : in quibus consideratur primò substantia : quando nimirum cibus crudus & difficilis coctionis frequenter usurpatur. Quo in casu est vituperanda beluina & audax quorundam intemperans ostentatio, quâ certando de bonitate ventriculi, quòd non modò carnes & pisces fumo induratos & crudos, imò quasi etiam lapides pro cibis concoquere possint, vorant. Secundò, quando copiosior cibus & potus non ad famem satiandam : sed ad nauseam & vomitum usque ingeritur. Quo etiam redigendæ sunt crapulæ, quæ plerorumque morborum, præsertim apud nostram gentem, procreatrices causæ sunt præcipuæ. Tertiò, quando ventriculus oneratur quotidianis cibis & potibus refrigerantibus, qualia sunt lactinia, usus lactis & casei, olera refrigerantia, ut sunt lactucæ, sonchi, cichoracea, melones, pepones, fructus horarii : quorum multiplex & frequens usus non prohibendus sed execrandus erat. Quartò, quoties nec tempore justo & debito, nec ordine conveniente cibi ingeruntur, imò crudi & inconcocti apponuntur, tandemque verè vix masticati, frustulatim deglutiuntur.

Tertia est error commissus in motu, qui post cibum sumptum est concitator, quàm convenit : qualis est saltatio, exercitium equitationis aut gladiatorium, quo calore à coctione in superficiem evocato, necessario cruditates causantur.

Quæ verò in excernendo & retinendo corporis excrementa, somnoque & vigiliâ, ac tandem animi affectibus quotidiana committuntur errata, unà cum iis, quæ hætenus commemorata sunt, tantæ sunt potentiæ, ut hæc sola primam coctionem aut planè evertere, aut tantum lædere & labefactare possint ; ut rarò ægrotos esse audiamus, qui sobriè & temperanter, id est, secundum naturam, vitam suam traduxerint.

Atque

Atque hætenus de causis, ventriculi facultatem coëtricem ita labefactantibus, ut imminutè coquat, tam externis, quàm internis, nativis & afficitis. Sequitur nunc de causis secundam coctionem, quæ vaporis mineram, de quâ sermo præcipuus est, producit, labefactantibus.

Cum enim vitium primæ coctionis non emendetur in secundâ, diligenter sciscitari oportet, unde, & quomodo minera vaporis adusti, acris & melancholici atque flatulenti generetur.

Dictum autem est pro ratione ingestionum & imbecillitatis caloris ventriculi & caliditatis extraneæ viscerum & adjacentium illis venarum, chylum inæqualem generari, illumque in secunda coctione non perfici, melioremque aut benigniorem fieri: idque propterea, quod chylus & secundum substantiam & qualitatem & quantitatem perfectione suâ destitutus est. Considerandus igitur est secundum omnes circumstantias.

Quoad substantiam: est crudus inconcoctus & inæqualis. Partim enim est tenuis & aqueus: partim mediæ consistentiæ. Quoad qualitatem: est crassus, & modò acidus & subastringens, modò acris, modò amarus. Quoad quantitatem: est copiosior, quod ob frigiditatem ventriculi, hypochondriaci semper plus ciborum, quàm rectè coquere possunt assumere solent.

Quotiescunque igitur natura in talibus ægris secundam coctionem aggreditur, ob caliditatem epatis & venarum, tenuem chyli & aquosam partem maturiùs, crassam seriùs & tardiùs attrahit: illam in vapores tenues, acres & nonnunquam subfalsos resolvit, & in caput, ut paulò antè dictum est, extrudit, illudque replet & sudoribus, vel catharris, vel cerebri perturbationi, & (ut suprâ memini) capitis doloribus, sed tamen hac in parte rariùs, materiam & causam præbet. Hanc in venis diutiùs ob siccitatem & caliditatem morari facit, & adurit, vel in adustum humorem, vel in melancholicum succum, qui deinceps in lienem transmittitur, vel in atrabilarium humorem, qui morbi (atrabilis ab Hippocrate appellati) causa est, convertit. Colliguntur autem isti humores, qui sunt flatulenti vaporis, caput, ut dictum est, replentis & afficientis, mineræ, in dextrâ parte ob igneam, quæ in epate est, & venis ex ipso per ventriculum disseminatis, caliditatem & siccitatem: in sinistrâ, ob humoris melancholici vel crassitiem, & propter admistam aliquam portiunculam pituitæ lentæ, viscidæ, in venis mesaraicis adhærescentem: vel copiam à splene imbecillo non sufficienter attractam: aut ad concitandam famem, & ventriculum, constringendo sese, exonerandum plenè, & secundum quantitatem, naturæ convenientem, non expulsam: sed eo quasi in itinere ob

expultricis debilitatem, relictam : deinceps verò propter morem, ratione obstructionis diutius detentam, effervescentem & sicciorem & ad expulsionem rebelliolem redditam. Minera igitur in utràque parte utrobique est actu calida & sicca : potentiâ autem in sinistrâ parte, frigida & sicca : in dextrâ partim pro ratione chyli in calidum & siccum humorem traducti, calida & sicca : partim in humorem adustum conversa, frigida & sicca : facultatis autem acris & astringentis. Unde in apertum prodit causa gravitatis, imò etiam acerbioris mitiorisque paroxysmi. Quotiescunque enim vaporis minera in utroque hypochondrio fixa est, & ab utroque viscere, puta, epate & liene simul proficiscitur : paroxysmus hypochondriacus gravissimus est : quando verò in alterutro tantum sedem habet, & unum tantum viscus læsum est, mitior est. Ubi verò nullo viscere læso in solis venis, iisque vel hujus, vel illius partis minera nidum habet, mitissima accessio est, & facilis atque citius terminatur. Porro etsi hæ mineræ in utroque latere sive hypochondrio, maximè verò in sinistro perpetuò hærent : non tamen proinde concludendum est, tumorem, tensionem, duriciem aut dolorem in alterutro, nisi fortè splen præter naturam intumuerit, sequi oportere : quòd istius mineræ (quamvis plurimorum flatuum, ructuum, murmurum & rugituum, circa imum ventrem, & situm venarum mesaraicarum sinistræ partis continua sit productrix) copia sit exigua, quæ plerunque repetitis intervallis excernitur, & potissimum quando materia cruda & pituitosa, in ventriculo copiosius collecta, & eum gravans, impulsu naturæ, quasi criticè ad intestina ruit, & cum humore melancholico in transitu ita permiscet, ut non alba : sed atrâ fuscédine inquinata colorataque appareat. Atque hætenus de causis, mineram vaporis melancholici in secundâ coctione producentibus, internis. Ex quibus hoc malo conflictantes diligens instituere debent examen erratorum suorum, ut ea, à quibus læduntur, aut læsi sunt, evitare & sic sibiipsis auxilium medicum afferre possint.

Ut verò id tantâ majore confidentiâ & certitudine ab illis fieri queat : recensenda sunt signa, ex quibus, tanquam certis & demonstrativis notis naturam atque essentiam hujus mali dignoscere & firmiter concludere possint, non alio, quod plerisque usu venit, quàm hoc malo affligi se. Ac primum, quòd actiones læsas, easque animales attinet : depravatur functio imaginatrix, ob admistos spiritibus animalibus vapores, obscuros, retros & tenebrosos, ita ut patiens sibi falsò imaginetur varia & multiplicia. Plurimi enim in eum errorem incidere solent, ut fletu sese & ejulatione macerent, metuendo sibi ab apoplexiâ : multi ab epilepsiâ : nonnulli

nulli à subitâ morte, ita ut ejus metu cotidie testamentum condere velint, quasi cras aut perendie morituri, cum tamen peractâ septimanâ, nihil de sepultura rectè instituendâ sese offerat. Plurimi alios morbos sibi imaginantur, ex quibus nonnulli calculum: alii tumores in ventre inferiore & mesenterio: alii aliquod viscus internum corruptione in abscessum abiturum, & incurabilem morbum sibi persuadent. Memini, me in hospitali Torgensi quandam famulam ex sinistro hypochondrio melancholicam, propter quotidiana *μορμολυκῆα*, ructus, flatus, rugitus & murmura ranas sese in sinistrâ parte ventris inferioris, quâ venæ mesaraicæ à splene ad ventriculum feruntur, alere, imaginari: cui post obitum, cum aperiretur, non modò ingens Saburra melancholici & pituitosi humoris in venis reperiebatur: sed etiam (quod mirum est, attamen ab Hieronymo Cardano multo tempore antè observatum) calculi in aliquibus venis deprehensi sunt. Quidam in eo errore versantur, se malo, nulli unquam hominum cognito detineri: qui quoniam eâ in felicitate sunt, ut in imperitos medicos incidant, tale malum planè immedicabile opinantur. Multi dùm cum tantâ animi errantis luctâ bellum gerunt, tristitiâ perpetuâ sese macerant & metuunt, se, quando sub noctem lecto sese componunt, vicissim non resurrecturos, vesperam sequenti die non assecuturos, multo minùs cubitum rursùm ituros.

Atque hoc est saxum Sisyphi, quod imaginatione depravatâ patientes volvunt, ut sibiipsis sint perpetua calamitas & miserabile flagellum. Quomodo verò & cur Imaginatio in hoc morbo depravetur, paucis est declarandum.

Notum est omnibus, omnes mentis actiones perfectè perfici, mediantibus spiritibus animalibus, qui sunt instrumentum animæ proximum, & tanquam causa per quam: & actioni rectè obeundæ plurimùm conferant. Spiritus etiam esse de naturâ lucis, splendidos, aëreos, puros atque lucidos. Quocirca si actio imaginatrix exquisitè & debitâ naturæ lege fieri debet: spiritus animales puros & lucidos esse oportet. At cum in melancholiâ hypochondriacâ fursùm ferantur, & spiritibus animalibus permisceantur vapores obscuri, nigri, tenebriosi & flatulenti, illosque obscuros, nigros turbulentosque reddant: fit, ut subitus accidat motus & translatio spiritus animalis lucidi, contrarii scilicet in contrarium, lucis in tenebras, splendidi in obscurum. Quo circa ex hoc contrario, in contrarium mens transiens, de objectis, non secundum, sed præter naturam judicat: non concludit & rectè ratiocinatur: sed opinatur & errat, imò expavescit & metu contremiscit: quemadmodum videmus pueros & juvenes.

venes subito clausis fenestris alicujus conclavis, ex luce in tenebras translatos perterrefieri, & metu alicujus præsentis mali, non aliam ob causam exclamare: quòd propter tenebras subitaneas circumstantia quæque, unquam antè, non liquidò & exactè videant, periculum vitæ, aut causam aliquam morbi, aut alterius mali impendentis metuant. At quoniam vapor iste flatulentus non modò spiritus animales, quatenùs imaginatrici: sed etiam quoad cæteris sensibus exterioribus inserviunt, permiscetur, præter jam dicta, sensoria illa etiam perturbat: unde aures perpetuo tinnitu sonant, aut fragoribus & strepitibus, quasi molarum & aquarum impetuose currentium, vel etiam campanarum sonantium modò magis, modò minùs percelluntur. Oculi etiam obscure vident, & res visibiles impeditè & quasi perturbatè cernunt, imò sæpe vapore admodum flatuoso quasi circumagi omnia putant, & vertiginosi fiunt.

Quod ad motum voluntarium attinet, vapor melancholicus panniculos cerebri contingens, eos propter aciditatem & acrimoniam convellit, illosque constringendo motum excitat inordinatum: & proinde ex parte cranii, quæ vertex appellatur, sensus quasi dolorificus manifestè deprehenditur.

Porro si iste vapor sit grassior & copiosior, & nervos occupet, propter vim astricticem, quam habet, spirituum animalium in ipsos irradiationem & transitum inhibet & obstruit, adeò ut nervi quasi calore ad movendum prohibeantur, nec actiones motus expedite exsequantur. Unde si nervos linguæ imbuat, fornicationem in illis exulcit, obrigescent muscoli linguæ, & loquela impeditur, imò etiam gula simul constringitur videtur. Si verò thoracem moventes occupet nervos, eadem de causa respiratio fit difficilior, & præcordia atque thorax quasi convelluntur. Cæterorum verò nervorum paria deinceps invadens, convulsionem partium capitis & inprimis faciei talem excitat, ut frons labiis, & mentum buccis & naso conjungi & uniri velle videantur.

Insinuans autem sese nuchæ & nervorum principio: primùm nervos, brachia & manus moventes, ad motum pigros & flaccidos reddit perinde ac si *παρελυτόντι* cum stupore, in illis à primo principio per longitudinem brachiorum usque in annularem & minimum digitos sese extendente, cum fornicatione quadam, ac præterea cum frigore sese exporgente, illis accidat: idque præcipuè, quando vapor ex utroque hypochondriorum latere sursùm fertur & universum ferè cerebrum occupat. Si verò ex alterutro tantùm hypochondrio vapor eructando exhalet, tum etiam alterutrum brachium & manus stupefunt, digitique duo, minimus

& ei contiguus annularis, formicante perfrigerationis sensu pertentantur. Tandem ubi nervos circa os sacrum perreptat, crura, pedes, & horum digiti non minor (quàm in brachiis & digitis manuum accidit) sed major exilit formicatio: sæpeque unà stupor cum tanta convulsione supervenit, ut crura sursùm quasi trahantur, tandemque patientes nec amplius stare, multò minùs ambulare possint, imò lecto decumbere cogantur.

Similiter hujusmodi vapor motum, quem natura ad conservationem individui ordinavit, impedit: dùm non solum nervos cordis obsidet: sed totam cordis substantiam replet, & acrimoniâ, aciditate atque convellit, & in tantas angustias adigit, ut motu violento palpitare, & articularum celerem & velocem, ad discussionem & expulsionem tam violentæ flatulentiae & insensæ qualitatis impulsus excitare cogatur. Quod, quando fit, patiens planè de vitâ desperat, & opem atque auxilium maximo labore & alto suspirio desiderat atque exposcit. Ex iisdem etiam fundamentis & causis jam recitatis, spiritus animales suâ caliditate & frigiditate, & cum his conjunctâ siccitate non solum perturbat: sed etiam roridam cerebri humiditatem absorbit, & somni causam proximam atque materialem exiccat, vigilias perpetuò molestas fovet, aut somnos perturbatos, metus, terrorum & phantasmatum plenos inducit, & ægrum perpetuis somnorum ludibriis vexat & exercet. Atque hæc indicia sunt hujus morbi, quæ à læsâ actione animali & vitali sumuntur. Quæ naturalem sequuntur, partim suprâ recitata sunt: partim jam commemorabuntur, quando de excrementis sermonem instituam.

Suprà memini, mineram vaporis flatulenti, adusti & melancholici originem ducere à læsâ chylicatione, quæ in ventriculo absolvitur, & sanguificatione quæ ab epate in secundâ coctione perficitur. Nunc verò necesse est ostendere, quomodo excrementum sit opus procedens ab unaquâque coctione, & quomodo singulæ per certa signa, læsæ deprehendantur.

Ac primò, quotiescunque ventriculi facultas chylicatrix ab intemperie frigidâ & humidâ (nonnunquam etiam siccâ) est labefactata, non solum copiosiores cibos & potus, quàm coquendo sufficienter superare potest, appetit: verum etiam ingestos, propter humiditatem tam nativam, quam asscitiâ non arctè complectitur, multò minùs in cremorem secundum naturam perfectè alteratos convertit: sed in liquorem aqueum copiosum, nonnunquam acidum, interdum acerbum & ponticum, sæpè amarum & biliosum (cibis inæqualibus videlicet unâ vice ingestis & corruptis) transfert: necessariò ventriculi orificio superiori

non debite coarctato & clauso sequuntur ructus plurimi, interdum insipidi: interdum vero acidi, indorulenti & amari.

Deinde cum imbecillitatem coëctricis imitetur conversio ingestorum non in cremorem substantificum, sed aqueum salivalemque, ut modo dixi, humiditatem (sicut videmus in carnib. ob ignem insufficientem julsula aquea non substantifica coqui) quæ propter obstructas venas utriusque hypochondrii, nec ab epate sufficienter attrahitur, nec deorsum descendere potest, fursum repit, & lignam multâ salivâ, aqueâ humiditate imbuat, & os aquâ ita replet, ut sine intermissione multam salivam cum paucâ pituitâ excernant, secundum aphorismum Hippocratis, cum dicit: Qui frequenter & multum exspuunt, hoc melancholicum est. Quo in loco notandum, quod proprie de hac specie melancholiæ loquatur.

Porro cum ob calorem extraneum & quasi inflammatorium, qui ex epate & venis utriusque hypochondrii prodians, ventriculo molestus est, non secundum naturam fiat coëctio, sed potius adustio: fit, ut in tam violentâ coëctione à calore igneo institutâ, vehemens sequatur aquosi chyli ebullitio, cum multis bullis, in flatus abeuntibus, qui non solum ventriculum: sed etiam hypochondria vehementer extendunt, & circa præcordia tantam angustiam producant, ut ex lincinatione orificij ventriculi, ex nervis sexti paris, sensum exquisitum obtinentis, ægrotantibus sæpè anxietas cum lipothymia superveniat. Idque tum maximè accidere solet, quando crassiores partes chyli propter obstructas venas non possunt deorsum descendere & expelli, sed longius retinentur, & propter illam moram, conditionem veri chyli amittunt, naturamque excrementi induunt, & naturæ adversariam proprietatem assumunt. Tum sanè orificium ventriculi tantopere afficitur, ut tremere ventriculus sentiat, & animi quasi deliquium propter dictos nervos comitetur. Quæ omnia non prius cessare solent, quàm natura id, quod grave & molestum est, duplici modo expellat: crassum enim vomitu extrudit: tenue aquosum acidum & ponticum, per cæca spiracula totius corporis ad superficiem cutis, propter acrimoniam & aciditatem cum horrore quasi febrili expellit, relinquendo tamen propter ponticitatem pororum cutis astrictiorem extuberantem & elatam, quæ anserum deplumatorum cuti non est absimilis: quem horrorem vapores, ex sinistro hypochondrio instar impetuosus flatus, expirantes, maximâ ex parte & irritare & adjuvare solent. Cum enim humor melancholicus suâ naturâ flatibus commovendis sit idoneus, præter dictum horrorem in sinistro hypochondrio perpetuos rugitus (præsertim si aquea humiditas, quæ collecta acescere coëpit, sit admista) & mormo

lycia procreare solet. Accedit his omnibus, oluum, ob quasi inflammatoriam caliditatem venarum in utroque latere, præsertim consentientibus utrisque visceribus, epatis scilicet & lienis, exiccati & obstrui, & ex hac obstructione flatus retineri, qui non modò hypochondria tendunt: sed & paroxysmum, non patente exitu, hypochondriacum irritant, & fecibus permisti, eas bubulorum stercorebus similia & levia reddant: adeò ut medicus diligens, præservaturus ægrum suum ab invasione paroxysmi, operam omnem eò dirigere debeat, ut enematis alvum fluidam reddentibus, unà cum istiusmodi stercorebus, flatus deorsum trahentibus, liberum & tutum reddat. Ob eandem caliditatem tam vitio primæ, quàm secundæ coctionis excrementa alvi acriora & biliosiora esse solent, adeò ut in excernendo acrimoniam maximam præ se ferant, & ægrotantes misere excrucient.

Unde urinæ etiam acriores propter admistionem materiæ adustæ redduntur, ita ut, dùm excernuntur, nonnunquam non levem mordacitatem comitem habeant. Nec solùm acrimoniam molestant obtinent, sed ex adustione foetorem aciditatis & putredinis cujusdam, cum obscurâ rufedine, propter admistas partes interdum biliosas, interdum melancholicas obtinent. Quibus etiam accedente caliditate renum, partes sanguinis crassiores in saburram substantiæ arenosæ conversæ permiscentur, & sæpè obstructionem in renibus dolorosam excitant, & inde calculi metum ægris adferunt; excreti verò eodem vicissim eos liberant.

Quod si non modò huiusmodi arenosam urinam detineant: sed etiam alii humores pituitosi eas vias impendant: urina tenuis & alba atque aquea apparet: quæ simul etiam propter obstructiones, augmentum caloris & flatuum, atque consequenter paroxysmum instare pronunciant. Unde etiam præsertim si ægri largiùs bibant veteres cerevisias & vina, ichoribus unà cum sanguine in habitum venarum copiosè attractis, sudores ob dominium melancholici humoris, copiosi & foetidi, inprimis de nocte perfluunt, atque tùm de atrocitate paroxysmi, nempe qui alvo non fluente plerunque ob flatus retentos frequentius ingruit & exacerbatur, vehementer querulantur.

Accedentibus etiam erroribus, à causis externis profectis, & calorem, quasi inflammatorium exasperantibus, ut magis igneam naturam assumat, colliquatio quædam humorum exurgit, & fluxum alvi excitat, nonnunquam biliosum, interdum multo excremento melancholico & nigro simul permistum, aut præcedente ob retentionem humoris melancholici in splene & venis mesaraicis collectione, attum & melancholicum.

Cumque in hac affectione ventriculus imbecillus, ut superius commemoratum est, plus appetat, quam sufficienter coquere potest: consequens est, imminutam coctionem, collectionem multæ pituitæ crudæ, aquosæ, albæ, partim acetosæ, partim subamaræ, nonnunquam propter internum calorem crassæ & viscosæ, atque etiam flatulentæ, cum melancholico humore permixtæ (præsertim in ijs, qui tenuem & multam salivam, cum paucâ pituitâ permixtam per os ejicere solent) comitari: quæ deinceps per alvum sponte proruit, vel enemate alvum irritante ad expulsionem promovetur.

Talis autem pituita qualiscunque sit, si diutius retineatur, à calore interno lentorem contrahit, & si tenuis, in excretionem spumosa apparet.

Hactenus, quæ ab excrementis signa petuntur, diligenter examinata & commemorata sunt: nunc quæ qualitates mutatæ, sive externæ affectiones hypochondriacis superveniant, commemorabo.

Ac primum, quoniam hic affectus quasi inflammatorius est, teste Galeno, solet ægrotantes circa hypochondria molestissimo ardore, fervore & æstu interno excruciare, nonnunquam in utroque, nonnunquam verò in alterutro. Unde aliquos reperias, hoc miserabili flagello conflictatos, qui de nocte vel utrumque vel alterutrum hypochondrium inter dormiendum denudent, habeantque hoc magni levaminis, ut scilicet quietius & suavius dormiant, loco.

Solet etiam iste calor internus ratione victus calidioris & aliarum causarum externarum ita exacerbari, ut universo corpori communicetur, & quasi febrem ephemeram lentam excitet: idque tum maximè, quando calidus & humidus vapor ex multo potu per universum corpus dispargitur. Imò etiam hujusmodi calidis & humidis vaporibus sursùm elatis, & partes faciei replentibus malæ, & sæpe tota facies præter solitum rubescere incipiunt.

Unde etiam iisdem vaporibus sive magis, sive minùs in caput exhalantibus & palatum, linguam & fauces calefacientibus & exiccantibus, oris siccitas cum leviusculâ siti, & linguæ scabrie molestâ comitantur.

Cum autem calor hypochondriorum sit præter naturam, & omnium coctionum, sive ea sit prima, sive secunda, sive tertia, corruptela & depravatio: fit, ut etiam excrementa à statu naturali propter calorem, latissimè recedant, & putrescant, suæque putredinis notam certissimam, id est, foetorem deterrimum consequantur.

Cæterum commemorata hactenus symptomata omnia, non in omnibus ægris simul comparent: sed modò hæc, modò alia, pro partium

vel viscerum, distinctè aut simul læsarum ratione, pauciora vel copiosiora sese in apertum proferunt. Alia enim symptomata & multò graviora comitantur in concursu utriusque visceris simul læsi, & venis utriusque partis obstructis. In quo casu omnia sunt graviora & plena metuedi terroris. Alia sequuntur uno tantum viscere læso, comitantibus tamen obstructionibus in venis utriusque hypochondrii: quæ satis etiam esse solent molesta, sed paulò mitiora. Alia animadvertuntur, neutro viscere læso: sed ex obstructione vel utriusque vel unius tantum lateris sive hypochondrii, prodeunt: quæ omnium sunt mitissima, morbique curationem vel faciliorem, vel difficiliorem pollicentur: vel ejus è medio tollendi spem aut exiguam, aut nullum faciunt.

Quod maximè incidere solet, quando melancholia hypochondriaca diù duravit, & gravissimis symptomatis afflixit, ita ut mentis alienatio supervenerit, quæ cum metu & tristitiâ, in iracundiam, animi commotionem & leviusculum furorem abierit.

Aliàs si diù duret, in melancholiam per *ἰδιοπαθειαν* transit: in quâ si vapor melancholicus cerebrum occupet, sensus & motus depravantur & ablationem sui minantur. Si verò vapor caput petens, idque graviter affligens biliosus fuerit simul & melancholicus ex bile adustâ: transit in maniam & furorem.

Accedente verò magnâ ventriculi cruditate, in qua vapores crudi & crassi augentur, facessit in epilepsiam: ad extremum verò, cerebro diuturnitate admodum debilitato, & cruditate auctâ, in apoplexiam terminatur.

Accedente multo & copioso usu vini potentis, & victus melancholici, in atram bilem (quem morbum Hippocrates sic appellat) abit, quâ sæpe cum delirio leviusculo, & pulsu arteriarum in sinistro hypochondrio forti & valido: Sæpe cum furore, materiâ scilicet in ventriculos cerebri magnâ ex parte, & copiosè, & magno cum impetu impulsâ, in epilepsiam, quæ ad horas aliquot sese, sed repetentibus per intervalla paroxysmis, non usque adeò tamen terribilibus sese extendit, degenerat.

Quæ cum risu (Hipp. 6. aphor. 5.) fiunt desipientiæ hypochondriacæ securiores: quæ verò cum metu & tristitiâ, periculosiores sunt; nulla tamen desipientia propter læsum cerebrum, quæ pars principalis est, est iuta.

Si imaginatio tantum lædatur, mitior est: si verò ratio simul, gravior, & difficilior curationem admittit: quod illic solum anterior pars cerebri vapore tenebricoso: hic insuper & media pars repleatur.

Cum autem materia proxima, quæ mentem perturbat, sit vapor, facilius curationem admittit: difficilior tamen tantò, quanto vapor est copiosior, curatio: quantoque est vel crassior vel acrior, multò operosior.

Quotiescunque melancholia talis diù durat : nemo non facile intelligit , lienem copiosum colligere humorem crassum , melancholicum , qui & ob ejus imbecillitatem & obstructionem retinetur , & tandem per venas in totum habitum venarum transit , & universum corpus cacochymum reddit , & per consequens sanguine frigido replet & refrigerat. Unde cum spiritus vitales generentur frigidi & sicci , animales similiter frigidiores , sicciores , & ad agendum ineptos reddi , planum est.

Cum autem hæcenus commemorata symptomata agrotantem quotidie simul invadere (quamvis iis nunquam omnino careant) non soleant : sed nonnunquam per certa intervalla gravitatem & vehementiam suam , certo quodam paroxysmo , instar improvise turbinis & grandinosæ pluvie ostendant : eorum seriem justo & exquisito ordine commemorabo.

Ac primum quidem , quando à causâ aliquâ vel externâ , puta , improvisâ perterrefactione , irâ , mœrore , metu , usu flatulentorum & calidorum ciborum , vinorum aut potuum : Vel internâ : scilicet malorum , sive in dextro , sive in sinistro , vel utroque hypochondrio sedem habens , commovetur , vapor flatulentus ex sedibus mineræ in ventriculum irruens , multo comitante ructu eum distendit , & cum acris , acidus , subamarus & astringens sit , ejus orificium , propter nervos sexti paris ipsi implanatos lacinat , & per illud tanquam medium ad caput fertur : in nonnullis anxietatem lepothymie non absimilem , circa præcordia (quæ tunc simul versus mammas sursum ferri sentiuntur) excitat , mox per cæca spiracula altius ascendens difficilem respirationem inducit , & cordis palpitationem manifestam commovet : per gulam verò amplius perreptans & nervos linguae pervadens , ipsam quasi manu constringit , & linguam rigentem , & veluti immobilem ad loquelam perficiendam reddit : pergens verò & cerebrum occupans spiritus perturbat , oculos caliginosâ & atrâ nebulâ suffundit : aures tinnitu percellit : mentem perturbat : nervosum verò genus invadens , convulsiones panniculorum cerebri introducit tales , ut opinetur patiens , sibi totam substantiam cerebri ex cranio evulsum iri : musculorum etiam capitis exteriores , & faciei atque labiorum ita tendi & lacinari , quasi frons genis & labiis conjungi videantur.

In quâ anxietate vapor nervis ex occipitio per spinam dorsum deorsum secundum longitudinem tendentibus , sese porro insinuans , interdum dextro , interdum sinistro brachio , & in his maximè minimo & annulari digitis : nonnunquam pro copiâ aut crassitie materiæ utrisque simul , stuporem refrigerantem , & motum formicantem introducit : pergens verò & nervos ex osse sacro prodeuntes attingens , eos similiter stupore formicantem

micante lancinat, itaque immobiles reddit, ut quasi convelli & sursum trahi videantur. Quod cum fit, & pavoris atque terroris plena sunt omnia, ne fortè ex improvìso proni in terram delabantur, locum quieti quærunt: intereà mente quasi privantur, & sudore frigido madescunt, paulò post calore cordis (qui superatâ palpitatione partes vitales vivificaturus præstò est) recollecto, vicissim rubore suffunduntur, & victoriam mali à calore, instar solis perferunt.

Rarò hæc omnia ægotantes hoc ordine recensere possunt: quòd improvìsa celeritate, instar Euripi supervenientis eos invadant, & quòd ratione & mente perturbatâ, singula memoriâ comprehendere nequeant. Dissipato autem tali vapore, omnia concidunt, nec quicquam patientes finito paroxysmo amplius perferunt, præter metum gravioris morbi, puta vel epilepsiæ, vel apoplexiæ, vel subitæ mortis: à quâ cum abhorreant, tristitiam & animi abjectionem indefinenter foveant, & sese excruciant.

Hæc de paroxysmo breviter percensere libuit, ut patientes ex hoc quasi compendio, signorum seriem memoria comprehendere, fontem mali exquisitiùs rimari & ediscere possint, metumque & tristitiam contemnendi, præsidium firmum, medicis auxiliis obsequium majori spe præbendo, sanitatisque recuperandæ firmitus solamen consequantur.

CURATIO.

Quicquid hætenùs de melancholia hypochondriaca, qua cum tua Magnifica Dignitas à longo tempore bellum gerit, à me dissertum est, id saltem theoriam, id est essentiam, causas, signa & prognostica complexum est. Nunc etiam practicè res tractanda est, ostendumque, quomodo tam diuturnum & calamitosum malum, remediis idoneis, secundum præcepta medica, vel prorsus tolli, vel saltem ita mitigari possit, ut tua Magnifica Dignitas sine metu & tristitia vitam securiorem & hilariorem transigere possit. Etsi autem hic affectus sit diuturnus: non tamen tanta difficultate in curatione eget: quòd non nisi ex minera vaporis in utroque hypochondrio contenta, ortum ducat: deinde, quòd neque splenem unà affectum esse, corporis constitutio indicet: tertio, quòd etiam hic affectus eò usque mentem non occupaverit, ut habitu confirmatus esse deprehendatur: quarto, quòd constitutio tuæ Magnificæ Dignitatis, atque adeò universa temperies ejus, ab hac mentis perturbatione secundum naturam aliena est: sed quicquid labis possidet, ex causis externis, interioribus ansam præbentibus, originem traxerit: quinto, quòd

ætas & vitæ conditio huic hosti utrinque auxiliares manus opponant & illi adversentur. Non enim hæc ætas Tuæ Magnificæ Dignitatis est, melancholiæ sine causa, quotidianum fomentum præbeat, tristitiæ & metui: nec vitæ conditio, quæ in quotidiana consistit conversatione, tractatione multorum negotiorum, ea est, ut metui & tristitiæ facile indulgendi ansam præbeat: Sextò, quod nullam partem corporis adeò affectam esse, deprehendam, ut non spem habeam, si idoneis remediis tractetur, & tua Magnifica Dignitas in remediis usurpandis adhibeat debitam diligentiam, in statum pristinum, si non perfectè, ita tamen restitutum iri, ut manifestum futurum sit, non frustra nos operam medicationi impensuros.

Antequam autem curationem aggrediar: indicationes curationum ob oculos ponendæ sunt, ad quæ universus in curando labor, tanquam ad cynosuram dirigendus est. Est autem prima indicatio præservatio ad causam directæ. Cum enim imaginatrix functio depravetur, ob admixtionem vaporis obscuri & flatulenti, spiritibus animalibus in anteriori parte cerebri etiam secundum poros contenti: huic verò, cum facile attenuetur & evanescat, statimque paroxysmus finiat, nulla medicamentis fundamentalis fieri possit: ulterius progrediendo & resolvendo, tandem offertur materia sive minera in hypochondriis contenta, à quâ vapor commemoratus sursùm exhalat, & imaginatricem de novo perturbat. Hæc materia ultimum est, quod in resolutione invenitur: idcirco ab curationis initium sumendum est.

Prima igitur intentio est evacuatio seu sublatio materiæ seu mineræ in venis hypochondriorum contentæ. Secundò, cum ob caliditatem quasi inflammatoriam ista materia ferveat: necesse est usurpare medicamenta simul refrigerantia istum fervorem & caliditatem quasi inflammatoriam emendantia. Tertiò deprehenditur ista materia præter caliditatem crassam & siccam: quia est partim adusta & melancholica: quæ Quartò simul etiam plerumque admixtam habet materiam pituitosam, lentam & viscidam, cottidiè ob ventriculi imbecillitatem accedentem. Idcirco tertia & quarta intentio medicamentis incidentibus, attenuantibus, aperientibus, & citra celefactionem detergentibus complendæ erunt, ut venæ hypochondriis contentæ ab omni sorde & saburrâ humorum, obstructiones foveantur, eluantur, & extra corpus promoveantur. Tandem ut diversæ partes à vaporibus diversè afficiuntur, materiamque seu mineram multipliciter & variè generatam suscipiunt, & ab eâ alterantur. Quinta etiam inducatio erit eorum auxiliorum, quæ caput, ventriculum

lum, epar, splenem & cor ab his mudent, alterent & corroborando confirment.

Dùm in his ritè administrandis operam suam consumit Medicus : à Tuâ Magnificâ Dignitate duo requiruntur ut quàm maximè. Unum, ut in medicamentis usurpandis sit obediens & obsequens. Alterum, ut animi affectiones, quæ variæ sunt, & curis, tristitiæ, metui atque solitudini causam præbere possunt, quoad ejus fieri potest, devitet atque declinet.

Cum autem materia seu minera peccans, solùm in venis, in hypochondrijs sitis, sedem habeat, Medicus summâ diligentia cavere debet, nec purgantibus validis & è longinquo trahentibus, sed lenientibus, ut Medici appellant, rem aggrediatur. Secus enim faciens, materiam in toto habitu venarum perturbat & commovet, ægrumque materiâ debitè non educat enervat, epatis & venarum calorem acriorem, & ventriculū debiliorem reddit, ejusque vires labefactat : imò plùs nocet quam juvat. Talia verò poterunt secundum hunc modum præscribi.

Recip. *Elect. lenitivi* ʒj.

Spet. Elect. Episcop. ʒij

Ol. Anisi gt. j

Cum Sacch. fiat bolus, exhibendus aut manè post horam septimam, tribus videlicet horis ante prandium : aut vesperi horâ tertiâ, duabus horis ante cœnam, & non tardiùs.

In hoc medicamento electuarius lenitivus temperatè refrigerat, & humorem melancholicum educit. At cum pertinaciter propter crassam & lentam pituitam admistam, venis adhæreat : admiscantur ea, quæ pituitam simul, sed potentiùs educunt.

Huic quis contradicens affirmare posset, me contrà facere ac suprà prohibueram, validè videlicet, & extra primam regionem educentibus purgantibus non esse utendum. Huic respondeo verum esse, quod objicit : sed id simul considerandum, exhiberi hoc medicamentum tribus aut duabus horis ante prandium, vel cœnam : idque propterea, ut vis validioris medicamenti inhibeatur, ne efficacius ex partibus remotis attrahat : sed cibo deprimatur & impediatur, ut scilicet solum id, quod in vijs communibus, puta venis, inter epar, ventriculū & splenem sitis, contentum est, educat, nec ulteriùs operationem suam extendat. Quod ut salubriùs peragatur, & viscera quasi inflammatoria caliditate ferventia non magis exardescant, semilibram feri caprini, secundum descriptionem Dioscoridis paratam, mox ante cibum exhibeo : quæ ita hy-

pochondriorum caliditatem contemperat, ut mirum dictu sit, quàm selevari & juvari, ægri prædicent. Hoc medicamen tum præservatoriè per sesquimenssem semel, aut citius, aut serius, pro eo atque morbi gravitas exposcit, exhibere soleo.

Eductâ verò sic materia, ad secundam, tertiam & quartam intentionem complendam, per biduum serum caprinum, cum vel sine pillulis, de quibus infra copiosius agetur, matutinis horis exhibeo. Eo enim venæ mesenterij refrigerantur, & minera obstructionum eluitur. Quintam intentionem compleo deinceps, roborantia exhibendo: quæ ut summa cautione, propter diversitatem partium corporis læsarum, egent: etiam non sine discrimine, sed diligenti indagine, quomodo scilicet singula ægrotanti salubriter convenire possint, sunt præscribenda. Sed pergo. Huic purganti medicamento non absimile est sequens.

Recip. *Spet. Hieræ simpl.*

Agar. recens tr.

Rhabarb. opt. ā. ʒj

Cum aq. Card. ben. fiant pill. n. XXI.

Exhibeantur hæc tribus horis ante prandium, vel duabus ante coenam: immediatè ante cibum ebibendo poculum unciarum sex seri caprini: & operabuntur non solum sine molestia: verumetiam manifestam euphoriam patienti conciliabunt, inprimis si vel serum caprinum per biduum matutinis horis biberint: aut raphani decocto ex brodio pulli, sine sale facto, utantur. Addo etiam tertium.

Recip. *Mass. pill. de hierâ cum*

agarico

aggregativar.

Rhabarb. interior. & opt. ā ʒj

Cum aq. veronice fiant pill. n. XVII.

Haftenus de lenientibus medicamentis per intervalla ad educendam mineram vaporum adustorum melancholicorum & flatulentorum per intervalla usurpandis,

Accedo nunc ad quintam intentionem, quæ roborantia complectitur, & talibus medicamentis lenientibus subjungi debent, ut per ea intervalla, quibus Tua Magnifica Dignitas à cæteris medicamentis feriat, interim natura semper aliquid habeat, quo caput & viscera paulatim ad nativam temperiem reducantur. Inter illa autem primum locum tenent rotulæ sequentes.

Recip. *Spet. Diambra*

Aromat. rosat. ā. ʒj

Mar.

Margaritar. præp. ℥ij

Ambra vera gr. iiij

Sach. albiß. soluti in aq. cinam. ℥iij ℥.

Ol. Caryophyll. gr. iiij

F. Conf. in rotulis. S. Küchlein.

Ex his rotulis matutinis horis usurpantur quotidie sex, & vespertinis similiter sex, circa horam tertiam.

Non parum etiam confirmant ventriculum, caput, & reliqua viscera, Zinziber in China conditum, & myrobalanus Indicus conditus, quorum myrobalanorum unus matutinâ horâ septimâ manducatur: Zinziberis vero frustum pondo circiter drachmarum duarum editur. Atque hæc de præservatione hætenus: cui & hoc addendum est, quod in hac affectione semper opera danda sit, ut alvus sit fluida: quod quotiescunque hæc sistitur, flatus augeantur & exacerbentur, & deinceps paroxysmo manifesta causa præbeatur. Utilissimum igitur erit, si Tua Magnifica Dignitas bis aut minimùm semel de septimanâ, si ita res postulare videatur, clysterem sequentem sibi subjici curaret.

Recip. Herb. Parietar. M. iiij

Flor. Chamamel.

Meliloti a. M. j

Fol. Lauri M. f.

Coq. in f. q. aquæ pro lb.

In quâ dissolve:

Elect. Lenit. ℥ f.

Diacathol. ʒvj

Mell. anthosati ℥j ℥.

M. f. F. Enema.

Quod præterquam quod excrementa deorsum promovebit: etiam flatuum excernendorum ansam præbebit. Sed cum frequens usus enematum nonnullis non usque adeò sit acceptus: poterunt domestici clysteres præparari ex medicamentis, quæ ad manum sunt. Componi autem clyster potest ex brodio pulli, in quo folia lauri, aut radix Imperatoriæ, vel flores chamæmeli decocti fuerint, & deinceps cum melle rosatocolato, vel melle anthosato conficitur. Quando autem peculiarem & perfectam hujus morbi curationem instituere Tua Magnifica Dignitas voluerit, commodissimè id fecerit vel instante autumno, vel futuro vere. Autumno quidem, præmisso uno ex medicamentis lenientibus suprâ annotatis, per sequentem Syrupum evacuationem materiæ in hypochondriis contentæ instituet.

Recip. Rad. Cichor.

End.

Scorzoneræ.

Eryngij ā. ʒʒ.

Petroselin.

Fenic.

Apij ā. ʒiij

Cort. Rad. Cappar.

Thamaris.

Fraxini ā. ʒiij ʒ

Polypod. quer. ʒj

Glycyrrh. rasa ʒvj

Sem. Dauci.

Aquileg. ā. ʒʒ

Plantag. ʒiij

Carthami conquass. ʒj ʒ

Passular. ʒj ʒ.

Fol. Senæ ʒiij

Epith. Cret. ʒʒ

Herb. Cichor.

End.

Beton.

Ceterach.

Veronic.

Adianthi nigri.

Hyssopi.

Lingua cervina.

Spicanti.

Card. ben. ā. M. j.

Cog. in ʒ. q. aquæ (adde, aceti squillitici ʒv.) pro ʒij : qua colen-
tur & dividantur in duas partes : uni parti colatura ad dimidias
incoque :

Cort. Rad. elleb. nig. Styr. præp. ʒiij

Caryophyll. ʒj ʒ.

Expressum & colatum servetur.

Alteri parti colaturæ adde :

Myrobal. chebulor. } Ol. amygdal.

Indor. ā. ʒiij } dulc. præp.

Cog.

Coq. ut decet: postea in fine coctionis per noctem in nodulo infunde:

Agar. 1r. 3viij.

Rhab. opt. 3ij f.

Spica 3 f.

Manè affuso superiori colato & expresso, bulliant parùm & expri-
mantur validissimè. Colaturæ, quæ non superet lbj, adde:

Syr. Bizanthini.

de Scolopend. ā. 3iij

Oxyracch. squillis. 3ij

Sacch. albiß. 3iij

Coq. ad consistentiam Syrupi fluidioris.

S. Syrup.

Hujus Syrupi (præmissis tamen, ut paulo ante monui, bolo, vel unâ dosi ex pillulis suprâ præscriptis, quamcunque voluerit) singulis diebus mane ante horam 6. Tua Magnifica Dignitas ebibet uncias tres tepesactas, & mistas cum guttulis duabus olei vel cinam: vel caryophyllorum, vel anisi, & usque ad prandium, quod hora 10. instituendum est, nihil comedat.

Hic Syrupus sine molestiâ & absque violentiâ mineram morbi, quæ in hypochondriis collecta hæret, educet, & reliquas etiam partes corporis ab humorib. inutilib. expurgabit.

Idcirco istius usum continuabit ad dies aliquot: sed cum hac cautelâ: ut videlicet, si paulo largius evacuet, interdum diem interponat, & sequenti die pergat. Sin autem non quotidie quater ex usu ejus alvum exoneret: sit ei hæc lex, ut unum cochleare priori quantitati adjiciat, & deinceps cotidie, vel alternis diebus pergat, donec universus Syrupus sit epotus. Altera lex illi esto: ut quando ternis vicibus de isto Syrupo biberit, quarto die ab omnibus medicamentis ferietur, & isto die mediam venam sinistri brachii, hoc autumnali: dextri autem, veris tempore aperire, & uncias quatuor sanguinis, eventationis causâ, ex eâ fluere sinat: aut si hæmorrhoides fluere consueverunt, hirudines applicari curet. Sequenti die usum syrupi pro eo atque commemoratum est, continuat. Postmodum Syrupo in universum epoto, uno die interposito, sequenti vicissim unam dosin pilularum suprâ dictarum usurpet; ut quod in hypochondriis adhuc reliquum est, plenè educatur.

Purgantibus ita præmissis, ad alterationem viscerum & venarum in hypochondriis progrediendum est.

Sed cum illa non possit exactè decerni, quàm omnia, quæ hæcenus per medicamenta effecta sunt, prius diligenter in præsentī statu expendantur: existimo opus esse exquisito examine omnium circumstantiarum, ut deinceps usus Seri caprini ex extractis succis cardui benedicti veronicæ & Ceterach factis, ad dies vel octo, vel decem decenter adornari & institui, atque hujusmodi medicamento secundus, tertius & quartus scopus seu intentiones, quæ refrigerantia, aperientia, incidentia, attenuantia & detergentia simul complectuntur, unâ vice expediri possint. Quibus ad dies plures uti oportebit, ut non solum ex venis hypochondriorum, obstruens minera perfectè eluatur: verum etiam frigiditate Seri caprini habitualis ferè caliditas & siccitas emendetur, & venæ ad temperiem nativam revertantur. Dixi autem ad aliquot dies usum Seri caprini continuandum esse.

Cum enim hoc malum adeo sit pertinax, ut non facile cedat: imò etiam adversitate luis Venereæ in difficultate curationis non inferius sit, longiora tempora ad superandum imò etiam crebriores curationum circuitus & intervalla requirit, donec perfectè evincatur, & penitus evellatur.

His ita peractis, imbecillitati ventriculi, epatis, splenis, capitis & reliquarum partium diligenti emendatione perinde ut suprà dictum est subveniendum erit medicamentis tam intrâ exhibitis, quàm extrâ admotis.

Inter medicamenta interiora, præcipuum sunt medicamentum Ambra & Moschus, quæ tantam vim possident cerebri temperiem confirmandi præsertim si cum margaritis conjungantur, ut aliis nullis cedant. Sed cum hæc à plerisque ægrotantibus, propter idiosyncrasiam capitis commode ferri non possint: prius cum Tuâ Magnificâ Dignitate de his sermonem conferre oportebit. Non minus his præstant oleum carui, caryophyllorum & cinamomi.

Ventriculo, ut facilius coctionem perficiat, non abs re foret, si sequens pulvis pepticus post cœnam & prandium, ad quantitatem dimidii cochlearis exhibeatur. Calorem enim ventriculi exuscitat, flatus dissipat, & catarrhos dissipat ac frenat.

Recip. *Sem. Coriand. præp. ʒvj*

Anisi.

Fœnic. ā. ʒj

Carui } *in aceto mace-*

Cymini } *rator. ā. ʒij*

Cinam. interior. ʒij s.

Glycyrrh. rasæ ʒj s.

Cort. Citri ℥j s

Flor. Origani P. ij s.

Nuc. Mosch. ℥j

Sach. rosat. tabulati ℥ij 3ij

Mis. F. Tragea. S.

Magenpulver.

Præter hæc etiã cortices arantiorum & citri conditi, item citrum conditum, acorum conditum, & zinziber etiã, cujus supra quoque meminimus, in Chinâ conditum. De quibus frequentius aut rarius quotidiana usurpatio nos erudiet.

Externa medicamenta non minùs internis, viscera ad suam integritatem reducere & confirmare possint. Inter hæc sunt pomambræ odoratæ, & alia, quæ temperatâ qualitate & odoris fragrantia cerebri substantiam permulcere & firmare possunt. De quibus tamen etiã, quomodo fieri possint, priùs diligenter sciscitandum est: novi enim, quibus pomambræ erant molestiores & graviores. Quibus accedunt fumi, pulveres, & trochisci odorati.

Externis medicamentis accedunt etiã unguenta ventriculo admovenda, quale est sequens:

Recip. Ol. de absynth.

Nardini ā. 3vj

Nuc. Moschat. express. ℥ij s.

Mastichini destillati gr. XV. *Mis.*

Hoc calefacto ventriculi regio illinatur superponendo pannum lintheum triplicem calefactum. Idque fiat horis tribus ante cœnam. Quando ventriculus videtur paulo infirmior, quàm hoc oleo ei sufficienter subveniri possit, Tua Magnifica Dignitas sequens scutum stomachale manè postquam surrexit, applicare poterit.

Recip. Fol. Beton.

Mentha.

Calaminth. ā. M. s.

Rosar. rub. siccat. P. j

Rad. Cal. arom.

Galanga ā. 3j

Cinam.

Caryophyll.

Ligni aloës ān. ℥j

Cort. Citri ℥j

Ol. Ma-

Ol. Mastichini.

Nardini ā. ʒj

Nuc. Moschat. express. ʒiiij

Mastichini.

Cera.

Terebinth. ā q. ʒ.

F. Cerotum pro Stomacho. S.

Magenschildt.

Tale scutum singulis cœnis & prandiis removendum, & non nisi post horas duas & dimidiam iterum apponendum.

Regio etiam epatis & renum, si eorum caliditas actualiter tanta deprehenderetur, similiter alterantibus emendari posset: sicuti, si splen paulo durior, & ad tactum renitens esset, eodem modo externis remediis tractandus & attenuandus esset.

Hactenùs de medicamentis tam internis quàm externis: nunc ad dieteticam pergo, de quâ hæc cautio supersticiosè observetur: Frustrà nempe omnia medicamenta usurpari, nisi diligens victus ratio accesserit. Est enim neglectâ victus ratione medicamentis, uti, perinde, ac si quis dextrâ manu ædificet, & sinistrâ vicissim destruat. Certè enim victus ratio non diligenter instituta, valetudinem neque firmiorem, neque tutiorem reddit, imò nec levat.

Sunt igitur boni succi & facilis concoctionis cibi, inter quos recensentur ova tremula, juscula ex capis, pullis domesticis, & carnibus bubulis juvenibus.

C A R N E S.

Sint vitulinæ, agninæ, bubulæ dimidii aut unius anni, vervecinæ juvenes. Inter ferinas leporum juniorum, cuniculorum. Ex avium genere attagenæ, palumbi, alaudæ, perdices, merulæ & montanæ aves omnis generis, in dumeris & vepribus degentes: ut sunt, turdi, turtures & columbæ sylvestres.

Legumina sint hordeum probè coctum, avenatum, pipere aromatizata. Radices etiam asparagorum, petroselini, pastinacæ, fiserum cichorium etiam sativum, quod albedinem contrahit.

Pisces sint saxatiles, ut lupi, funduli, percæ, & qui non in stagnis, sed aquis saxatilibus degunt.

Olera conveniunt cucurbitæ, melones, endiviæ, pepones, persica, cerasa, pyra, pruna & mala exiccata, iterumque cocta.

Carnes elixentur, aut ita assentur, ut succulentæ maneant, non exiccantur, ita, ut planè indurescant & adurantur. Quod fieri solet, quoties sub initium assationis maturius sale condiuntur.

Pisces cocti sine jusculis pinguibus, præter lupum salitum, qui in lineis pannis conservatur, & cum jure pingui optimi est saporis, & salubrior.

Carnes omnes crassæ substantiæ falso & fumo induratæ, sicut & pisces indurati, & fumo exiccati, vitentur (ut cum Poëtâ loquar)

canes pejus & angues:

Sicut & capita, lactes, viscera & pedes animalium, simili diligentia à mensæ removeri debent; ova etiam frixa & dura: placentæ item ex his factæ: pulmenta quoque, quæ ex pisces & leguminibus fiunt, fugienda, præter ea, quæ ex pane, ovis, & farinâ, cum lacte amygdalino, aut jusculo pullorum & similiter præparantur.

Caseus crassi est alimenti, & facile obstructions movet: mensæ secundæ absint præter passulas & amygdalas. Poterunt tamen semina coriandri, foeniculi, anisi, simpliciter Saccharo incrustata, aut succus cydoniorum Saccharo inspissatus mensis secundis interesse.

Panis fit albus, dulcis, non minùs sale & fermento paratus.

Vinum fit album, diureticum, & si haberi poterit Neccarinum. Exulet autem malvaticum, & alia potentia, rubra & crassa.

Cerevisia fit Servestensis benè defecata, nequaquam autem vetus & subacida. Generat enim multas aquositates & sudores graviter olentes.

Ut verò omnes cibi longo ordine prohibiti: ita etiam cæteri, qui facilis sunt concoctionis & boni succi, justo tempore, ordine, modo & quantitate sunt assumendi.

Nam liquidiores, ut sunt ova forbilia, & juscula atque pulmenta sub initium mensæ sunt apponendi.

Pisces nunquam post carnes, sed ante carnes edantur: post carnibus uti convenit. Atque ut uno verbo dicam, Tuam Magnificam Dignitatem in victus ratione sibiipsum medicum esse optimum & diligenter observare oportet, quos cibos salubriores experiatur. Quantitate sibi nullam molestiam accersat, nec alios assumat priùs, quàm priores coctos probè, & in ventrem inferiorem promotos sentiat, & priùs omnes diligenter masticeat. Nam multo faciliùs proba masticatione præcedente, ventriculus chylicationem perficit: multos cibos promiscuè uno prandio aut coenâ non ingerat: nam simplex convivium & appetitus neglectus saluberrimus est.

Post prandium hilarioribus & jucundioribus colloquiis tempus conterat, nec dormiat. Post coenam non nisi præteritis horis duabus, somnum capiat, decumbendo primùm in sinistro, post in dextro latere.

Manè à somno diligens studium adhibendum, ut excrementa per urinam & alvum sufficienter excernantur, imò sputa non retineantur, & capite decenter pexo, facies aquâ frigidâ lavetur. Post vel unctione vel equitatione exerceatur, donec corpus ferè sudare incipiat. Fiat autem in aëre temperato & sicciore, non in loco palustri aut concamerato.

Atque hæc breviter pro firmioris valetudinis adeptione & conservatione in gratiam Tuæ Magnificæ Dignitatis annotare volui: toto pectore æternum & misericordem Deum (qui solus omnes languores sanat) orans, ut diligenti medicamentorum usui clementer benedicat. Amen.

CONSILIUM VIII. IN MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA.

Reverende & Generose Domine Comes, Domine submisſe colende, de symptomatis nuper mihi commemoratis diligenter cogitans, deprehendi Reverendam & Generosam clementiam tuam laborare ex Melancholia hypochondriaca flatulenta, tantoque magis flatulenta, quanto à nativa temperie ventriculus longius in frigiditatem dilapsus, cruditarum copiosiorum est faber & opifex.

Orta autem est talis intemperies & inde consecuta malâ omnia ob errorem externum, nempe in victu & animi affectibus. Quotiescunque enim ventriculus vel copia vel qualitate ciborum obruitur & accedunt etiam aliæ externæ causæ, calorem ejus nativum dissipantes & atterentes, sequitur labefactatio facultatis coctrice, & hujus soboles cruditas, ubi verò cruditas est, ibi ex imbecillo calore inchoante quidem, sed non perficiente concoctionem, generantur plurimi flatus, quibus cum longo nunc tempore R. & G. V. C. conflictatur, eò præcipuè tempore, quo chylificatio facta est, & reliquæ crudi & pituitosi chyli in ventriculo à calore imbecillo incipiunt attenuari & concoqui.

Cum autem R. & G. V. C. naturâ sit ventriculo paulò frigidior, epate verò, corde & renibus calidioribus, non modò facîle, ob extremos

errores supra commemoratos in morbum ex intemperie frigida ventriculi incidit, verum etiam subsecuti sunt alii morbi, primum in via nempe obstructio in venis mesaraicis, deinde intemperie calida & sicca, & quasi inflammatoria, ut Galenus ex sententia Dioclis affirmat in iisdem venis & partibus ad illas attinentibus. Etenim postquam chylus imperfectus & crudus ad Epar transiturus in itinere propter cruditatem & crassitiem in venis mesaraicis substitit, factum est, ut moram trahens in sese quasi flammam concipiens incalesceret, & vasa dicta, atque partes vicinas, nempe epar & renes, adeoque cor ipsum in maiorem caliditatem transferret, hoc facto chylus in venis mesaraicis assari, & humor melancholicus in venis iisdem retineri, nec perfecte ad splenem mitti capit. Unde etiam omnium symptomatum congeries primam originem consecuta est, nam ex imbecillo ventriculi calore flatus tanquam ex officina prodeuntes non modo cotidianis doloribus ventriculum & vicina intestina affligunt, sed etiam hypochondria distendunt & inflant: qui quanto copiosiores sunt, tanto maiore impetu orificium ventriculi afficiunt, nauseam, vomendi cupiditatem & anxietatem excitant, sursumque tendentes gulam constringunt, linguam sæpè quasi immobilem faciunt, pectus replent, & sursum ad cerebrum prorumpunt, spiritus animales agitando perturbant, & nonnunquam vertiginem exuscitant.

Quando verò tales flatus ex perpetua materierum in hypochondriis contentarum affatione & affirmatione augentur, maligniores fiunt, præsertim à vaporibus adustis & melancholicis, sua natura acerbis, acidis atque ex affatione calidis & tenebrosis, obscuris atque putridis, ita quidem, ut propter qualitatem talem non solum spiritus cordis perpetuò obscurent & alterent, eosque tenebrosos & melancholicos reddant, sed etiam præter motum violentum, quo cerebro & visui vertiginosam molestiam afferunt, spiritus animales sua natura lucidos & cœlestes, nebulosos & tenebrosos reddendo, actionem insuper imaginatricis ita lædunt, ut metus & tristitia, & hinc fuga conversationis, studium verò solitudinis, & melancholicæ imaginationes oriantur.

Ex quo in cerebrum impetu sequuntur etiam pigritia ad motum, nervis videlicet tali flatu melancholico repletis, & propter caliditatem & siccitatem, exiccatio oris & faucium, atque æstus circa præcordia talis, ut magis potum quam cibum appetat, magisque frigidis quam calidis V. C. delectetur.

Præterea quando obstructions vehementes sunt, calorque major & intensior, alvus arida & sicca redditur, flatus cohibiti furiant effrenatius, atque

atque tunc urina etiam tenuis & alba apparet referatis verò obstructionibus, crassiores fiunt & subruffæ cum sabulo multo ac copioso, ut quis opinari posset, calculo potius quam alio affectu V. C. laborare. Quæ cum tales apparent securitatem & inducias morbi prænunciant, quando verò tenues, exasperationem commemoratorum symptomatum fore prædicunt. Accidit etiam nonnunquam ut alvus sponte sua, vel clystere leviusculè irritata largissimè exundet, quod sanè planè alienum à morbi istius natura esse videri posset, nisi constaret, quod ventriculo in tali morbo debiliore & magis humido plures cruditates & humores tenues copiosiores colligerentur, stasisque interdum vicibus natura insurgente, vel clystere commovente, in alvi profluvium inundarent. Hæc breviter de morbis, eorum causis & inde consequentibus moribus & signis propterea præfari volui, ut de faciendis faciliore esset dijudicatio, & quid de curatione certæ spei firmiter haurire possemus.

Quia verò morbi sunt duo potissimum, Intemperies ventriculi frigida & sicca, venarum contra melsaraicarum & epatis, ex obstructione orta caliditas & siccitas, apparet quidem propter contrarias intentiones difficilimum fore, ut hujusmodi contrarietatem in visceribus prædictis tollamus præsertim si *ὁπλόν τι*, quod innominatam qualitatem in talibus affectionibus ex errore externo profectum, quod suspicor subsit, tamen si ad rei naturam diligentius mentem advertamus, spero facilius quicquid est mali esse superaturos.

Erunt autem intentiones seu scopi faciendorum præcipuè hi: Primum ventriculus calefaciendus & flatus temperatè discutiendi sunt, deinde obstructiones temperatè refrigerantibus tollendæ, & materia obstructionum pertinaciter adhærens detergenda, humores verò adusti, melancholici & putridi educendi erunt. Tandem si quid latentis qualitatis superest, per medicamenta appropriata & symbolum, atque proportionem mali habentia, qualia Bezoartica ab Arabibus vocantur, tollendum est, sed ita ut ea inter se tali commodatione contemperentur, ne dum uni prodesse volumus, alteri noxam singularem conciliemus. Quoniam verò neque ventriculi, neque epatis & venarum melsaraicarum intemperies tolli, neque etiam qualitas prava universali medicamento ad omnes corporis partes directo, emendari potest, nisi ea, quæ talem actionem impediunt removeantur, necesse est, ut ad sublationem talium remorarum primum nostrum laborem convertamus, Is erit ut obstructiones tollantur & materia eas pariens debitâ evacuatione educatur. Quo factò cætera omnia erunt leviora & nihil faciliè intercider, quod feliciter coeptam medicationem impedire possit.

Ut id

Ut id commodè fieri possit, præscripsi primum pilulas A. sumendas hora matutina septima, & prandium ad horam decimam differendum, talibus viæ communes ab illuvie humorum crudorum expediuntur.

De hinc proderit aperiendis reliquiis obstructionum, & detergendis materiebus contrariis, & flatibus discutiendis, item humoribus melancholicis & adustis educendis Syrupus B. de quo sequenti mane paulò post horam 5. capi poterunt cochlearia usualia quatuor, (quæ circiter uncias tres æquant) & super dormiendum per dimidiam horam aut amplius, sed eâ lege, ne sudetur: prandium verò ad horam 10. differendum, si per triduum tali syrupo ejus clementia est usa, quarto die fieri potest mediæ Venæ sectio in dextro cubito, sic enim & epar eventaretur, & medicamenta rectius officium suum essent factura.

Præter venæ sectionem aliis auxiliis Cheirurgicis opus esse non putarim, nisi fortè post purgationem remanentibus aliquibus reliquiis humorum melancholicorum, hæmorrhoides aperiendæ viderentur.

Post venæ sectionem sequenti die posset Syrupi usus continuari, ita quidem ut quotidie vel quatuor pro quantitate scilicet & numero dejectionum, quas vires facillè tolerant.

Posset etiam interdum usui hujus Syrupi dies quietis interponi. Epoto hoc Syrupo, si quid superesse videretur die interjecto, reliquias humorum medicamento electivè purgante aggrederer, quale sub litera C descripsi: idque manè deglutiendum propinarem horam circiter mediam 6.

Hic fortè mirum videri posset, cur corpore prædictis purgantibus satis frequenter sollicitato, electiva subductione illud amplius onerandum putem. Ad id respondeo, exquisitâ evacuatione ante usum bezoarticorum medicamentorum præservatoriâ opus esse, quod eâ neglectâ humores inutiles & residui ex talibus remediis plerunque agitentur, & furere incipiant, symptomataque nonnunquam talia commoveant, ut acutorum morborum mores, naturamque, cum antea longi essent, cum magnâ & ægrotantium & nonnunquam etiam medicorum consternatione planè induant. Corpore ad dictum modum purgato, & impedimentis sufficienter remotis, reliquos scopos, auxilio, omnes, intemperies simul corrigendi vim, & naturam simul Bezoarticam seu alexiteriam habente, expleri posse putarem. Tale verò esset lignum Indicum, quod non solum ventriculum calefacit, & obstructiones (modò debite cum Salsa parillâ contemperatur) sine calefactione aperit, sed & flatus discutit, ventriculum roborat, viscera & omnia membra totius corporis pristino statui restituit, præsertim si portiuncula Sassafras & alia corrigentia eâ proportionè

admiscerentur, ut naturæ morborum & temperamentorum totius quam partium, rectè accommodentur, qualem descriptionem sub litera D. proposui. Possent autem cotidie manè exhiberi ℥vj circiter horam 4. matutinam, sed eâ lege ut prius immediatè sumeret ʒj mithridatici. Quod quantam vim habeat roborandi omnia viscera, non est, ut meminerim, ejusque usum octavo quoque die repeteret, pridie tamen corpore denuò, ut paulò post monebo, evacuato, Exhausto decocto dormiat pro placito & sudet ad hor. 7. usque qua sudores detergat & comedat pro immutandâ intemperie ventriculi & viscerum rotulas sex, quas litera E. complectitur. Hora 8. cibum capiat. A prandio ante hor. 3. denuò propinarem sex uncias, sudorem præcipiendo usque ad hor. 5. sub eâ cautela, ut qualitatem sudoris viribus accommodaret, non enim largior is esse debet, quam Natura commodè & leniter ferre potest. Post sudorem denuò sex rotulæ fumantur, & differatur coena ad horam 6. continuetur verò usus hujusmodi medicationis ad dies triginta.

Interim si alvus non fluat, clystere emolliente & leniter carminante sollicitanda est, præsertim primo quatruiduo, solet enim istis diebus alvus ficcari, quod propterea subjicio, ne elementia ejus sub initium talibus fulminibus torminum terreatur, sed maturè clysteris usu displodi curet.

Dum sic pergimus, & Natura paulatim consequendo nativam temperiem, sit fortior, & omne grave ac molestum concoquit & expellit, quare ut id expeditius facere possit, eam juvemus.

Fit autem si octavo quoque die medicamentum, quod vias communes expurgat exhibeamus, Quale est vel electuarium lenitivum, vel catholicum, cum confectioe Hamech, & Diaphœnicon, vel aliud quod præsentis temporis conditio expostulare videbitur. Sequenti die, ut supra sub primum haustum decocti bibendi innuebam, denuò drachma una mithridatici immediatè ante usum decocti deglutienda est.

Epatis etiam & renum regiones unguentis refrigerantibus, qualia sunt fantalinum, rosatum Mesue, & infrigidans Galeni, inungendæ, absterfo sudore, tam manè quàm vespere.

Victus ratio sit sub initium largior, postea septimo die præterito minuatur, sed ita ut natura juvetur, non gravetur. Exhibeantur autem cibi facilis concoctionis, nec fercula excedant numerum ternarium, ne pluritas horum, humorum diversitatem producendo, malum denuò potius foveat, quam unâ cum medicamentis oppugnet.

Potus sit aqua decocta sub litera F. quæ si ventriculo incipiat esse molesta, haustu vini aut micâ panis ex vino sumto, mitigari posse videtur.

letur. Ne autem motus alicujus symptomatis ex vini usu insurgat, fo-
eo ventriculo confirmando, concoctionique adjuvandæ pulverem pepti-
cum sub litera G. consignatum, & ad naturam morbi atque symptoma-
um de quibus G. V. C. queritur, post cibum sumtum, conclusionis
oco exhibere, ad quantitatem drachmarum duarum, aut amplius non-
nunquam. Pro mensis secundis etiam non incommodè possent concedi
Pineæ, amygdalæ, præcipuè verò pistacia, quæ Avicenna epatis The-
riacam vocat, Item Passulæ corinthiæ elotæ, & nonnunquam panis
bis coctus cum seminibus carui, anisi aut fœniculi paratus.

Hæc breviter in generosæ ipsius clementiæ gratiam conscribere volui,
Medici præsentis judicio omnia subjiciens, Deumque orans, ut instituen-
dæ executioni clementer benedicat.

Recip. *Mass. pill. de hiera cum agar.*

aggregat.

Rhabarb. inter. & opt.

ā. ʒj.

Cum aq. Veron. f. pill. n. XXI.

S. Pilula A.

Rad. Cichor.

Endivia.

Scorzonera.

Eryngij ā. ʒss.

Petrosel.

Fœnic. ā. ʒiij.

Cort. Thamaris.

Fraxin. ā. ʒiij.

Polypod. Querc. ʒvj.

Glycyrrhiza rasa ʒv.

Sem. Dauci.

Aquileg.

Anisi ā. ʒss.

Garthami conquis. ʒj.

Passular. Corynth. ʒj s.

Fol. Sennæ ʒiij.

Epithym. Gret. ʒj s.

Herb. Cichor.

Ceterach.

Endivia.

Veronica.

Adiantki nigri ā. Mj

Spicanthi.

Lingua Cerv.

Card. bened. ā. Mß

Coq. in s. q. aquæ (adde aceti squillitici ℥iij) pro ℔ ij : quæ colentur & dividantur in duas partes : uni parti colatura ad dimidias incoque :

Cort. Rad. elleb. nig. Styr. præp. ℥iij

Caryophyll. 3j

Expressum & colatum servetur :

Alteri parti collaturæ adde :

Myrobalan. Cheb.

Indor. ā. ℥iij

Ol. amygd. præp.

Coq. ut decet : postea in fine coctionis per noctem in nodulo infunde :

Agar. trocis. ℥vj

Rhabarb. opt. ℥iij

Spica ʒß

Manè affuso superiori colato & expresso bulliant parùm & exprimantur validissimè, Colaturæ, quæ non superet ℔j adde :

Syr. Byzanthini.

de Scolopend. ā. ℥iij

Oxysach. squillit.

Syr. Violar. ā. 3j s.

Sach. alb. 3j.

Coq. ad consistentiam Syrupi fluidioris.

S. Syrupus B.

Recip. Elect. Lentivi 3ij

Conf. Hamech 3j

Spec. Elefscop. ʒij

Ol. Caryophyll. gut. j

Cum Sacharo f. Bolus.

S. Bolus C.

Recip. Rad. Salsæ parill.

Ligni Sancti ā. 3j

Lign

Ligni Sassafras ℥iij

Cort. Ligni Sancti ℥ij s.

Vis. quer. ℥j s.

Fassular. ℥j.

Rad. Scorzon. ℥iij

Cinamomi ℥j s.

Coq. in aq. Cichor. ℔ij s.

Borrag. ℔j. s.

Fumar. ℔ij

Ad medietatem, prius per hor. 24. infusa in aquis istis ferventissimis.

S. decoctum Ligni D.

Recip. Spet. Diarhod. Abbas.

Diambræ.

Aromat. ros.

Nuc. mosch. ā. ℥ij

Ol. Caryophyll.

Anisi.

Cinamomi ā. gut. ij

Sach. alb. sol. in aq. Card. bened. ℥iiij

F. Consect. in rotul.

S. Rotulæ E.

Recip. Cort. Ligni guaiaci ℥ss

Rad. Sals. parill. ℥vj

Lig. Sassafras ℥j

Passular. ℥j

Coq. in aq. simpl. ℔viij *ad tertias.*

S. Aqua F.

Recip. Sem. Coriand. præp. ℥vj

Anisi.

Fenic. ā. ℥ij

Carui ℥ss.

Cinamomi ℥iiij

Rad. Glyzirrhz. ℥ij

Cort. citri ℥j

Sacch. Ros. tab. ℥ij

Mis. F. Tragaa. G.

CONSILIUM IX. IN MELANCHOLIA HYPO- CHONDRIACA.



S morbus ullus terrore plenus & mœrore certè hic, quem hypochondriorum melancholiam vocant, plenissimus. Non tamen id ex ipsius morbi fit essentia, cum toto genere lethalis non sit: sed quod chronicus sit & diuturnus, hominemque quem tenet, alias fortissimum, vel ipso Lysandro timidiorum reddat. Accedunt insuper varia & multiplicia symptomata, quæ hominem à salutis portu ad desperationem quasi adigunt & abigunt. Eodem malo & tu ipse, vir optime, modò conflictaris.

Licet autem hæcenus multis usus fueris medicinis, funditus tamen id malum hæcenus non exstirpari potuit. Rebelle quippe fuit nimis nimisque contumax. At verò & nos mascule ei ipsi nosmet opponemus. Succus ergò ut hinc ordiar, plus nimis melancholicus in tuo colligitur liene. Hic quod crassus sit & viscidus, intestina & mesenterion obstruit.

Hinc uberrimus excrementorum in corpore proventus: hinc regurgitatio noxij humoris in ventriculum: hinc dolor capitis, hinc tinnitus aurium, ructus acidi, expuitiones crebræ, catarrhi tandem suffocationem quasi minitantes & angina spuria.

Flatus quoque magna copia in infima generantur cavitate. Autores ij sunt torminum in intestinis, punctorum & suffocationum in diaphragmate, tumorum epatis & lienis, undationum in arterijs. Horribilia hæc sunt sed audiemus magis horribilia. Spasmi quandoque & convulsiones sentiuntur in artubus, emaciatur universum corpus, somnia adsunt terribilia, disputatur acerrimè de prædestinatione, meditantur quandoque ægri ut fiant *αυτοχέρες*. Ægros, si quærat Medicus, modo hic, modo illic se dolore, affirmare audias. Incurabilem esse hunc, quo premuntur, morbo; irritas futuras omnes medicinas. Hæc & similia plenis buccis ij effutiant. Postquam verò à solerti & industrio instituuntur Medico, quæ natura sit morbi, qui non lethalis sit, sed chronicus tantum: ibi verò lætiores spirant spiritus, medicinis utuntur, commodamque victus tenent rationem. Variantur autem hæc symptomata pro conditione temperamenti & ratione victus. Consultissimum verò faciunt ægri, si temporius eruditum consulant Medicum. Fixam enim si habuerit affectus iste sedem, rarò discedit à corpore, priusquam vestigia & characteres quosdam in debiles impresserit.

In occipitium tuum, vir amplissime, materiam phlegmaticam deposuit natura, uti audio. Quæcunque insuper in genere hic fuere à me recensita, ea tu in specie tibi dicta noveris. Progressum faciam maturius ad curationem. Complexio tua calida est & sicca, & ob caliditatem epatis, ad generationem humoris melancholici parata.

Confirmata fuit nuper ea dispositio usu vini ferventioris, & peregrinatione ad loca æstuantia. Ventriculus insuper imbecillus quod sit, succos crassos & incoctos producit, quos & eodem modo ad lienem transmittit, ut & ad venas mesaraicas. Absolvenda curatio quinque, quæ sequuntur capitibus.

PRIMUM ET SECUNDUM.

SUCCUS Melancholicus expurgandus, & reserandi venarum obstructus, universaliter quidem, quolibet vere & autumno: in specie, quomensibus & quot septimanis. Vere sumantur pilulæ C. horis binis ante prandium.

Recip. Specier. Hieræ S.

Agarici trocis.

Rhabarb. opt. ʒ. ʒj

Cum Syr. ros. solut. s. pill. n. XXVII.

S. Villen. C.

Postridie capiatur portio D.

Recip. Rad. Cichorii,

Endivia,

Borrag ʒ ʒij

Asparagi ʒij s.

Cort. Rad. Cappar. ʒj s.

Polypodij ʒij

Pulpa Tamarind.

Passular. ʒiiij

Hordei mundi P. iij

Sem. Melon.

Anisi ʒ. ʒj

Herb. Cichor.

Endivia ʒ. P. iij

Fumaria, lupuli ʒ. P. j

Card. bened.

Ceterach.

Veron. ā. P. j. ſ.

Betonica P. j

Fol. Senna Alex. 3vj

Rad. Elleb. nig. Styriaci ʒij

Epithymi Cret. ʒijj

Coq. in ſ. q. aquar. Borrage & Cichor. pro ʒviij in quibus infunde per noctem

Rhabarbari opt. ʒiiij

Schænanthos ʒj

Manè fortis fiat expreffio, & relinquatur colatura pro lib. Sem. cui adde:

Manna 3vj

Syr. ros. ſolut. ʒj

Mif. S. Träncklein D. in 2. Theil zu theilen.

Notandum : in hac potione , ſi vere ſumatur , pro ʒiiij Rhabarb. ſubſtituenda ʒj Rhabarb. & ʒj agarici. In autumnno uſurpetur , paretur ſecundum literam. Potionis hujus ſemiſſis capiatur manè poſt hor. V. cum jejuniſmo ad hor. uſque X. Sequenti die ceſſandum à medicamentorum uſu , & ſecunda epatica dextri brachii, in autumnno epatica ſiniſtri , ad emiſſionem ſanguinis tanti , quantum binæ teſtæ ovi continent. Poſtridie abſumatur pars reſidua potionis D. Poſtidea bibatur ſerum caprinum , in vere. Poſt uſum ſeri ſingulis diebus manè & vſperi ſequentis medicamenti H. ſumatur portio , quantitate nucis juglandis.

R. Conſer. Borrage Bugloß. ā. 3vj

Violar. roſar. ā. 3v.

Spet. Diarhod. Abbat.

Diatrion. ſantal. ā. ʒij

Margarit. præp. ʒijſ.

Ligni aloës ʒj

Moſchi opt. gr. j

Fol. auri n. iiij

Cum Syrupo de pomis ſ. conditum.

S. Stärckung H.

Inſigniter hoc conditum internas roborabit partes.

TERTIUM ET QUARTUM.

CAlida intemperies epatis & renum corrigenda , lienisque auferenda obſtructio. Eum ad finem Epar manè & vſperi inungatur linimento E. Lumborum regio linimento G. lien demum unguento F.

Recip.

Recip. Unguenti Santalini ℥j
 Succ. Cichorii
 Enndivia ā. ʒv.

Ol. Rosati ℥vj
 Ros. rub. pulv. ʒij
 Cera alba q. s. f. liniment.
 S. Salbe E.

Recip. Unguenti splenetici mei ℥ss
 S. Salbe F.

Recip. Ung. Rosat. Mes. ʒiij
 Populei ʒj s.
 Mis. S. Salbe G.

Quotiescunque etiam observâris, iterum obstipari alvum, toties particula Electuarii A sumenda hor. 2. ante prand. quantitate castaneæ plus minus pro modo fortis vel imbecillis operationis. Vel si electuarium id displicet, loco ejus portio B. vel pilulæ C. hor. 2. ante prandium adhiberi debent.

Recip. Cassiæ recens extracta secundum decoctionem ferventem glycyrrhizæ
 & anisi ʒj s.

Electuar. lenitivi ʒj
 Elect. de succo Rosar. in tab. ʒvj
 Confect. Hamech. ℥ss

Cum Syrupo ros. solut. multipl. infus.
 F. Mixtura.

S. Latwerge A.

Recip. Syr. ros. solut. ʒj s.
 Decocti senna cum epithymo ʒij s.
 Syr. Diasereos ℥ss
 Mis. F. Haustus
 S. Träncklein B.

Continuabitur horum usus per dies 14. Si fortè accidat, ut quotidianus iste purgantium usus sordescat, loco eorum sequens injiciatur: enema I. horis 2. vel ante prandium vel ante coenam.

Recip. Herb. Betæ
 Mercurialis
 Malva

Bismalva ā. *M. j*
Absynth. *M. j*
Pulegii *M. j*
Flor. Chamomel. *P. j*
Sem. Fænugraci
Lini ā. *ʒiij*
Carthami
Polypod. quer. ā. *ʒß*
Coq. pro ʒx. In quibus dissol.
Electuar. Lenit. *ʒvj*
Disscatbol *ʒß*
Ol. Chamomel. *ʒj s.*
Rosacei *ʒj*
Mell. rosar. colat. *ʒj s.*
Mis. F. Enema.
S. Clystier. I.

Q U I N T U M.

Corroborandus ventriculus.
 Sumantur manè, sed permutatim.

Conditum Rad. Cichorii,
Cortices arantiorum conditi,
mirabolani chebuli conditi.
Conserva rosarum, cui species a-
romat. rosar. immixta sint.

Quod si successu temporis usus flagitavit, scutum stomachale itidem parari volo.

Recip. *Galanga* *ʒj s.*
Calam. aromat. *ʒj*
Nuc. Moschat. *ʒß*
Cinamomi Elect.
Macis ā. *ʒij*
Xilocaloes
Caryophyll. ā. *ʒi*
Sem. Anisi
Fenic.
Cumini ā. *ʒij*
Mastich. *ʒiij*

*Pulv. subtil. & cum Ol. ros. & absynthii à ʒi subigan-
tur, deinde addit. pice resina & cera f. cerotum
Stomachale.*

S. Magenschilbt.

D I A E T A.

AEr vitetur obscurus, ater, nebulosus.

De cibis dictum alibi. Embammata acria & nimis calida, qualia raphanina sunt & sinapia, vitari volo. Brodium raparum tostarum, ante prandium sumtum, plurimum prodest in hoc morbo.

Pomum Obst, obest plurimum.

Lactuca ex brassica capitata, endivia, cichorio hyemali, rapis coctis orbiculatim concisis & cum oleo olivæ & aceto paratis nasturtio, & floribus borraginis probantur.

Potus sit Cerevisia Servestana, Goslebiensis, Vinum Rhenanum, per hyemem: per æstatem Cerevisia Einbeccensis, Torgensis vehementer obest capiti. Vinum Neccarinum. Vita sit sobria.

Somnus moderatus. Studia non tractentur: manum de libris.

Repletio vitetur, flatus enim generat.

Savos animi vitato morsus.

De reliquis dictum alibi. DEus Deorum benedicat.

CONSILIVM X.

IN MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA.

Litteras Tuas Vir Nobilissime, 5. Mens. Decemb. d. Anni elapsi exaratas accepi: atque gratas tibi meas fuisse, te quoque tam prolixè rursus polliceri, magna cum voluptate intellexi.

Minus autem jucundum accidit, quod T. P. Hypochondriaca flatulentia (quam Hermetici sive Spagyrici morbum Mercurii solaris præcipiti vocant) laborare cognoverim: (hanc enim omnia ostendunt symptomata in literis relata) cum morbus diuturnus, non quidem unius mensis, vel anni esse soleat. Cujus sanè cum auxilia nonnulla T. P. à me requirat; ut secundum methodum prægrediar: essentia omnino illius in intemperie:

temperie consistit sicca mesenterii, pancreatis, & quorundam ramorum venæ portæ, cum quadam caliditate & obstructione à sanguine crassiore.

Quæ à causis suis efficientibus primum pendere solet, ventriculo nimirum frigidior (sive per se sive aliam quampiam ob causam) quemadmodum ex imminuta coctione & copiosis flatibus constat: Epate verò & venis calidioribus quemadmodum cum T. P. hic esset conjicere id facile fuit. Materiali deinde, sanguine sæculento, adusto, humoribus crassis, viscidis, quales nimirum ab ejusmodi intemperiebus progigni solent.

Præsente inprimis subjecto apto mesaræo, pancreate, liene, quæ cum aliàs sentina statuantur excrementorum totius ferè corporis, hoc loco ob intemperiem dictam aptiora omnino ad illa suscipienda existunt. Externis tandem quibusdam accidentibus, vigiliis scilicet & laboribus, tam animi quam corporis (de diætâ enim nihil mihi constat) quod non solum cruditate, sed & spirituum (qui per dicta consumuntur) paucitate, calor innatus affligi soleat. His igitur de causis fit, ut consumatur potius & resolvatur calor nativus, quam excitetur: unde debilitas facultatum naturalium; crudorum humorum proventus, aut certè nulla istorum proportio; & ea symptomata, quorum T. P. facit mentionem.

Epate enim existente calidior, sive jam omenti pinguedinem, quæ aliàs ventriculum fovebat, ut ne calor tam facile expiraret, impediabat, consumat, ac aliàs pinguedinis concoctionem prohibebat: sive caliditate suâ excedente ventriculi minorem conficiat; sive etiam cibum nondum perfectè coctum justo citius distribui faciat: coctio certè ventriculi (aliàs per se frigidi) vitatur; sic cruditates in eo colliguntur. Quo & illud accedit, quod ichores melancholici, in ventriculo, ut Galenus monet, confluere soleant, atque nativo calore quasi jugulato, actiones illius depravare aut imminuere.

Cruditates verò dictæ, quemadmodum & ipse per se cibus nondum planè coctus, ad venas, ratione caloris, citius raptæ, vel aliàs ibi collectæ, neque tempestivè expurgatæ, assantur quasi & obstructiones postmodum pariunt vel augent. Hinc tormina & flatus: præsentem nimirum materia apta, pituitosa scilicet & melancholica: calore verò ventriculi & partium ad illum attrinentium imbecilliore, qui materiam illam quasi per elixationem quandam rarefacit: atqui in flatus ità conversam digerere aut discutere ob imbecillitatem nequit: flatus hi intra spacia, quibus viscera ad invicem determinantur, collecti, distendunt illa & membranas ipsorum: unde consequentur dolores.

Post primum autem somnum potissimum illâ omnia vigent, scilicet ob finem primæ coctionis & initium secundæ: dum nimirum prima coctione cum labore quodam & imbecilliter (ob calorem imminutum) finita, nova succedit secundæ coctionis in pravum illum chylum actio. Neque mirum vigilas succedere, cum siccorum & pravorum (utpote crudorum) vaporum portio ad cerebrum quoque feratur: benigniores autem fumos, somni materiam esse notum sit. Quæ sanè symptomata sunt à T. P. relata: quibus alia esse adjuncta non dubito: cum fumi illius exhalantes & cor & cerebrum petere, sic eorum demactiones lædere soleant. De quibus T. P. monere me poterit: singula enim jam prosequi nimis longum foret. Hoc porro malum licet non admodum facile tolli soleat, propter causarum quendam introductum habitum, succi contumaciam, intemperiei viscerum & curandi intentiones contrarias: attamen constitutio corporis, facultates non abolitæ, sed depravatæ saltem, ac quodammodo imminutæ sperare omninò jubent, affectum hunc, si non prorsus tolli, multum tamen imminui posse.

Curandi igitur intentiones quod attinet, ex ante dictis facile patet, obstructions inprimis referandas esse, materiam visceribus & vasis hærentem incidendam, ac educendam, intemperies viscerum corrigendas, ipsaque postmodum roboranda.

Quas sanè intentiones aggrediundo, secundum triplicia medicorum instrumenta & auxiliâ: Diatam quod attinet, exactissima illius, quoad licet, habenda ratio, quod secundum Galenum hæc potissimum tollantur morbi diuturni.

Hinc quo ad omnes sex res non naturales diligenter illa observanda 1. Ut aër sit temperatus tam in activis quam in passivis qualitatibus: inprimis verò hypocaustorum intensior vitandus, ac aliàs non per flatus vel conclusus, quo non caput oneratur tantum, sed humores quoque colliquantur. Possent quoque tales Trocisci. A. tempore hyemali parari, atque iis fumus in cubili vel vaporario excitari. Cibi facilis sint digestionis, quos nemo non novit: fugiendi autem potissimum, crassum ac viscidum succum gignentes, quales sunt frigidi sua natura, pisces & carnes crassioris substantiæ, lactinia, caseus in primis (si modo ille T. P. vescatur) vetustior. Fugiantur quoque sale vel aromatis nimirum condita, fumo exiccata, frixa, acida, caput petentia, qualia cæpe sunt, porrum, sinapi. Assis satius utendum quam elixis. Cæteris partibus, quod hæc fluctuent in ventriculo: varietas inprimis ciborum fugienda, cum simplex licet paulo deterior, tantum non noceat, quantum multiplex, licet
K
melior,

melior, ob inæqualitatem succi & coctionis. A cibo uti T. P. poterit Tragæa B. vel pyro vel cotoneo cocto, cum confectione anisi, coriandri aut fœniculi: quemadmodum & dictas confectiones solas assumere licet.

Potus magna habenda ratio, cum citò & multum nutriat, neque eo carere possimus. Cerevisia itaque sit clara, limpida, vetustior parumper, non feculenta: vina generosa fugienda & omnia alia in nimia quantitate: utendum verò albo, tenui, oligophoro, quale Rhenanum est tenuius, vel Neccaricum. Non statim à cæna dormiendum, sed ad minimum per horam unam aut alteram deambulandum moderatè, aut tempus qualitercunque fallendum. Diurnus verò somnus omnino improbatur, quod excitet quidem & elevet vapores, sed non discutiat: aggrediatur concoctionem sed non perficiat, nisi assueverit T. P. vel nocturnus brevior fuerit, tum enim sedendo illi indulgere poterit. Exercitium sit moderatum, jejuno stomacho & excrementis rejectis, ac quamprimum sentitur ex anhelitus mutatione calorem nativum excitatum, ab eo cessandum. Excrementa quotidie deponenda vel sponte vel arte, scilicet passulis hujusmodi purgantibus G. quarum dosis cochlear unum vel duo, vel tria etiam statim ante cibum. Vel etiam enemate tali:

R. *Brodij carnis vel gallinae q. s. pro clystere (flatibus autem urgentibus malvatici aliquid addi potest scil. ℥ij vel ℥iiij) mellis ros. ℥j s. Olei com. ℥j Vitell. o vj n. i. Mis. pro clystere, quo utendum duabus horis ante cibum.* Caput (vacuato corpore) manè pectendum ad sua discutienda excrementa, mox frusto agarici crudi primum, post panno asperiore fricandum.

Balneo si T. P. uti voluerit, ventriculus prius inungendus oleo mastichino, vel nucis muscatæ. Animi tandem affectus sint moderati, potissimum ira, tristitia, vel animi mœror, qui aliis sunt vehementiores: & à cibo meditationes dum vel ferventiorum reddunt sanguinem, vel interius calorem cogunt, vel spiritus exhauriunt.

Chirurgiam quod spectat, licet nauseantem & debilem ventriculum obtinentem phlebotomia minimè uti debere, vulgò statuatur: attamen cum morbus hic possit fieri magnus, consentientibus viribus & ætate ratione scilicet epatis calidioris & obstructione) vena in vere vel autumnio secari poterit; semper tamen illud attendendo, quod Galenus diligenter monet, calorem & substantiam effluentis sanguinis observandam esse, ita nimium, ut ater & crassus liberius paulò mittatur, tenuis verò & clarus contra. Hæmorrhoides quoque si aliquando fluxerint apertioni earundem rursus studendum, per hirudines vel usum pilularum aloeticarum. Et cucurbitulæ

curbitulæ quandoque affigendæ natibus, ad materiæ derivationem. Neque frictiones omittendæ partium inferiorum deorsum versus: itemque lotiones pedum ex decocto hyssopi, absynthii, ruthæ, salviæ, abrotani, pulgii chamomel. & id genus aliis. De fonticulo ambigo, an T.P. illum sit admissura: quemadmodum etiam dubitatur, an in malo hoc contumaciori, & obstructionibus præsentibus commodus sit futurus.

Medicamenta quod attinet, humores illi crassi & viscosi obstructionum causæ incidendi & detergendi, simul quoque evacuandi per tale apozema D. cujus dosis cochlearia v. vel vi. vel vii. hor. 4. vel 5. ante prandium calidè: neque enim fortioribus utendum videtur, ne subtiliores partes evacuentur, relictis crassioribus: vel etiam humor ille melancholicus rebellis efferatur.

Vacuatis ita vel continuis aliquot vicibus, vel per intervalla quoque humoribus peccantibus, viscera corrigenda vel roboranda: verbi gratia tali conditio E. itemque confectioe hac in rotulis vel morsulis F. Conditum quidem quantitatem magnitudinis castaneæ, morsulorum unum, alternis vicibus assumendo mane & vespere hor. 2. ante cibum. Quemadmodum & mithridatium valde confert, si vacuato corpore semel in septimana, scil. 9j vel 3ss mithridatii cum 3ij conser. rosar. permiscendo, horâ 4. matutina usurpetur: eo autem die ab aliis medicamentis omnibus abstinere oportet. Ad emendandos quoque viscerum intemperies, & obstructiones auferendas, usus Sassafras valde commodus videtur ut nimirum lignum G. addatur gallinæ, vel frusto carnis bubulæ, atque cum iis more solito coquatur: colaturæ autem seu jusculi haustus hor. 2. vel 3. ante prandium assumatur: quemadmodum memini præceptores meos in Italia caponem exenteratum hisce verbis H. refertum in s. q. aq. solitos coquere, ac de brodio haustum quoque sive 3 v. vel vj. horis itidem aliquot ante prandium porrigere.

Urgentibus flatibus & ventrem perturbantib. Enema hoc parari posset I. Rotulis quoque tunc utendum, confectis ex oleo carui cum Sacharo: itemque pulvis hic K. ex vino calido sumi potest: quemadmodum & alii oleum macis, sive per destillat sive express factum vino albo calido: alii olei anisi vel foeniculi guttas aliquot cerevisiæ permiscent, & potandum exhibent. Posset verò & tale Elixir L. parari atque singulis diebus aliquid ejusdem assumi: & aliàs per aliquot dierum intervalla, post usum inprimis jusculorum, pilulis hisce M. utendum hor. 2. ante prandium. Extrinsecus super ventriculum hoc scutum gestandum N. vel idem hoc unguento O. inungendus.

Vigiliæ tandem cum molestæ sint : ad fumos illos crudos contempe-
randos pillulæ P. valde commendantur, si hora decubitus 2. vel 3. deglu-
tiantur. Ac alias crura quoque & brachia, vel alterutra lavari possunt,
statim ante somnum, decocto foliorum salicis, lactucæ, vitium, nym-
pheæ &c. additis capitibus papaveris albi n. 3. vel 4. Fortiora enim
omitto.

Atque hæc quidem, quo ad essentiam mali, & symptomatum cau-
sas, omniumque istorum curationem (ut vulgò loquar) in hac temporis
angustia consignare licuit : pluribus quidem ascriptis remediorum for-
mulis, ut seligere T. P. ex illis, quæ arriserint, possint. Quod si latius
T. P. de toto morbo & causis illius, imprimis symptomatis actionum læ-
sarum (non tantum naturalium, sed & animalium & vitalium) & excre-
mentorum mutatorum ad me perscripserit, minutius quoque ad singula
respondebo. Interea fortunari hæc à præpotenti DEO precor : & si vires
forfan defuerint, animum tamen & voluntatem obsequendi, ut spectes
summopere rogo. Vale.

Recip. *Ligni aloës* ℥ij

Rosa 3ij

Thur. Mascul. succini ā. 3j

Styrac. Calamint. ℥ij

Caryophyll.

Benjoin. ā. 3ß

F. Pul. & cum Styrac. liquid. f.

Trocisci. S. Rûchlein zum rauchern. A.

Recip. *Nuc. mosc. Mastic. alb.* ā. 3j

Sandarac.

Arab.

Cort. arant. ā. 3ß

Carab. alb.

Galanga mut.

Calam. arom. ā. ℥j

Spet. Diagalang.

Aromat. ros. ā. 3ß

Diacodon. cum Spet. 3ß

Sachari ros. tabul. ad pond. dimid.

F. l. a. Tragea.

S. Pulver nach den Essen. B.

Recip.

Recip. Fol. Senna S. stip. ʒj s.

Agarici opt. ʒiij

Zinzib. ʒj

Galang. minor. ʒß

Caryophyll. Cort. arant. ā. ʒß

Inf. simul in s. q. aq. per hor. 24. bulliant
deinde s. a. ad dimid. colet. fortiterque
exprim. Colat. add. Passular. mundat. ʒiij

Bulliant rursus una atque altera ebullitione,
reponantur in fictile addendo Manna ʒj

S. Purgier-Rosinen. C.

Recip. Rad. Polypod. q. ʒj

Filic. mar.

Petrosel.

Asparag. ā. ʒß

Cort. Rad. Cappar.

Thamaris. ā. ʒiij

Fol. Scolopend.

Cuscuta.

Ceterach.

Agrimon.

Chamad.

Capill. Ven. ā. M. j

Sem. Anisi, Fœniculi ā. ʒiij

Vitici ʒj s

Melon. ʒß

Carthami conquis. ʒvj

Flor. Sambuci, geniste,

Cichor. ā. P. j

Amygdal. amar.

Passular mund. ā. ʒiij

Glycyrrhiz. rasa ʒiij

Coq. in s. q. aq. pro ʒjs in col. infund. s. a.

Rhabarb. opt. ʒjs

Spica, squinanth. ā. ʒß

Fol. Senna ʒys.

Epithym. cret. ʒvj

Agar. troc. ʒs

Canella ʒiij

Galangæ min. Zinzib. ā. ʒj

Nuc. mosc. ʒj

*Stent per aliquot hor. infus. post rursus bulli-
ant leviter s. a. & col. Colat. add. Man-
na elect.*

*Syr. ros. solut. Diasereos c. Rhab. ā. q. s.
ad mediocrem dulcorationem f. s. a. Syrupus.*

S. Purgiersafft D.

Recip. Conser. Rosar.

Incarnat.

Anthos.

Melis.

Bugloss.

Rad. Scorzonæ. cond. ā. ʒß

Cort. citri extr. condit.

Nuc. Ind. cond.

Zinzib. Ind. Cond.

Rad. Cichor. cond. ā. ʒj

Spet. Diambre

Arom. Rosat. ā. ʒß

Cinamom. el.

Caryophyll. ā. ʒj

*Macis in aceto præp. Ligni aloës, Santal. Ci-
trin. ā. ʒs*

Troc. de Eupator. absynth. ā. gr. v.

Cum Syr. Zinzib. s. q. & gut. 4

Ol. Cinamomi.

F. Mixtura.

S. Sterckung E.

Recip. Cort. Citri cond.

Arant.

Nuc. Ind. ā. ʒij

Cinamom. El.

Nuc. Mosc.

Caryophyll. ā. ʒj

Macis, lig. aloës.

Santal. citr.

Carab. alb. ā. ʒß

Spet. Diambra,
Diarhod. Abbat. ā. ʒj
Diacurcum.
Troc. de Eupator.
Absynth. ā. ʒß
Cons. anthos ʒß
Sach. alb. in aq. ros. & Cinam. dissol.
F. Cons. in Morsulis add.
Ol. Caryophyll. gut. ij
S. Morsellen F.
Recip. Ligni Sassafras ʒvj
Cort. Ligni Sancti ʒiij
Rad. China ʒj ʒ. Dentur incisa.
S. Holz G.
Recip. Fol. Casill. Ven.
Scolopend.
Cuscut.
Agrimon.
Cichor.
Endiv. ā. P. j
Rad. Pentaphyll,
Lilicis.
Fænic.
Asparag. ā. ʒß
Sem. Coriand. præp. ʒvj
Incisa dentur
S. Specerey zum Capaunen. H.
Recip. Summit. Aneth.
Parietar.
Absynth. ā. M. j
Cusc. Ceterach. ā. Mß
Sem. Anisi
Fænic. ā. ʒiij
Lini, Fæn. græc. ā. ʒj ʒ.
Flor. Chamomel.
Genista ā. P. j
Furfur. P. ij
Fol. Senna ʒiij

Coq. omnia in s. q. aq. pro 3x
Incolat dissol.

Elect. de hiera c. agar. 3vj

Diaphæn. 3ij

Olei Aneth.

Cheirin.

Mell. anthos. ā. 3j

Mis. pro clystere.

S. Clystier l.

Recip. Spet. Diagalanga ʒi

Di-nisi,

Diazin. ā. ʒß

Sachari candi gra. v.

Mis. S. Pulver zum Wein K.

Recip. Galangæ,

Cort. arant.

Citri,

Nuc. Mosc. ā. ʒi

Macis

Garyophyll.

Cubeb.

Lig. aloes ā. ʒß

Santal. ʒij

Coriand. 3ß.

Ros. rub.

Anthos ā. ʒj

Lig. Sassafras 3ij

Cinamom. 3j f.

Zinzib. 3ij

Pulveris. crassiusculè macer in S. V. ʒij f. &
stent in loco cal. per dies 20. ac singulis
diebus 2. vel 3. agitentur. Quinto die
non moveantur, sed ut residerent pul-
veres, colentur. Colat. add.

Syr. de Cort. citri 3ij

Mis. S. Elixir L.

Recip. Aloes ros. ʒj
 Rhab. Ell. aq.
 Cinam. aspersi ʒß
 Troc. de absynth. gut. v.
 Sal. gemma gr. j
 Cum aq. absynth. f. pill. n. XXI.
 S. Pillen M.

Recip. Ladani, cera ā, p. aq. cum Ol. de
 absynth. f. sup. alut. scutum Sto-
 machale.
 S. Magenpflaster. N.

Recip. Ol. Mastich.
 de Absynth. ā. ʒvi
 Cydon. ʒiij
 Vini Od. ʒj s.
 Cumin.
 Absynth.
 Galang.
 Nuc. Mosc. ā. ʒß
 Macis pul.
 Caryophyll.
 Ros. rub. ā. ʒj
 Mastich. ʒß
 Bulliant ad consumpt. Vini. & col. fortiss.
 colat. ad.
 Ol. Anisi,
 Fenic. ā. gut. v.
 Cera q. s. f. linim.
 S. Magen-Salbleim O.

Recip. Spet. Diambra ʒij
 Diamosch. d. ʒs.
 Succini alb. ʒj
 Ambra gryf. gr. iij
 Cum Syr. de Cort. Citri f. pill. n. XXIII.
 S. Pillen auf den Abend. P.

CONSILIUM XI.
IN MELANCHOLIA HYPO-
CHONDRIACA, ATRA BILE HYPOCRA-
TIS ET TUMORE SPLENIS.



Conqueritur Nobilis & Generosus Dominus N. N. quod ante annos ferè tredecim integrum quadriennium lecto affixus decubuerit, impotens in sessione, & meditationibus. Etiam si verò dolores tunc non adeò ingentes perceperit, uti nec ponderosâ immobilitate artuum laborarit, quandoquidem omnes actiones tam vitales quam naturales suis fungerentur officiis: nihilominus tamen plerisque matutinis, postquam surrexit, uti & horâ tertia pomeridianâ, dum jejunus ferè fuerit, exarandisque literis vel aliis rebus occupatus fuerit, vertiginoso impetu circumactus est, ut non parum sibi ab apoplexia metuerit. Persensit verò exquisitè, vertiginem hunc ex infernis corporis partibus suam traxisse originem, cum primis verò è sinistro hypochondrio (ubi dolores gravativos, punctiones & tumores Schirrososprehenderit) ascendisse sursum, primumque ventriculum & præcordia anxietorsisse, ibidem etiam vomendi, irritum tamen, conatum excitasse. Hæc ita sursum ferri, dum sensit, cardiognum in simul percepit incredibilem, ut & difficilem respiratum & quasi abnegatam inspirandi potentiam. Sensit ulterius, hæc ipsâ de causa linguam sibi reddi difficilem ad motum: Postmodum totum caput gravedine & vertigine occupatum fuit penitissimè. Fuerunt hæc symptomata interdum dolore capitis socio stipata, interdum minimè. Hæc dum ita gesta fuerunt, visum fuit ipsi caput tendi & introrsum versus contrahi. Secuta fuit caligo oculorum, variique colores iisdem obfusi. In cervice verò & spina dorsi, usque ad plantam pedis descendendo morsiones quasi & incessus subreptitios formicarum persensit, adeò ut ad stationem impotens, sedere coactus fuerit. Erupit postea sudor frigidus cum animi conjunctus deliquio. Frigore etiam sinistrum brachium molestatum fuit, & quasi stupidum redditum: maximè verò hoc malum percepit in duobus minimis sinistrae manus digitis. Dextro in brachio ea percepit omnia, sed longè mitigatiora & clementiora. Urina quoque interdum fuit suppressa, interdum tenuissima & serosa tantum extitit, quandoque tineta, turbida & crassa tanquam animalium,

non sine ardore, dolore ingenti & arenularum egestionem. Alvus rarissime debitum exolvit officium: egestionem ejusdem semper conjunctos habere ardore quosdam, tenesmos, diarrhoeas, obstipationes. Hæc verò symptomata tantum in auroram vel horam 3. pomeridianam, vel etiam, rarius tamen, in mediam incidere noctem. Ad hæc, quæ retuli, diversissima morbi symptomata, diversimodè diversi respexerunt Medici. Alii calculo hunc ægrotum laborare, asserunt: alii spleneticum eum pronunciarunt. Ventriculo alii adscribere causam, alii capiti, alii pectori & capiti insimul. Singuli verò horundem Medici hæc in praxi respectantes omnes à fundamento aberrarunt, tandemque ægrum ut deploratum turpiter reliquerunt. Posteaquam verò hæc omnia ad amissim sollicitis ego computarem articulis, symptomataque tam varia, tamque contraria & ἀντιδιγνηνῶν considerarem, hæcque ipsa ad suum morbum reducerem, & è quo fonte omnes scaturirent, quoque pacto invicem omnia catenâ quasi quâdam unita essent, perpenderem, deprehendi affectum ejus esse trinum, melancholiam hypochondriacam, Atram bilem Hippocratis, Lienisque tumorem. Hæc enim affectuum morbidorum triga adeò arctissimo vinculo unita & sociata ac complicata erat, ut symptomata ejusce quotidiana, quæ pro qualitate & ordine ciborum aliam ostendebant faciem, quemlibet ferè & perspicacissimum non nisi fefellerint, inque tetros præcipitaverint errores. Causa hujus Trigæ morbidæ antecedens fuit vita Nobilis Domini solitaria & sollicita, cum summa ingenii intentione & lassitudine, curis, lucubrationibus continuis, vinique tandem Ketzschbergensis, recreationis, (sed putativæ) ergò largiter ebibiti conjuncta. Quia enim Ketzbergense id vinum, in iis, qui calido laborant epate, atram bilem facili generet negotio, si præsertim avariter id bibatur, plenis faucibus, inter cantus, tripudia, aliasque corporis motiones: proin & lienem facile, ut extuberet, facit, à quo demum constipationes torsionesque & punctorii dolores consequuntur. Cum præterea atræ illius bilis à vno illo largiter poto, magnus existat proventus, fit inde, ut unâ cum liene, de quo dictum, & in venas mesaraicas totumque mesenterium ab Epate magna illius bilis pars propellatur, ibidemque vel ob motum corporis nimium, vel cibos calefactivos supervenientes, adhuc magis incalescat, fermentetur & exæstuat. Inde ἀναψία sequitur ventriculi, & generantur flatu: Hi si sursum ascendere nequeant, molestias creant præcordiis & hypochondriis.

Horum sanè ignoratio multos defraudavit Medicos, qui ventriculum anquam solitarium subiectum & πρῶτον δέκτινον, unoque saltem & saltim

oculo considerarunt. Illâ atrabilariâ ita effervescente & bullas quasi generante, os quoque exiccatur & gingivæ redduntur asperæ, unde & ægroti isti longè magis haustum frigidior, quam tepidum aliquod jusculum exposcunt. Sed nec adhuc finis tantorum malorum. Jungit enim se atrabilis chylo, hunc incrassat: incrassatus semetipso fit calidior, putrescit quasi, acescit effervescit, præsertim coctione peracta & ventriculo inani. Quod si interdum massa illa atrabilaria motu corporis nimio incalcescat, vel etiam & liene, ut notum, pro excitando appetitu in ventriculum restagnet, tunc totum commovet ventriculum hunc inflat cum tragicis animi deliquiis & angustia distorquet, præsentibus præsertim flatibus, nec ulla salus, priusquam totum evomatur. Quod si flatus ii sub diaphragmate collecti fuerint, diaphragma in altum quasi extollunt, difficilemque respirationem producant. Si verò præter flatus eosce, adsint & ejusmodi vapores, tunc hi sanè superiora petunt: sit via vi: ad superna delati, arteriam asperam constipant, cum vim habeant adstrictoriam ab atrabile: Trachæam eam contrahunt quasi & jugulant. Delati ad cordis capsulam vel etiam ad cor, ipsum copiâ sua obruunt, ut id nolens volens ad expulsionem contrarii mali exurgat. Hinc illa cordis palpitatio hinc deliquium. Consimiles injurias reliquæ partes experiuntur. Linguam quippe rigidam reddunt & immobilem quasi.

In cerebro si duram piamque contingant matrem vel etiam nervos, convulsiones producant, spasmos, motusque convulsivos mandibularum nasi, frontis, totiusque faciei.

Cum autem iidem vapores insimul nigricantes sint & quasi piceati, inde tenebras obfundunt visivis organis. Cum etiam crassi sint, nequaquam verò nimîâ subtilitate omninò præditi, inde oppillant partes nervosas, indeque dolor fit, incessui formicarum reptitio non absimilis. Hic dolor totum occupat dorsum, utrumque brachium: gravius verò affligit sinistrum latus, quod ibidem Lien protuberet, & ita plures dolores in eo latere deprehendantur, in tantum ut & brachium & pes sinister quasi refrigerentur.

Hoc animadvertentes quidam Medici, Epilepsiam id esse statuerunt: alii asthma; morbum spleneticum alii: Cum insuper tantum malum à sanguine dependeat atro, crasso, fœculento & adusto, contingit, ut is ipse sanguis tum per urinas, tum verò & per alvum egeratur.

Per alvum si egeritur, non sine ardore & tenesmo id fieri poterit: si per lotium, non sine ardore urinæ, dysuria, arenulis: calore rubro egestum quicquid egestum. Atque hoc ipsum fuit, quod Medicorum quibusdam suavit, in opinionem de calculo eundi pedibus.

Hæc ergo sunt symptomata, quæ te, Nobilis & generose Domine N.N. hæte-

hactenus affligeret, & quidem semper & continuo. Cum enim alterum
 o altero dependeat, unumque manus auxiliares præbeat alteri, fieri non
 potuit, quin nunquam expers dolorum esset & aliquorum symptomatum.

Copiosus fui hactenus in recensendis generibus & causis hujus mali.
 am verò in pauca verba conseram, quâ ratione is à me in integram sa-
 nitatem restitutus fuerit.

In curatione itaque adhibita fuere lenientia, Syrupi & decocta pur-
 antia alterantia. Alterantia decoquebantur in decocto raparum siccata-
 um, quando præsertim gravamina circa thoracem, aut retentio arenula-
 um in ureteribus & renibus contingebat. Factâ universali purgatione
 er dies decem mane ʒss pilularum de extracto Cardui bened. cum Sero
 aprino sumsit, & ne ventriculus læderetur, simul Trageæ Stomachales
 uerunt adhibitæ. Lien cum intumesceret, fomentabatur & inungebatur.
 Ventriculi roborandi ergò adhibebamus varia, condita, morsulos pulve-
 res, aquas vitæ, decoctum Sassafras: olea item & unguenta.

Cum Semina quædam vertiginis (ob consistentem adhuc cacochy-
 niam) gliscere velle arbitrabamur, dabamus ipsi balsamos ex extracto ru-
 e, calamo aromatico &c. ut iisce fauces, palatum naresque inungeret.

Eò etiam respiciebam potissimum, quo humor atrabilarius & melan-
 cholicus ex hypochondriis & splene educeretur. Ea verò omnia in sero
 actis vel decocto raparum siccatarum obtuli, uti ea ipsa potus loco esse
 olui. Enematum sæpius usurpatorum usus plurimum profuit; idque
 um in evacuando, tum revellendo. Viçlus ratio prohibebat cibos fla-
 uentos caput petentes, obstruentes: ordinabat verò *ινχύμυς* paucos, mo-
 deratos, fluidos. Et tantum de his.

CONSILIVM XII.

IN VERTIGINE ET SPASMO.

HÆc duo Symptomata, quæ te magnopere excruciant, à bi-
 nis excitantur causis: nempe quod ventriculus sit langu-
 dus, & Mesaraicæ obstructæ: dein quod caput debile ni-
 mis, alimenta suppeditata non perfectè concoquat, sed in
 flatus resolvat. Flatibus hisce in cerebro ortis, de loco in locum lanci-
 ant, & si oculos versus feruntur, vertiginem subfundunt. Quod si ve-
 b alimenta illa imperfectè cocta in cerebro in flatus non resolvantur, sed
 umorum more decidant ad genus nervosum, ibidem & illa in flatus re-
 solvun-

solvuntur. Hi flatus impellunt musculos, ut ad expulsionem exurgant & se contrahant. Contractis musculis contrahuntur & nervi. Quo facto, dolor sentitur ingens, quem spasmus nominant. Quapropter unicè suadeo, ut in Curatione ventriculus cum mesaraicis venis & capite probè perpurgetur, caputque roboretur, tandemque, quod hæc partes ad unam omnes ad pristinum statum reducat, usurpetur. Primum quod attinet, dominus Pilulis A. mane circa septimam utatur, & ad decimam usque jejuset, quæ non tantum ventriculum expurgabunt, sed & reliquis medicamentis viam prosternent.

Cum nodulo B. agat, ut moris est, superfundat Vini Rhenani ℥iij. altero dein die bibat de ipso bonum haustum, continuando usum ejusdem ad aliquot dies: ita mesaræ patefient paulatim, tandemque obstructio tolletur. Purgabit de die ter vel quater sine omni molestia. Tercio tamen die postquam de nodulo biberit, cesset ab omni medicamento: & mittat ex mediana dextri brachii quatuor uncias sanguinis.

Pergat die sequenti usque ad consumptionem noduli. Dein diem unum quiescat, & altero die circa horam 6. pilulas C. deglutiat omnes, domi se contineat & jejuset ad decimam: purgabunt peculiariter caput, & fluidam materiam per alvum educent.

Jam roboratione opus erit. Comedat ergò singulis auroris, laxato priùs alvo & evacuata vesicâ, Morfolum unum D. notatum, ferat jejunium usque ad prandium. Interdum etiam hora 3. pomeridiana unum capiat & jejuset ad coenam.

Præcipuè tamen capiti roborando & fluxioni sistendæ conducit pulvis E. de quo, quantum tribus digitis capitur, super frustulum panis triticei tosti & vino madefacti spargat & hora 7. comedat, jejunando ad decimam. Utatur hoc pulvere bis vel ter in hebdomate, omittendo usum morfolorum hisce diebus.

Nodulus G. secum circumgestatus & naribus sæpè admotus summo-pere conducit ad vertiginem depellendam & cerebrum roborandum. Vertigine repentè ingruente sumat unam rotularum F. quam in ore detineat, & ita paulatim manducet. Similiter nunquam domo egrediatur, quin secum habeat balsamum succini, caryophyllorum, apoplecticum & similes, quos pro avertendâ vertigine naribus admoveere poterit. Spiritus ceræforum valde quoque laudatur in similibus affectionibus, quem Halâ mittam.

Usurpet cibos coctu faciles, bibat modicè vina Bohemica, & Cerevisias caput petentes, vitet cibos sinapi, cepis, allio & croco conditos, caput defendat à frigido humido & ventoso aëre, præsertim verè & autumno.

immo. Denique iram & terrorem, qui affectus in hoc casu sunt instar
estiae venenatae, quantum possibile vitet ac fugiat.

Recip. *Maß. pill. Cochiar.* ʒß
de biera c. agar. ʒß
aggregat. ʒj
Diacrid. gr. j
Cum aq. beton. f. pill. n. XXI.
S. Pilula A.

R. Rad. Pæon.
Pentaplyll. ā. ʒß
Calam. aromat.
Fenic.
Vincetox.
Asparagi ā. ʒv
Sem. Siler. mont.
Pæon. excort. ā. ʒij
Aquileg. ʒjs
Herb. Beton.
Origanū
Salvia
Rosmarin. ā. M. j.
Soldanella M. j
Flor. Stæchad. Arab. Mß
Fol. Agrimon.
Ceterach.
Flor. Sambuc. ā. Mß
Fol. Senna ʒjs
Rad. Mechoacan. ʒß
Rhabarb. opt. ʒij
Spica ʒij
Agar. troisc. ʒiij

*Pulverisata subtiliter ligentur in sacco
 facto & syndone duplici. S. Nodulus P.*

Recip. *Mass. pill. Cochiar. ʒß*
Assaiereth ʒj
Aggregat. ʒß
Troc. Alhant. gr. j

Cum aq. beton. f. pill. n. XXI.

S. Pillula C.

R. Flor. Rorismar. ʒß

Lavend. ʒj

Cubeb. opt. ʒj

Cal. arom. cond. ʒiij

Cort. citri cond. ʒij

Margarit. præp. ʒß

Rad. Pæon.

Sem. ejusdem excort. ā. ʒij

Macis incis. ʒj

Extr. Pæon. ʒj

Ol. Nuc. mosch. destil. ʒß

Macis gr. v.

Sacch. albiß. solut. in aq. Lavend.

q. s. F. Conf. in Morsulis.

S. Morsuli D.

Recip. Galang.

Tormentill.

Zinzib. albi.

Visci quer.

Sem. Pæon.

Coriand. præp.

Cubeb. ar.

Nuc. mosch. ā. ʒij

Piperis longi.

Rorismar. sicc. ā. ʒj

Conf. ex Ol. Anisi ʒj

Conf. ex Ol. Caryophyll. ʒß

Sach. candi ʒiij

F. Pulvis subtilis E.

R. Extr. Calam. arom.

Rutha ʒß

Pæon. ʒj

Margarit. præp. ʒj

Corall. rub. ʒij

Ol. Nuc. mosch. ʒß

Ol. Nuc. mosc. destill. ℥j

Tenic. gt. vj

Spet. Diambra ʒß

Ambra grysea gr. v.

Sacch. albiß. sol. in aq. Salvia f.

Conf. in Rotulis F.

Recip. Sem. Nigella in aceto infus.

& exiccati ʒj

Ol. Carui gr. X.

Irroretur pulvis ex nigella factus

*& ligetur in Syndone duplici
pro nodulo.*

S. Nodulus G.

CONSILIVM XIII.

IN EPILEPSIA PER CONSENSUM.



Affectum hunc præter naturam, Epilepsiam esse, & consequenter cerebrum quoque affici, dum nimirum ejus facultas expultrix irritata ad expulsionem rei noxiæ, convulsivum inducit motum, hæc symptomata indicant, quæ huic affectui propria sunt, & pathognomonica,

1. Ipsa convulsio.
2. Dentium arcta commissio.
3. Linguae Morfus.
4. Urinæ involuntaria emissio.

Interim per consensum potius, quam essentiam cerebrum affici, facile constat.

1. Ex causa antecedente, crurum scil. sinistri potissimum, ad tactum dolore.
2. Generationis modo, dum paulatim vapor quidam per crus ascendens ad cerebrum delatus, effectum illum inducit.
3. Ipso sensu, dum vaporem illum sensim sursum ferri percipit.
4. Symptomatis remissioribus, dum facultas animalis non prorsus aboletur, sed depravatae saltem illius functiones depræhendantur, cum nonnulla quæ aguntur audiat & percipiat, illorum quoque, finito paroxysmo optimè recordetur, & audita aliis exactè referat.

M

Et qui-

Et quidem à vapore potius , quam materia humoralis :

1. Quod subito accessio fiat & remittat.
2. Vaporis ascensus manifestè percipiatur.
3. Paroxysmus absque ulla excretionem humoris alicujus finiatur.
4. Solvatur quandoque cum sternutatione.

Qui sanè vapor ex qua minera suscitetur ac elevetur , & num secum conjunctam habeat malignitatem ac virulentiam aliquam an verò secus , licet difficile sit aliquid certi hic determinare , attamen illum omni prorsus malignitate haut carere , & à simili quoque fomite excitari , non obscurè inde cognoscere licet.

1. Quod celeriter moveatur , ut etiam ligaturas antevertat.
2. Quod dolorem tam ingentem in crure excitet.
3. Quod cerebrum tantopere vellicet : qui effectus : vix ulli evidentium qualitatum competere , vel ei adscribi potest.
4. Quod sensim alius colligatur , dum per intervalla prior ex loco affecto fuit expulsus. Mora autem illa peculiarem quandam alterationem præsupponit.

Ut omnino diligenter sit attendendum , ne si copiosior ille vapor colligatur , aut paroxysmi frequentius invadant : ex δευτεροπαθεία , δευτεροπαθεία , ex συμπαθεία ιδιοπάθεια oriatur.

Curam itaque quod attinet , descripta illa partim est à Galeno in historia pueri , cui aura frigida à pede ascendebat : partim κατ' ἀναλογίαν haberi potest ex illorum tractatione , qui à viperis vel alijs animalibus venenatis fuere demorfi.

Ac præservationem quidem quod spectat , extra paroxysmum , Intentio.

1. Est materiæ proportionalis , ut vocant , quoadlicet , vacuatio.

Quæ sanè in hoc subjecto , per nodulum rursus (cum alia horreat medicamenta) institui posset : Parando illum ex

Rhabarbari ʒjss

Fol. Sennæ ʒß

Agar. troc. ʒij

Zinzib. Galang. minor.

Cinam elect. ā. ʒß.

Hinc infundendo illum in vino , & more consueto liquorem usurpando.

2. Ejusdem materiæ eradicatio.
1. Per frictiones loci affecti crebriores , ut materia dissipetur.
2. Itemque sinapismos leviores v.g. hoc loco mel anacardinum , ut materia extrahatur.

3. Vel etiam vesicatorium : si necessitas postularit.

Recip. *Cantharid. absciss.*

Capit. alis & pedibus ʒj

Rad. Flamula,

Sem. Ruthæ agrest. ʒ. ʒß

Fermenti veteris & acris ʒij

Cum aceto vini acerrimo f. Massa.

Apertæ postmodum vesicæ imponendo mithridat. vel theriacam.

4. Cucurbitulas tandem cum levi scarificatione, affricando quoque di-
ctam theriacam & mithridatium.

3. Cerebri roboratio, ne tam facile vel etiam violentar à vapore illo affi-
ciatur, quod potissimum facit pulvis sequens :

R. Rad. Pentaphyll.

Pæon.

Angel. ʒ. ʒij

Eryng.

Gentian. ʒ. ʒß

Vis. quer.

Fol. Pentaphyll.

Beton.

Herb. Paralyf. ʒ. ʒj

Flor. Lil. Convall.

Sem. Coriand. præp.

Seselseos ʒ. ʒß

Pæon. excort. ʒj

Cor. Cervi præp. ʒij

Ung. alciæ, asini,

Corall. rub. præp.

Margaris. præp.

Vngv. med. ped. lepor.

Coag. leporis veri.

Sem. Palma Christi veri ʒ. ʒj

Rasur. Cran.

Hum. in parte anter ʒjss

Sacchari candi ʒj

Mis. f. Pulv. s.

2. Itemque myrobal. chebuli conditi.

1. Nux Indica condita : cum alia horreat medicamenta.

4. Alias pulvis præscriptus in forma rotularum vel morsellorum exhiberi quoque posset : Dissoluto Sacharo in aq. flor. thiliæ, lil. conval' vel Pœon. additis gr. ij. vel iij. extracti ruthæ vel levistici.
5. Aut usurpari diacorum per se absque aliorum permixtione.
6. Aut ejusmodi conditum parari :

Recip *Diacori* ʒvj
Conf. Flor. Pœon.
Stæchad. ā. ʒiij
Cort. myrobal.
Cheb. condit.
Nuc. ind. cond. ā. ʒß
Cornu cervi præp.
Ungula alcis ā. ʒj
Rasar. Cran. Hum.
Margarit. Corall. præp. a. ʒj
Cum Syr. flor. Pœon.
f. Mixtura.

7. Lotio quoque capitis non incommoda foret, injiciendo in lixivium nodulum hunc,

Recip. *Fol. Majoran.*
Beton.
Salvie,
Puleg. ā. Mß
Flor. Chamemel. Rom.
Stæch.
Ros. rub. ā. P. j
Incisa indantur panno lineo mundo f.
f. a. nodulus.

Quin etiam sapo peculiaris parari posset,

Recip. *Sapon. Venet. ʒjs.*
Dissol.
Cum aq. Beton. & add. Santal. citrini
odor. ʒj
Majoran. salvie ā. ʒj
Ambra gr. ij f. f. a. duo globuli.

4. Diætæ exquisitioris præscriptio.
 Qualis quidem nota est, vitando potissimum :

1. Excessum qualitatis aëris quemcunque,
2. Cibos caput petentes.
3. Somnum meridianum.
4. Exercitium vel meditationes à cibo.
5. Astrictionem alvi.
6. Animi affectus vehementiores ; iram præsertim.

IN PAROXYSMO VERO INTENTIO.

1. Est vaporis revulsio : id quod fit per frictiones manuum & linteorum calidorum.
2. Ejusdem vaporis interceptio : id quod fit per vincula seu fascias latas : quæ & ipsa in præcautione locum potissimum obtinerent : deligatione autem expressivâ utendum fascia , primum ascendendo , mox descendendo , ac rursus ut nonnulli faciunt ascendendo.
3. Symptomatum correctio :
4. Epilepsia per antea præscripta.
5. Post Morsus linguæ per mel rosatum.

CONSILIVM XIV.

IN QUO EGREGIE DE LOCO
AFFECTO EPILEPSIÆ DISQUIRITUR.

DE morbo ipso , nimirum quod sit Epilepsia , & quod fiat cerebro affecto & irritato ad expulsionem rei infestantis cum sui contractione , non est quod dubitemus. Sed in hoc casu præsentis nunc quaritur , utrum cerebrum ad hanc expulsionem vehementem , irritetur ab aliquo affectu , in ipso per essentiam , id est ab intemperie aliqua insita , aut in aliquo , ut ab obstructione , aut communi ut à soluta unione vel simili. An verò ab aliqua externa & adventitia causa , ut ab humore pituitoso , aut melancholico vitioso , aut qualitate aliqua manifesta , aut maligna aliqua putredine vel corruptione alia , corrupto sive à vapore , halitu , fumo , flatu , similiter malignitate aliqua ut venenositate infecto eodemque aut in ipso cerebro genito , aut ab aliis partibus , cruribus , brachiis , utero , intestinis præsertim infestatis à vermibus , ventriculo ab acribus aut venenosis humoribus admorso , in cerebrum misso delatoque, Denique in quo cardo potissimum hujus deliberatio-

nis vertitur utrum ab affectu proprio & per se, an per consensum aliunde existat.

Ex symptomatis autem quæ nos partim spectavimus, partim ex instantium relatu cognovimus, non possumus deprehendere, quod sit epilepsia per essentiam in cerebro. Nam invasionem præcedit sensus doloris acerrimi in sinistro crure frequentius, rarius in dextro cum hoc orditur, & hoc cessante desinit. Fit subito & inter clamandum propter dolorem, & convulsionem dentium commissorum cum latione admorsæ linguæ, cum convulsione levi manus extremæ & digitorum in manibus: interdum quod rarius est, cum emissionem urinæ involuntaria. Intellectus autem sibi constat perpetuò ante & post, & in ipso paroxysmo. Nam & sentit & audit omnia & meminit omnium.

Nec diu perseverat, sed subito solvitur paroxysmus, interdum cum sternutatione, interdum sine illa, cum aliqua excretionem manifesta nunquam. Ista certò arguunt causam primariè ac per se non posse existere ab affectu cerebri, aut à materia seu humoralis seu flatulenta ibidem genita, sed quod irrepit aliunde, & quidem quod ascensu efferatur sursum ab alterutro vel utroque crure, maximè verò à sinistro.

Accedere autem ac misceri aliquid posse ab utero consentaneum est, quod ipsum probarunt etiam adhibita remedia.

De affectu itaque ipso, & de causis in cerebro proximis, aliud nunc quidem statuere possumus. Sed quæ sit illa causa forinsecus illata in cerebrum decernere difficilius est. A cruribus quod eveniat evidens est ex sensu & ascensu.

Sed humor qualis sit & quâ corruptione infestus à quo manat & effumat halitus, & quæ sit malignitas & venenositas, & unde ea sit, conjectari nobis, causis procatarepticis nullis obviis, adhuc minus facile est.

Coacervatum humorem aliquem putredine in parte aliqua corrumpi, aut partem veneni contactu aut contagii impressione, aut ab admorsu araneorum canum rabidorum, scorpionum concipere posse, minimè dubium est. In hoc verò præsentis casu cum de tali procatareptica causa nihil certi constet, ideo neque qualis sit, definire possumus: quod sit tamen dolor ingens ad quem exclamat, demonstrat & convincit.

Et si autem in curatione ad cerebrum non minus respiciendum erit, quam ad partem communicantem cum cerebro. Nam præmuniri oportet cerebrum diligenter, ne ex recurso frequenti fiat impressio malignitatis in cerebri substantia, & ex morbo per consensum, ne fiat morbus per se & per essentiam, tamen præcipua erit danda opera, ut fons & origo mali
in cru-

cruribus removeatur, quod qua ratione & quibus remediis effici debeat ac possit, etiam describemus.

Quod ad curationem hanc exemplo ductuque rationis & experientiae κατ' ἀναλογισμὸν pervenire possumus minimum dubium est, & testimoniis exemplisque similium curationum sæpè comprobatum.

Velimus tamen explorandi affectus causa Cels. V. crura ipsa prius in parte, qua dolor, cum adest, maximè viget, diligenter contemplari, utrum in ea vel tumor aliquis emineat, vel percipiatur durities, vel cicatrix aliqua, aut quodcunque læsionis, vulneris, punctiōis vestigium appareat. Potuit enim infantulæ aut adolescentulæ contingere aliquid, cuius ipsa non meminit. Potest enim & solet etiam tale malum diu sese continere ac latere, priusquam se commoveat & exerceat.

Ad hoc postulatum ex aula illustrissima talis responsio data, conce-
 ta à Medico domestico : Illustrissima Domina sub finem utriusque su-
 æ inprimis verò sinistræ cruris, in parte domestica, & quidem in pro-
 fundo sub musculis, ubi nimirum fines eorum capitibus aliorum inse-
 untur, dolorem patitur ad tactum subacutum : sed ità ut in superficie,
 cutis & carnes subjæctæ sint molles & naturaliter undiquaque constitu-
 æ appareant, in profundo verò, nervosæ musculorum partes ad con-
 tractationem paulò fortiolem duritiem cum dolore, quasi convulsæ &
 rigentes præ se ferant : Talis autem dolor matutinis ferè horis, circa
 tertiam coctionem, hora quarta vel quinta per intervalla (primum men-
 sium, nunc dierum) intenditur : atque tum subito aliquid ab isto loco
 ascendere percipitur. Quo (statim atque ad cerebrum defertur) oculi
 distorquentur, convulsorii motus artuum oboriuntur, dentes arctissimè
 committuntur, cumque ob dolorem clamare affectet, lingua intercipi-
 tur & mordetur, urina quandoque involuntariè excernitur, neque eo-
 rum, quæ in paroxysmo ab astantibus aguntur, recordatur. Perdu-
 rant hæc, quandoque dimidiæ, nonnunquam integræ (sæpè etiam pau-
 lo ulterius) quadrantis horæ spacio, finiuntur verò quandoque cum
 ternuatione : nunquam autem cum humoris alicujus excretionem, quan-
 doque etiam nulla spuma circa os apparet. Quod si sub doloris perce-
 ptionem vincula cruribus secundum locum affectum versus genua in-
 ficiantur, & ligaturæ fiant fortes, frictiones quoque instituantur par-
 tium inferiorum sub eodem loco affecto, insaltus paroxysmi intercipi-
 tur, vel certè vis illius paululum imminuitur. Junguntur quoque hi-
 cæ symptomatis, vel excitantur potius ab illis, quandoque etiam pecu-
 liariter invadunt (exactè enim ex symptomatis discerni possunt) præ-
 focatio-

„ focationes uteri : quantum ex uteri versus utrumque inguē per in-
 „ tervalla motu , uterinis quoque deliquiis , actorum reminiscētia : nec
 „ non curatione (dum ea , quæ strangulatis ab utero aliàs profunt , hoc
 „ quoque loco conferant) constat : paroxysmo ità modò diutius , modo
 „ brevius perdurante. Haftenus verba Medici domestici.

Epilepsiam ergò potiorẽ illum affectum esse statuimus , ex sym-
 ptomatis pathognomonicis relatis , oculorum distorsione , motu convul-
 sorio , dentium arcta commissiōe , cum morſu linguæ , urinæ involun-
 taria excretionē , & omnium quæ aguntur ignorantia.

Interim per consensum potius quam essentiam in cerebro malum
 hujusmodi oriri colligimus : (licet eo antehac quoque tentatam S. C. su-
 spicemur) cum causa antecedens sit manifesta , dolor nunc sub sura (qui
 in principio in pollice pedis sinistri depræhendebatur ; quanquam etiam
 utrobique percipitur) sensus ipse de generatiōis modo , & invasiōe te-
 stetur , auram aliquam sursum ferri : ac præservatio paroxysmi per vin-
 cula idem ostendat ; nequē ante vel post paroxysmum caput gravetur ,
 aut actiō aliqua facultatis animalis labefactetur aut depravetur. Et qui-
 dem ab aura potius quam materia humoralis excitari conjicimus , quod
 subito accessio fiat , & paulò post remittat : auræ ascensus manifestò per-
 cipiatur : paroxysmus absque ulla humoris alicujus excretionē finiatur.
 Quæ sanè aura qualem fomitem obtineat , pituitamne aut alterutram bi-
 lem , cujus etiam sit qualitatē simplicisne alicujus an malignæ , licet exa-
 ctè à nobis assignari non possit , cum neque de procatactica aliqua con-
 stet , neque præter dolorem & tensionem atque rigorem convulsivum par-
 tium nervosarum in mutua insertiōe & conjunctiōe finium & capitum
 musculorum , vel in venis vel in musculis , vel cute mutatum aliquod
 depræhendatur.

Ex effectu tamen malignitatem illum (cum auræ ascendentis neque
 calor neque frigidus sentiatur) obtinere , quæ nervosis ibi musculorum
 partibus communicetur , ac ratione spasmī non proportionati ad materiam ,
 dolorem primum excitet , mox sursum vehatur , arbitramur. Præsertim
 cum tam celeriter moveatur , ut ligaturas quandoque præveniat : cere-
 brum statim quasi proprietate quadam petat , idque tantopere vellicet :
 nulla qualitas activa percipiatur , per intervalla quoque maligna ista aura
 colligatur , ut aliqua portione expulsâ , nova subinde & pededentim ge-
 neretur : mora autem illa non vulgarem , sed peculiarem quandam alte-
 rationem præsupponat. Idcirco quid de affectu hoc præter naturam ali-
 quoque & excellentes quidem Medici sentiant ; quid item jam præcautio-

nis (ne in ἰδιοπαθῆαι vel ἐντροπαθείαι tandem vergat) quam curationis gratia agendum putent, quæritur.

Supposito causa & essentia mali secundum signa & causas constituta: cura illius descripta partim est à Galeno in historia pueri, cui aura frigida à pede ascendebat, nec non illorum tractatione, qui à viperis vel alijs animalibus venenatis fuere demorsi. Partim κατ' ἀναλογίαν ex 5. aphor. 7. haberi potest, quo epilepticos si quartana corripiat, bonum pronunciat. Materię enim epilepticę cum duplex sit sanatio, excretio & coctio: excretio per rigorem quartanarium, coctio verò caloris febrilis ratione peragitur. Ut ergò omninò sicuti quartana totum corpus & simul nervos, à vitiosis humoribus liberat & expurgat, ipsumque purius & siccius reddit: Ita quoque hoc loco, expurgationi ejusmodi appropriatę totius & partium, per quęvis auxiliorum remedia, sit studendum, cum præsertim lienis tumor quidam & dolor percipiatur: unde & suspicio fo-
mitis in sinistro crure.

Ac præcautionem quidem quod spectat contra paroxysmum, prima intentio est materię proportionalis, ut vocant, quoadlicet vacuatio: vias in initio communes per eccoprotica dicta evacuando: v. g. clysterem hætenus usitatum vel etiam pilulas aggregativas, hieræ c. agar. an. ʒj diacryd. gr. iij. cum aq. flor. Tiliæ, mox apozema purgans tale præscribendo:

Recip. Rad. Polypod. quer.

Palme Christi vera.

Pentaphylli ā. ʒj

Pæon.

Angel. domest.

Scorzoner. lili. ā. ʒss

Cort. Rad. Cappar.

Thamaris

Vifi querc.

Coryl. ā. ʒij

Fol. Millefol.

Primula veris, Beton.

Ceterach.

Cuscuta, Cardui ā. M. j

Sem. Coriand. præp.

Pæon. excort. ā. ʒij

Carthamiconquaß. ʒvj

Flor. Thi'æ, Lil. Convall.

Sambuci, genista ā. P. j

Passular. mundat. ʒß

Calam. aromas. ʒij

Helleb. nig. Styr. præp. ʒij

Caryophyll. ʒij

Turbit. el. ʒijs

Zinzib.

Galanga minor. ā. ʒiiij

Coq. omnia in s. q. aq. pro ʒijs.

In colat. cal. infunde s. a.

Rhabarb. elect. ʒiiij

Fol. Senna ʒij,

Agar. trocif. ʒß

Cinam. elect. ʒj

Spica, Schœnanth. Salis gemma ā. ʒß

Stent per aliquot horas in infus. post ebulliant rursus leviter s. a. & colentur, Colat. add.

Syr. flor. Pæon. de (ichor. c. Rhabarb.

Vel de corticib. citri (cum vapor malignitatem quandam obtineat)

Manna Calab. q. s. ad mediocrem dulcorationem. s. s. a. Syrupus mediocris consistentia.

Dentur pro dosi cochlearia quatuor, plura vel pauciora pro Euphoria: cui sanè decocto utiliter quoque Syr. de pomis cum senna addi, vel etiam per se usurpari posset.

Quod si delicatorem formam expetat, ad imitationem Erasli clarum ejusmodi parari posset:

Recip. Rad. Pæon.

Seminis ejusdem extort. ā. ʒijs

Cinamom.

Macis,

Galanga,

Zinzib.

Caryophyll. ā. ʒj

Fol. Senna ʒj

Rhabarb. elect. ʒiiij

Agar. trocif. ʒiiij

Turbit. el. ʒij

Sach. ʒij, *Vini albi Rhen.* ʒij

Aqua ℥iij ad vinum, quod nervis & nervosis partibus ac morbis inimicum, diluendum. Materentur per XIII. hor. & per filterum sæpius colentur, donec clarum evadat.

Quibus sanè si semel vel bis viæ vacuatæ fuerint: venæ sectio instituenda: primum in cubito dextro sc. pro repulsione & derivatione simul, secundo basilicam vel medianam ad ℥iij vel iiij. Mox circa talum dextri quoque cruris, pro derivatione tantum: aut si vacationem malimus quoque localem ex talo sinistro: sanguinem effluere permittendo, donec aqua satis colorata fuerit. Hinc residuo purgantium utendum.

Quod si solidior forma arrideat, massa hæc pilular. Montani, morbo huic peculiaris parari posset.

Recip. Castor. Rad. Fæon. Dictam. Cretenf.

Siler. mont. ā ℥j

Corn. cervi præp. Ras. cran. hum. ā. ℥ij

Sem. citri ℥ijs

Pulv. omnia per se, postea add. agar. Rhabarb. Elect. aloes ā. ℥ij.

Caryophyll. Ciam. Zinzib. ā. ℥j

Cum Syr. de cortic. citri f. Magdalon, ex quo formentur pill. majores vel minores, in majori vel minori dosi., v. g.

Recip. Mass. præscrip. ℥ij

Di cryd gr. iij

Sal. gemma gr. j

Cum aq. flor. thibæ f. pill. instar aloephang.

inaurentur & dentur.

2. Intentio est ejusdem materiæ eradicatio,

1. Per frictiones loci affecti crebriores (ut nimirum materia dissipetur) & quidem vel linteorum calidorum tantum, vel etiam ex aq. vitæ cui aliquantum quædam infusa fuerint: v. gratia.

Recip. Fol. Salviæ,

Rosmar.

Thymi Satureiæ,

Lavendulæ ā. P. j.

Zinzib.

Caryophyll. ā. ℥j.

Inf. in fß aq. vitæ stent per diem naturalem, post linteis in eo madefactis frictiones loci affecti instituantur.

2. Itemq. sinapismos (ut materia vel fomes extrahatur) primum leviores v. g. mel anacard. post fortiores v. g.

Recip. *Sinapi contusi partem unam, ficuum vel panis in aqua per diem naturalem (vel si fortius adhuc velimus) in aceto macerati partes duas. Mis. & impone*

3. Vel etiam Vesicatorium, quale hoc potest esse :

Recip. *Cantharid. absciss. alis & pedib. ʒij*

Sem Ruthæ agrest. Sinapi ʒ. ʒj

Fermenti veter. & acr. ʒiiij

Cum aceto vini acerrimo f. massa.

Circa illud hoc observando, ut per ij, iij vel iiij septimanas locus apertus servetur : Itemque vesicis illis apertis, quandoque aliquid mithridat. vel theriac. inungatur, ut nimirum si quid venenositatis hæreat, consumatur. Quod si dolor subsequatur molestus, butyrum majale dictum, quod insulsum soli expositum mense Majo fuit : vel ol. amygd. dul recentiss. expressum illinendum.

4. Vel emplastrum tale si præsertim necessitas id urgeat, malo scil. mitioribus non cedente.

Recip. *Sinapi, pyrethri, Sem. nasturt. ʒ. ʒj*

Euphorb. ʒiiij

Nitri, alum. scissil. ʒ. ʒj

Sagapeni, Galbani ʒ. ʒß

Sal. ammoniaci ʒiiij

Pic. naval. ʒj

Ol. de castor. & euphorbio ʒ. ʒjs, gumm. dissol. in aceto squillitico & pulverisatis pulverisandis cum oleis & resinis misceantur, & addita cera f. s. a. Cerotum.

Quod loco dicto applicandum, & singulis quatuor diebus removendum, tumque locus cum scilla fricandus (si ita videbitur) & rursus emplastrum apponendum.

5. Vel tandem cucurbitulas cum levi scarificatione, affricando quoque dictam theriacam vel mithridatium.

Tertia intentio est cerebri roboratio, ne scil. tam facile vel etiam violenter à vapore illo afficiatur, vel certè noxam promptius repellat. Quo variæ faciunt medicamentorum formæ & ex simplicibus quidem *Myrobal. Cheb. cond. Nux Ind. cond. Cort. citr. cond.* (qui in hoc casu imprimis prodesse propter venenositatem, cui illi tantopere resistunt) *Diacorum, Rad. Pæon. instar Rad. Cichor. cond.* vel etiam talis mixtura parari potest.

Recip.

Recip. *Diacor.* ʒvj

Cons. Flor. Pæon. Stæchad. ā. ʒiij

Cort. Myrobal. Chebul. cond.

Nut. mosch. cond. Cort. citri cond. ā ʒß

Cor. cervi præp. Ungul. alcis ā. ʒj

Ras. Cran. hum. Margarit.

Corall. rub. Smaragd. præp. ā. ʒß

Cum *Syr. flor. Pæon. vel de Cortic. citri* fiat mixtura: Quod si uti posset *mithridatico vel iheriaca* ʒj. illius vel ʒiiij. commodissime addi possent. Cujus dosi nota est.

Ex compositis verò innumeris quæ habeantur, aqua est hirundinum *Rondeletij*, itemque aqua *picarum*, cujus descriptio apud auctores habetur, quarum dosi cochlear ʒj sive ʒß per se simpl. vel cum *Syr. flor. Pæon.* : vel aliquo pulverum, v. g.

R. *Rad. Pentaphyll.*

Pæon. angel. ā. ʒj

Eryng. gentian. ā. ʒß

Vis. quer.

Fol. Pentaphyll. beton.

Herb. Paralyf. ā. ʒj

Flor. Thilia, Lil. convall.

Sem. Coriand. præp. Seseleos ā. ʒß

Pæon. excort. ʒj

Cornu cervi præp. ʒij.

Ung. alcis, asini.

Corall. rub.

Margarit. præp.

Ung. med. interped. leporis,

Coag. lepor.

Sem. Palma Christi veri ā. ʒj

Rasur. cranei humani in parte anter. ʒjs.

Sach. candi ʒj s. s. a. pulvis.

Cujus quidem aliàs ea quantitas, quæ aureo nummo capi potest, horis circiter duabus ante & post singulas quadrantes Lunæ vel simpl. vel cum aquis dictis, vel cum brodio gallinæ non salito vel pingui sumi solet. Quod si rotulas potius aut morsulos expeteret.

Recip. *Pul. hujus præscripti* ʒj

Spes. Diambre s. mosch. ʒj

N 3

Ciner.

Ciner. involuorum test. Castorei hirund. ā. ℥ss
Extr. ruthæ, angel. ostiutrij ā. gr. v.

Sach. dissol. in aq. flor. Thilie & lilior. convall. vel etiam Pæon. au.
si fortiores velimus in aq. hirund. vel picar. q. s. f. Conf. in rotulis.

Quemadmodum si morsulorum forma arrideret, pulverum dosis au-
 geri & conditorum aliquid admisceri posset.

Utrique verò intentioni, tam eradicationi materiæ morbificæ, quam
 roborationi cerebri, valde conferret lignum pro sudore. Cum præsertim
 materia ista seu tomes in crure seu habitu corporis hæreat: quemadmo-
 dum & furunculorum, hyatidum terminthorum, & aliorum tumorum
 præter naturam minorum materia in extremitatibus istis colligi sæpè non
 solet. Et in hoc quidem subjecto destillatum potius quam decoctum
 præscribi posset, v. g.

Recip. Scob. ligni ℥iij Cort. ejusdem ℥js

Rad. China, Sassafras:

Rad. Pentaph. visci quer. ā. 3vj

Rad. Scorzoner, Pæon. ā. ℥iij

Fol. Euphras. Beton. prim. ver.

Salvia, millesol.

Cardui, Capill. Vener. ā. Mss

Sem. Coriand. præp.

Pæon. excors. ā. ℥iij

Sesel. ℥ij

Fl. Stæchad. Arab. Thilia,

Lil. convall. Pæon. ā. P. j

Cinam. elect.

Nuc. mosch. ā. ℥ij

Macis, 3j Passul. mund. minut. incis. ℥iij. Contusis illis & conquassatis,
affunde aq. simpl. ferv. ℔ix. vel aq. flor. tilie, Pæon. Lil. convall. a. ℔ iij
vel potius millesol. Cardui ā. ℔iij.

Flor. Violar. (propter melanchol. succum) Cichor. ā. ℔js. Sten-
per diem naturalem in loco calido post bulliant leviter ad casum par-
sis quarta & add. Mithridat. elect. ℥iij. Cor. cervi præp. 3ij destillen-
tur omnia secundum artem, cujus dosis prius corpore purgato ℥iij ve-
circiter manè & sudetur.

Eundem usum sequens præstabit Spiritus :

Recip

Recip. *Antidoti Matthioli* ℥v
Spir. Vini correcti lib. j
Camphor. ʒij

Mis. & inde in vitro bene lutato.

Postea calore balnei tepidissimo ita ut nunquam caputellum superius reperiatur, sed semper frigidum permaneat, destilletur, tam diu, donec tertiam partem Spir. Vini exceperis. Reaffunde facibus & destilla denuo, ut prius, idque quaternis vicibus. Dosis cochlear 1.

Vacuationi item cerebri locali studendum per masticatoria ex Nuc. moschatæ & pauxillo piperis, si forsan mastichen horreat. Hoc casu vehementer commendatur pulvis lapidis in vesica tauri repertus, vel per se, vel cum succo rutæ attractus.

Extrinscetus quoque lotio capitis non incommoda foret, injiciendo in lixivium nodulum hunc, nisi tamen capillorum tincturam vereatur:

R. *Fol. Majoran. Beton. Salvia, Pulegii* ā. Mß
Flor. Chamom. Rom. Stæchad. Arab. Ros. rub. ā. Pj.
Agur. opt. ʒij

Incisa grosso modo in dantur panno lineo mundo, f. s. a. nodulus.

Quin etiam sapo peculiaris parari posset.

Recip. *Sapon. Venet.* ʒij. *sol. c. aq. Beton. & Major. add. Santal.*
Citr. odor. ʒij. *Rad. Ireos* ʒj

Salvia, Puleg. ā. ʒß *Ambra gr. ij. f. s. a. Duo globuli.*

Quarta, tandem præservandi intentio est, diætæ exquisitioris præscriptio. Cujus quidem magna ratio habenda est, quod absque illa reliqua medicamenta nihil possint: & secundum Gal. illâ unicâ ferè diuturni curantur morbi, subtracto scil. fomite, vel etiam cruditate.

1. Aër igitur eligendus temperatus tam in activis, quam passivis qualitatibus. Inprimis verò vitandus frigidus & humidus: itemque mutationes aëris subitæ v. g. à frigido ad valde calidum & contrà. Quin etiam per frigidus & humidus alterari posset fumo trochiscorum ex ligno roseo, benjoin, thure succino, caryophyll. lg. aloes &c. in vaporario excitato.

2. In cibo observanda & qualitas & quantitas. Quantitas quidem ut ad satietatem nimiam ille nunquam assumatur: præterea ut cœna quantalogue sit parcior, quandoque etiam nulla. Qualitas verò ut sit attenuans, neque varius (ob inæqualitatem succi & coctionis) sed quoadlicet simplicissimus. Ac noti quidem sunt cibi laudabiles, inprimis verò facilis coctionis, Caro v. g. vervecina, bovina tenera, vitulina adultior, gallinarum, caponum, avicularum montanarum &c.

Pisces

Pisces saxatiles, peræ, lucii minores, smarii, funduli. Ac condiri cibi possunt serpillio, pulegio, salvia majorana. Fugiendi verò crassum ac viscidum succum gignentis, quales sunt frigidi sua naturâ, pisces & carnes, crassioris substantiæ: aves in locis palustribus degentes. Fugienda verò fercula pingua sale vel aromatis nimium condita, fumo exiccata, frixa, acida: caput petentia, qualia cape, porrum, sinapi. Ex fructibus potissimum conveniunt cappares. Ac assis communiter potius quam elixis (cæteris paribus) utendum, quod hæc fluctuent in ventriculo.

Ordo quoque in cibis servandus, scilicet ut liquidiores præcedant, solidiores sequantur: & inter hos primum elixi deinde assi. Justum quoque oportet esse spacium inter prandium & coenam, ut scilicet prior cibibus prius digeratur, quam alius ingeratur. A cibo assumenda quæ evaporationem prohibeant, v. g. pyra vel cydonia cocta: per se vel cum Conf. Anisi, Coriandri, Foeniculi, quibus etiam solis aut cum pul. diacydon, uti liceret. Quin & talis pulvis pepticus parari posset.

Recip. *Panis albi tosti* ℥iij

Coriand. præp. ℥j

Cinamomi El ℥ij

Galang. ℥j

Mastic. ℥ß

Sach. albiß. ad pondus omnium f.

Tragaa.

Quemadmodum & usitatam tragæam repetere posset. Pani quoque quæ vescitur semen carui vel coriandri præp. vel Foenic. utiliter misceretur. Potus magna habenda ratio. Cum cito & multum nutriat, neque eo carere possimus. Cerevisia itaque sit clara, limpida, vetustior parumper, non fœculenta. Vina generosa & omnia fumantia fugienda: utendum vero albo tenui, olygophoro scil. Rhenano tenuiori vel Neccarino, ex quo etiam medicatum cum foliis cardui parari posset. Hydromel itidem ex usu esset, modo palato arrideret.

Recip. *Aq. puriss.* ℥iij

Mell. opt. ℥ij

Cinam. El. ℥j

Sem. Anisi ℥ß

Fol. Beton. P. j

Salvia ℥ß

Coq. ad despumationem, colatura detur.

3. A cœna non statim dormiendum, sed ad minimum per hor. 1. aut alteram deambulandum moderatè aut tempus qualitercunque fallendum. Nihil tamen ferii tractandum, cum secundum Celsum: Quibus caput affligitur, iis ne cogitatio quidem à cœna tuta sit. In dorso quoque non dormiendum neque jacendum aut cubandum: Ac diurnus somnus prorsus fugiendus, nisi assueverit, vel nocturnus brevior fuerit: tum enim sedendo, illi indulgendum.

4. Exercitium sit moderatum, deambulando jejuno stomacho & excrementis rejectis.

5. Excrementa quotidie deponenda, vel sponte vel arte, passulis scil. purgantibus, prunis cum manna paratis. Enematis vel aliis assuetis. Caput quoque manè pectendum, ad sua discutienda excrementa. Balneo si utatur Ol. mastichino vel Nuc. mosch. inungendus ventriculus.

6. Animi tandem affectus, iram præsertim moderatam esse oportet, tanquam vehementius humores commoventem, & in diversa loca cum quodam impetu deferentem.

II. Curationem verò in paroxysmo quod spectat: Prima intentio est, vaporem illum revellere: id quod fit per frictiones manuum, linteorum calidorum, vel etiam intinctorum aqua una superius præscripta: & quidem fortiores.

Secunda, ejusdem vaporis interceptio: id quod fit per vincula seu fascias latas. Quæ & ipsæ in præcautione potissimum locum obtinerent. Deligatione autem seu fascia expressivâ utendum: dictâ fascia primum descendendo (deorsum enim exprimere volumus) mox ascendendo ac rursus descendendo.

Tertia, symptomatum correctio. Et primò quidem motus convulsorii seu epileptici: vel jam jam imminentis, ut ex dolore & molestia cruris potissimum, capitis quoque quandoque gravitate haberi potest. Eo sanè casu, rotulæ ex oleo succini paratæ in promptu semper haberi possunt.

Recip. Ol. Succini gt. iij

Pul. Succini albi ʒß

Sach. in aq. beton. dissol. ʒiij

F. Conf. in rotulis. Vel

Recip. Ol. Sem. Carni destill. gt. iij

Ambra gris. gr. iij

Sach. albiss. in aq. Lavend. dissol. ʒiij

F. Confectio in rotulis.

Formas illas variando, substituendo scil. pro oleo carui ol. anisi, Quem admodum si ambram vel oleum Nuc. mosch. ferre possit, ejusmodi Confectiones parandæ essent.

Recip. *Ambra electa* ℥ss

Sach. dissoluti in aq. Tilia ℥iij

F. Conf. in rot. Vel tandem

Recip. *Pul. Nuc. mosch. Macis* ā. ℥j

Ol. Nuc. mosch. express. gt. Xl.

Ol. Macis destill. gt. X.

Cum Sach. dissol. in aq. flor. Pæon.

F. Conf. in rotulis, quarum quedam assumenda.

Circumgestanda quoque simul nux moschata in quatuor partes divisa, ac parum perustulata, ac una illius particula sub lingua continenda. Itemque Oleo nuc. mosc. expr. canthi oculorum majores, itemque nares tum inungendæ.

1. Vel potius subito invadentis, ac paroxysmum ipsum constituentis, tumque luci magis quam tenebris circa lectum ægri studendum: quoniam materia paroxysmum inducens foras evocetur. Quo casu movent nonnulli, diducendas esse palpebras, & candelam majorem oculis accensam objiciendam.

2. Dentes commissi, spatula extracto ruthæ vel levistici inuncta, diducendi & aperiendi.

3. Caput altius paulò tenendum, ne scil. vapores ascendentes replere illud tam facile queant.

4. Membra rigida leniter extendenda: convulsa leviter continenda: ne nimium commoveantur: interim tamen non violenter continenda ne materia dissipari à natura prohibeatur.

5. Crura infra suras tum quoque liganda pro resolutione & derivatione: itemque linteis calidis deorsum fricanda.

6. Eadem crura supra suram, pro interceptione alius materiæ adhuc forsan sursum repentis liganda.

7. Palatum mithridatico inungendum.

Omni injicienda: aq. hirund. aut picarum cochl. j. vel etiam ii, ita simpliciter vel cum pulvere præscripto: vel cum pulvere epatis ranarum, quod gnopere conferre usus & experientia docuit. Itemque cum Syr. flor. Pæon. aut hic liquor rutaceus.

Recip. *Ruthæ* ℥j

Syr. Vini ℥iij aut tantum ut superemineat tribus digitis.

Fiat infusio donec satis coloreatur viridi, et potius saporem illius adipiscatur. In liquore dissol. Syr. flor. Pæon. ℥j. Misf. vel liquor castorei.

Recip.

Recip. Castorei ℥j. Spir. Vini ℥iij f. infusio donec probè coloretur, vel etiam saporem adipiscatur, in liquore dissolve Syr. Nuc. mosch. Descriptio hac est:

Recip. Nuc. mosch. ℥vj, macerentur in Vini generosi ℔ss. Expr. cum Sach. ℥iijss. Coq. ad consistentiam Syrupi, addendo Spice Indica. Aut Obeum succini, scil.

Recip. Ol. Succini gt. ij. aq. flor. Tbilie ℥j. Mis. quemadmodum etiam extr. ruthæ itemque levistici gr. v. vel vj in dictis aquis dissolvi, & eundem in modum exhiberi possent.

9. Patienti olfacienda admovenda castoreum, assa foetida, galbanum.

10. Itemque nares inungendæ sive succo ruthæ recentissimè expresso, per se ita simpliciter, sive cum pauco Mithridat. permixto. Sive etiam hoc:

Recip. Extr. Ruthæ liquidioris, seu Spir. Vini rutacei ℥j. Ol. Nuc. mosch. per express. fasti ℥ss extract. Calam. arom. ℥j Ol. Fœnic. ℥ss. f. linimentum naribus inungendum.

11. Capiti circa futuram coronalem, utiliter quidem alias imponitur sacculus, ex Spet. Diambra, Pluris Sarcot. Diamosch. Dul. aromat. f. moscho ā. ℥ij in syndone ligatis secundum longum & interpassatis. Quia verò odorata faciliè ferre hæc nostra non videtur: tale potius cerotum parandum.

Recip. Succini albi,

Thuris

Nuc. mosch. ā. ℥ij

Corall. rub. prap.

Sandarac. Arab. ā. ℥j

Flor. Stœchad. Arab.

Salvia

Lavendula ā. ℥ss

Excipiantur f. q. Lardani f. f. a. cum Ol. Nuc. mosch. massa, qua inducatur aluta pro brœgmate: affricetur Oleum Caryophyll. Fœnic. ā. gr. j, obducatur syndone, interbassetur. Aut inungendus idem locus Ol. rutaceo, vel etiam succo, aut liquore, aut extracto ejusdem ruthæ vel tandem gutta una vel atera Ol. Caryophyllorum.

12. Nonnulli Olei Salvie gt. ij vel iij miscent, aquæ vel liquori ruthæ & immittunt auribus.

13. Crato cervicem inungit Oleo ex ligno Juniperino.

14. Umbilicum autem pinguedine cati sylvestris.

15. Inprimis verò re urgente, paroxysmo scilicet fortiori præsentē, clyster ante præscriptus injiciendus: ac dum ille paratur, supposito rium subdendum.

16. Tandem reliquis nihil proficientibus, vesicatorium in cervice excitandum, ex massa antea præscripta.

17. Vel etiam cucurbitulæ siccae occipitio apponendæ.

Post paroxysmum autem roborantium supra adductorum aliquod exhibendum: præterea spina inungenda oleo vulpino, lumbric. terrest. aut unguento resumptivo.

2. Morsum linguæ quod attinet, corrigi potest per mel rosatum, vel etiam rob. nucum & diamoron, pauxillo illis injecto mastiches vel etiam thuris pulverisati.

3. Cumque spasmus quasi crurum, in poplitibus relinqui quandoque soleat: dictæ partes oleo itidem vulpino, lumbricorum, nec non adipe humano inungendæ.

CONSILIUM XV.

IN EPILEPSIA AB UTERO.



Quamvis post tot Clarissimorum virorum exacta de hoc Illustrissimæ Principissæ morbo judicia; meum frustra interponi vel addi, non immeritò multi suspicari possent: tamen quia hoc ab Illustrissimo Principe clementissimè petitur, meam qualemcunque oppellam ut adderem, officio meo humilimè deesse nolui.

Cum autem iste affectus à Clariss. D. Doctoribus adeò dextrè, manifestè & eruditè sit explicatus & conscriptus: ut pleniore instructione aut descriptione nemo indigere possit: ideò de eo agam quàm paucissimis, magis ad causam & deinde curativam intentionem, quam ad reliqua respiciendo.

Porro ipsius morbi definitionem aut descriptionem quod attinet, manifestissimè ex symptomatis & signis pathognomonicis patet eum partim epilepticæ partim hystericæ affectionis idæam ac speciem, repræsentare: An verò ratione essentiæ seu potius ratione sympathiæ hic morbus profiscatur, etiam facilè perspicitur, cum causa antecedens sit manifesta, dolorque & sensus ipse de generationis modo & invasionē, denique præservatio per vincula, quæ auram malignam illam ascendentem intercipiunt testetur:

stetur : quæ omnia certè hunc morbum magis per consensum quam per essentiam fieri, sufficienter demonstrant. Præcipuè autem hoc ex eo conjiciendum, quod neque ante neque post paroxysmum Illustrissima Principissa vel capitis gravedinem vel aliquam facultatum animalium læsionem sentiat aut experiatur, quod certè si per essentiam in cerebro iste morbus sui ortus primordia duceret, fieri non posset.

Hoc unum imprimis in disputationem vocari potest, cum per consensum hoc malum oriri constet, quânam in parte aut sede corporis hujus mali fomes & scaturigo sit inquirenda; an principaliter in pede ubi doloris & symptomatum initium persentitur & percipitur: an verò alio in loco.

Ego ut ingenuè fatear, quânam hic mea sit sententia (salvo tamen melius & doctius sentiendum judicio) non puto causam latenti hujus mali in pedibus principaliter esse inquirendam aut indagandam: sed potius in utero. Movent me ad hanc persuasionem antecedentia symptomata uterina, cum Illustrissima Principissa uterum gestaret, quæ certè talia fuerunt, ut non possint sine maligni & pravi alicujus vel humoris vel vaporis aut spirituosæ & quasi venenatæ substantiæ in utero latentis suspitione considerari. Nam planè verisimile est, illo toto tempore gestationis uteri vel foetus, sanguine menstruo eoque copioso tam diu retento in Illustrissima persona, ex parte in corruptionem transiisse, pravis aliis humoribus simul retentis, qui alias cum fluxu menstruo exclusi fuissent: ex quo concursu quanta pravitas & malignitas post generari potuerit, omnibus medicis satis notum est, qui uterinorum symptomatum causas & insultus perscrutati & experti sunt. Confirmat hoc omnium maximè & validissimè, primus hujus mali insultus, qui accidit in primis annis, quibus menstrua prima inceperunt fluere. Tum enim & antea nunquam (ut ex literis Illustrissimi Principis percepi) hujusmodi paroxysmos perpeffa est. Ecquid tum hæc eadem symptomata excitavit; cum neque in sura, aut pollice pedis sinistri, vel etiam toto utroque pede aliquid doloris tum temporis persentisceret.

Concludo itaque hunc affectum præternaturalem & formidolosum, locum & sedem suam in utero habere, ibique radices suas fixisse. Quamvis autem initia & primordia hujus mali sub finem utriusque suræ in crure, multis potius latere videri possent: quia ibi doloris initium & hujus mali prima præsentio: tamen considerandum est, hoc non minus vitio uteri contingere posse, quam si in ipsis pedibus causam mali hæreere putemus. Nam cum certum sit ex antedictis symptomatibus hystericis uterum malignis & pravis humoribus, sanguineque partim propter diutinam

retentionem corrupto, esse gravatum; facile fieri potest, ut facultas uti per causam morbificam irritata & stimulata per motum symptomaticum vel convulsivum retrò, per venas & arterias hypogastricas & spermaticas, malignam & venenatam auram excludere conetur, ubi validior vi caloris nativi & reliquorum viscerum principalium, ei obvians interdum illam malignam & virulentam auram per venæ cavæ truncum, & reliquos meatus; rectà in pedes dejicit & detorquet, quo in loco cum calor nativus, tanquam in loco remoto, sit imbecillior, ipsique pori & cutis spiracula magis occlusa, convolvitur, multiplicatur & conglomeratur ille vapor per continuam successionem succedentis vaporis maligni, eò à validi naturæ vi detrusi, tandemque vires acquirens, quasi per antiperistalsin revolvitur ibique virulentiam suam nervis aliisque meatibus remeando inferens cerebro communicatur: unde verè epileptica symptomata consequuntur. Hanc ego pro tenui meo iudicio, potissimam causam huius affectus maligni & formidolosi esse arbitror.

3. Accedit ad hoc incongruentia & ineptitudo istius loci in crure sci ad tale, quid & tam virulentum prognerandum, cum neque vasa, neque capacitas tanta isthic locorum sit, ubi tale quid produci facile possit, sicut in utero & aliis visceribus fieri solet. Contestatur & hoc ipsum genus morbi, quod frequentior experientia ex ejusmodi affectibus uterinis sanguine menstruo recenti aut corrupto, excitari annotavit.

Nunc de intentione curativa agendum, in qua ad illam ipsam causam principalem omnium maximè est respiciendum. Præmissis itaque universalibus, suaderem medicamenta uterum & in eo contentam virulentam sentinam respicientia adhiberi: quod omnium optimè fieret mensium promotione, sic enim illuvies illa & radicalis causa extirparetur. Remota hac causâ tandem ad uteri, cerebri & cordis corroborationem per specifica progrediendum. Mensium autem illa promotio non debet esse simplex, sed necessarium est omninò ut habeat respectum ad materiam in utero contentam, quæ cum sit virulenta, & auram quasi venenatam emitat, antidotis specificis simul in expulsionem illi est occurrendum. Et hoc observandum esse puto tam in externis quàm internis medicamentis. Quoad interna, maximi facio spiritum ex antidoto Matthioli & Camphora confectum, deinde cum Sacharo & Pauxillo spiritus Vitrioli guttisque aliquot tincturæ Corallorum administratum, secundum formam in apposita schedula descriptam. Aut si placet hanc aquam uti, quam mitto, præstantissimam ad huiusmodi affectus & tutam. Sed non omnium est, chymica in usum medicum admittere, præsertim metallica; cum illis aut præparationes aut materiæ ipsæ sint suspectæ.

Ad causæ istius morbificæ ablationem non parum etiam proderunt æterna remedia quæ sanguinem & vitiosos humores deorsum, ex proprietate specifica trahant, & menstrua validè eliciant, cujusmodi probatum remedium ex Paracelso ad pedum lotiones descripsi. Poterunt his quandoque usurpatis, incisiones venæ malleolorum aut Saphenæ succedere. Ut omni ex parte materia ad exclusionem dirigatur. Quin si vesicaria circa suram applicari placeret, non contemnerem vel etiam adversarer. Restat ut expulsâ noxâ materiâ & humoribus ad corroborationem eorum principalium viscerum, nempe uteri, cordis & cerebri transcamus, & cum in antedictis medicamentis ferè contineantur, eaque cuivis Meco nota sint, non est opus de iis longius differere. Hoc tantum attingere volui me magnam spem in Spiritu ex antidoto Mathioli cum Camphora, item tinctura Corallorum, perlisque resolutis, item auro Diaphorico ponere. Facit & aqua quam mitto suum etiam officium; sed quid o aquas in Albim & Rhenum importo, qui hæc non scripsi, quasi alii eâ instructione indigeant: Sed tanquam officii mei admonitus, humiliter subjectionis ergò, non quod forsan debui, sed quod potui feci. Æternus DEUS ita omnia nostra consilia regat, & benedicat, ut ad Illustrissimi Principis consolationem & læticiam, Illustrissimæque Dominae sanitatem perducantur & promoveantur.

Pro lotionem pedum à Paracelso.

Recip. *Strobylos abjetum virides, recentes & succi plenos, manipulos duos. Artemisia M. ss. Samenta vel germina borna Juniperi.*

Cortic. fagi ã. Mj.

Chelidonia, fol. alni ã. Mß

Unicetoxici, aristolochia rot. ã. ʒv.

Coq. in f. q. aq. pro pedilavio, in quo lauet manè per horam dimidiam. Si menses tamen fortiter prorumpat, eo cessandum ab his tempore.

Descriptio Spiritus ex antidoto Mathioli.

Recip. *Antidos. Mathioli. ʒv.*

Spir. Vini correcti lbj

Camphora ʒij.

f. & inde in vitro benè lutato, putrificentur in fimo equino 5. aut 6. s. Post calore balnei tepidissimo, ita ut nunquam capitellum tepescat, semper frigidum permaneat, destilletur tam diu, donec tertiam partem

tem Spiritus Vini exceperis. Reaffunde fecibus denuò destillando, ut antea, idque trinis facias vicibus. Sumat æger de hoc spiritu, manè uti & vesperi in cochleari uno vel duobus ad gut. 4. 6. 8. addito tamen Sacharo Spir. Vitrioli gt. iiij. & Tinctur. Corall. gut. vj, vij. Quod si & diurno tempore quædam ingruitura appareant symptomata occurritur iisce solæ hujus spiritus usu, sine additione. Addantur insuper manè si calor adsit. aq. lilior. alb. 3ij, si calor absit, aq. pulegii unciz totidem.

Permutatim usurpetur hic Spiritus cum Aqua mea quam mitto, in nominata, ita ut hodiè Spiritus, cras aqua in usu fiet.

CONSILIUM XVI.

IN EPILEPSIA. HÆREDITARIA.



Quamquam Vir optime, difficile sit, ita absentibus consulere ut pleraque aut omnia ex sententia cadant, quod multa intentionum incidant, quæ intentionem Medici varient, & quotidiana observatio moneat, quid facto maximè ex usu ægrotantis sit. Non potui tamen affini tuo denegare, consilium in hoc tuo affectu petenti. Scribam itaque breviter quod sentiam; faxit Deus optimus maximus, ut tuæ valetudini conferat.

Adfectus tuus Epilepticus malum est hæreditarium, cum & frater tuus eodem corripitur, parensque tuus eodem laborarit. Provenire autem ex ipsa cerebri *ιδιοπαθεια* sive primaria adfectione, signum est, quod post paroxysmum ut intelligo caput doleat, oculi obscurentur & caligent, & maximè quod inter dormiendum corripitur. Benè facit, quod hoc tempore morbum oppugnet. Secundum Hippocratem enim in aphor. Vere magis hic morbus irruit, & eodem tempore magis periculosus, plures enim jugulat.

Quamquam autem integrè ab hoc malo liberari non possit: eodem enim Hipp. 5. aph. 7. teste, Comitialis morbus qui post xxv. annum durat, difficilimè curatur, & ut plurimum commoriuntur. Attamen hoc non effecturos spero, ut rarius occurrat, & levior ipse paroxysmus evadat. Eligendus igitur tibi aër moderatè calidus & siccus, vitando ex adverso illum in contrariam qualitatem degenerantem.

Uttere præterea corporis exercitio moderato, caputque jejunus calidi linteolis confricare & pectine poros aperire curato.

Moderatus usus Veneris juvat, immodicus contra plurimum nocet.

Quod

Quod ad victus rationem attinet, Is secundum Gal. in lib. de attenuante victus ratione sit extenuans & incidens. Ita enim inquit: Epilepsias parvas, & nunc incipientes, attenuans victus penitus sanat, consummatas verò non mediocriter juvat. Condiantur itaque alimenta cinamomo, maci, zinzibere, Sem. carui, Coriandri, Fol. majoranæ & Rad. Petrosel. Carnes conveniunt avicularum montanarum, gallinarum, Carø turdorum & passerum commesta, specifica proprietate adversatur Epilepsia. Vitabis pisces, carnem suillam, anserinam & omnia fumo indurata, & simul universa leguminum genera, cæpas item, sinapi, allium. Capparum usus plurimum prodest. Fuge item vini meracioris usum, & flatuosarum cerevisiarum potum.

Bibes hydromel ex aqua, in qua decocta sunt cinamomum & coriandri semen præparatum. Somnum diurnum ut pestem fugias, sitque nocte mediocris. Sollicitudines, timores aliæquæ animi perturbationes maximè vitentur.

Cavendum quoque sedulò, ne alvus sit obstructa, id si contingat, statim supposita glande, vel communi clystere leniatur.

Quod ad curationem spectat, tertio à paroxysmo die utere hoc decocto A. ex quo sume manè haustulum unum ℥iij & hor. 3. à prandio, quo exhausto utitor hisce pilulis B. quas omnes uno tempore deglutias, superforbendo Cochlearia 5. juris pulli. Postridie à purgatione (dejectâ prius alvo) vena secetur cephalica dextri brachij. Altero à purgatione, reliquæ humorum per palatum sequenti gargarismate C. subtrahantur. Sequentibus diebus sume ex hoc Electuario D. semijuglandis quantitate.

Et quamvis videas te menstruo spacio horum auxiliorum administratione, parum aut nihil profecisse, non ob id tamen abjicias animum, aut desperes, sed firma spe valetudinis concepta, altero vel etiam tertio si opus fuerit mense usum dictorum remediorum exceptâ phlebotomiâ continuare alacriter pergas, minimè dubitans, ejusmodi constanti repetitione, perniciosi hujus affectus materiam, si non penitus profligandam ac superandam, magna tamen ex parte mitigandam imminuendamque fore, idque eò magis, si nunquam non diligens & exacta victus habeatur ratio.

Transmitto etiam descriptionem aliquam Aquæ Cephalicæ vel vitæ E. quam tibi parari curato. Nollem tamen ipsam in multorum manus venire, est enim una ex iis, quæ animo meo gratæ sunt, quam etiam tibi ut amico communico. Quomodo, quo tempore & quantitate hâc aquâ utendum, proximè ad te scribam. His valde, & si quid præterea incidit, quod ad hujus mali curationem facere videatur, si literis, id significaveris,

aut per affinem tuum me certiore feceris, non committam ut vel in minimis, studium meum ac operam jure desiderare possis.

Recip. *Samsuchi*, *Stæchad.*

Arab. Rorismar.

Hyssopi, *Beton.* *Meliss.*

Salvia, *Centaur. min.*

Cardui bened. ā. *Mß*

Rad. Pæon. Cichor. ā. *℥ß*

Sem. Pæon. Cubebar. Cardam.

Agar ā. *℥j*

Sem. Carthami conq. *℥vj*

Fol. Sennæ sine stipit. *℥ß*

Concisis concidendis, & contusis contundendis in cantbaro stanneo bene fermento oblinito Coq. in ℥iij per duas horas, ne quid exhalet coletur, postea ubi refraxeris, colato & add.

Syr. de Stæchade, de Cich. c. Rhab. de betonica ā. *℥iij. f. posio. A.*

R. Mass. pill. Cochiar.

Arabicar.

Troc. de agar. ā. *℥j*

Ex his simul mixtis fermentur pill. n. xv. cum aq. majorana. S. Pilula B.

Recip. *Pyrethri* *℥ß* *Sem. erueæ* *℥vj*

Majoran. *Hyssopi* ā. *℥ß*

Concisa & contusa coq. in aq. & aceti ā. *℥j f. gargarismus C.*

Recip. *Conser. Beton. Salvia* ā. *℥j*

Rorismarin. *℥ß*

Rad. Cichor. cond.

Cort. citri cond. ā. *℥ß*

Spet. Diamosch. d.

Diambre ā. *℥js*

Pul. visci q. ciner, cuculi avis, Cranei homin.

Cerall. rub. prap. ā. *℥j*

Sem. Pæon. *℥js*

O. Cinamomi *℥ß*

Cum s. q. Syr. de Cichor. f. Electuarium D.

Recip.

Recip. *Aq. stillaticia Junip. ℥iij*
Flor. Lil. convall. ex stipit. d. cerptor. My
Salvia M. j.

Macerentur in sole aut post fornacem diebus 14. deinde fortiter exprimantur ac colentur. Colato liquori rursus indantur.

Conser. Rosimar. Lavendula ā. ℥j
Spet. Di mosch. dul. Diambra ā. ℥j
Sach. cand. in aq. Lavend. s. ℥j

Omnia sic mixta macerentur per mensem, ac tandem destillentur Chymicā arte vitro in arenam collocato.
S. Aq. Cephalica E.

CONSILIVM XVII.

IN EPILEPSIÆ CURATIONE.

Cum tota morbi natura sit explorata, & qualis sit, jam constet liquidò: nihil aliud jam nobis faciundum, quam ut medicamentis propriis, & morbo huic profligando accommodatis, curationem aggrediamur, quam præsens tamen Medicus, pro circumstantiarum ratione, semper moderari poterit. Actionem autem hanc curativam à corporis præparatione auspicari oportet, quæ probè administretur, dum primò meatus, per quos humores transmittuntur & attrahuntur, à medicamentis purgatoriam vim sortitis, aperiantur & referantur, ne humores attracti alicubi subsistentes, purgationes efficiant difficiles & laboriosas.

Primò igitur Bolum capiet ex Electuario lenitivo, notatum A. tribus horis ante prandium. Hoc medicamento ubi primæ corporis viæ excrementorum copiâ fuerint liberatæ, deinde humores pravi præparandi veniunt, & præparati educendi. Hoc efficietur, si quarta vel media pars Syrupi de Palmâ Christi B. conficiatur. Hujus ℥js cum tribus uncis decocti Sennæ cum Epithym. descriptionis Mesuæ, exhibeatur tribus quatuorve horis ante prandium, & ejus usum continuet per 6. vel 7. dies. Singulas hujus Syrupi doses exhauriat calidas, & per hor. unam in lecto quiescat, donec medicamentum caloris vi in sui ipsius opus deductum, vires suas exercere incipiat. Tunc verò in conclavi calidiusculo lentè obambulet, quò in

tam antiquo & pertinaci morbo, cum humores pravi unâ atque alterâ vice educi nequeant. Interpositis aliquot diebus, & viribus parumper reſectis, non ſolum utile eſt, ſed omninò neceſſarium, alteram evacuationem totius corporis inſtituere, ut remotis omnibus impedimentis, humores radicitus extirpentur, antequam ad deſtillatum deveniatur. Id enim requirit corpus exquiſitè mundum. Quapropter conficiatur Syrupus litera F. & ebibat ejus cochlearia quatuor aut quinque calida, hor. 5. matutinâ, & ſimiliter ſe gerat, ut antea præceptum, donec totus ſit abſumtus. Si ab aſſiduo ejus uſu vacuationes nimium ſucceſſerint, integrum eſto diem interpone-re, & ejus loco ſumere morſulum literæ P. & ſequenti die ad Syrupum redire, donec totus exhauriatur. Dein verò item uno die interpoſito, pi-lulæ Nitro G. ſumi repetique poſſunt, modo, quo dictum, nempe cum ſucco eam ad rem præſcripto, nempe H. Sumantur hæ manè hora 7. peracta purgatione cicerum rubeorum juſ ſorbeat. Sequenti verò die antidotum literæ I. aſſumat. His medicamentis uſurpatis, applicandus erit animus ad uſum Aquæ L. ſudoriferæ, quæ ſe in latentes corporis partes altiffimè inſinuat, idque tam diu, uſque dum vi pharmaci purgatio abſolvatur.

His ita factis, conſequens erit, uti medicamento, quod ex alto & è radice ipſa excrementa extrahat. Hoc facient pillulæ Alexandri lib. 1. cap. 12. de Nitro vero, literæ C. quæ in frigidis capitis affectibus, & morbis potiffimum comitialibus ſanandis maximâ vi pollent. His cum Oxyme-lite Scyllitico literæ D. in aurora ſeptem horis ante prandium deglutitis, ad quietem & ſomnum ſe componere convenit, ita tamen ne ſudet: ſic n. feliciter opus conſequetur. At cum jam operari inceperint, ſomno abſtinuiſſe præſtiterint, ne medicamenti opus impediatur.

Curandum quoque eſt, ne aëre frigidiore admiſſo, noxa aliqua cor-pori inferatur. Purgatione perfectâ & ad finem perductâ, paulò ante prandium ſorbitio danda è Cicerum rubeorum decocto, cum Sachari ru-bri momento, ut ſi quid pharmaci in ventris aut inteſtinorum anfractibus ſubſtituiſſet, eluatur ac detergatur. Et quia fieri plerunque ſolet, ut viſcerum robur purgantium uſu debilitetur, æquum eſt impoſterum diem ab aſſumto pharmaco, antidotum, quæ notata eſt litera E. vel I. dare, poſt mediam noctem, ut partes evacuata roborentur & conſumentur. Hæc enim antidotus, ignis inſtar, quicquid mali relictum, abſumit, & in au-ram diſſipat. Sed quia metuendum, ne particulæ aliquæ purgantium, in inteſtinorum rugis & plicis relictæ ſint, quæ tenefmum aut tormina pun-ctione ſua inferant, clyſtere detergente inteſtina abluenda ſunt, literæ K.

veſperi

vesperi, antequam manè sequenti die prima istius aquæ destillatæ sudoriferæ dosis assumatur. Exhaustat verò istius liquoris destillati manè in lecto quinque aut sex horis ante prandium, tres aut quatuor uncias, pro virium tolerantia, componat se iterum, ut sudare possit. Magnæ virtutis est hæc aqua, suâ enim tenuitate humores attenuat, poros referat, sudores cit, & arcanâ ac clanculariâ facultate morbo huic adversatur. Hoc liquore dum utitur, cubiculo non egrediatur, nisi à prandio, & cœlo sudore serenoque, & aëre calido. Victu utatur boni succi, qui citò coquatur, nihilque vel parum recrementi relinquat. Vinum bibat oligophorum, non crassum. Cum alvus durior est, emolliatur Electuario litera M. cujus juglandis magnitudine portiunculam devoret, & eò die ab aqua sudorifera abstineat: Postea ad eam redeat, quousque tota Aqua sit exhausta. Nec incommodum etiam erit, simul pilulas de nitro interdum exhibere. Corpore jam ab excretis liberato, consequens est, ut medicamentis utamur, quæ suâ vi absconditâ affectionem cerebri, unde symptomata hæc procedunt, removeant, & prorsus deleant. Igitur circa mediam noctem, cum expectatus fuerit, capiat bis in septimana de Electuario N. Castaneæ magnitudine, & iterum dormiat. Obstacula enim obstructionum cum jam sint remota, promptè hæc medicamenta ad cerebrum transire poterunt, & in altum penetrando suas facultates exerere, ita ut nos voti nostri finis compotes. Et ne nimium uni assuescat remedio Natura, manè quandoque, cum nocte illâ nihil Electuarii N. assumerit, Morsulum P. tum levorare poterit. Et si nonnunquam aliquid adversitatis ægrum adoriri contingeret, & ut ita dicam, impetum hostis præsentiret, quod fieri coniecit, dum Luna facies mutat suas, dum nocte aut vesperi capere debet nauseum illum ex succo Rutæ litera O. quò nihil est in avertendis & intercipiendis paroxysmis epilepticis efficacius. Ut etiam mala illa cerebri dispositio deleatur & obliteretur, ex re erit, usurpare nonnunquam Electuarium ex cineribus cuculi & hirundinum, literâ Q.

Atque hæc remediorum genera in tam gravi & pertinaci morbo afferre volumus: quæ cum efficacissima sint & huic affectui curando accommodata, confidimus, juvante Deo, illum his iri profligatum & deletum.

Recip. Electuar. lenitivi

Diacarth. ā. ʒjs

Spet. Hieræ l. ʒij

Cum Sach. fiat Bolus A.

Syrupus de Palma Christi.

Recip. Rad. Palma Christi

Pæon. ā. ℥iiij

Pyrethri ℥j

Fænic. Pentaphyll. Elleb. nig. præp. ā. ʒvj

Caryophyllor. ʒij

Stæchad. Arab. ʒij

Epithym. Cret. ʒj

Origani, hyssopi. Beton. Ruta ā. M. ij

Chamæpith. Pentaphyll. ā. M. j

Lig. aloes. Sem. citri ā. ʒiiij

Siler. Montan. Cardamom. ā. ʒijs

Zinzib. Spica, Visci quer. ā. ʒß

Turpesbi ʒvj

Rorismar. M. j. ß

Nucistæ ʒiiij

Bulliant in f. q. aq. ad mediet. Colat. adde

Succi Palma Christi,

Pæon. depurat. ā. ℥iiij

Oxymelit. Scyllit. Sacchari opt. ā. ℥j

Fiat Syrupus mediocriter coctus.

Recip. Huius Syrupi ʒjß.

decocti Sennæ cum epithymo ʒij

Mis. f. haustus. Repetatur septem
vicibus.

R. Mass. Pilular. Alexand. de nitro ʒij

Mastichin. ʒß

Cum aq. Cinamomi forment. Pill. ix. vel ix

S. Pilula C.

Recip. Mellis Scyllit. ʒij

Oxymel. Scyllit. tantundem

Mis. S. Succus pro usu pillularum D.

R. Mithridat. Elect. ʒij

Theriaca Andromach. vetustiss. ʒß

Conser. Flor. Stæchad. Borag. ā. ʒjß

Mis. S. Mixture Saccharata E.

Recip. Flor. Stæchad. utriusque anthos,

Lavend. Pæon.

Palma Christi ā. P. j

Borrag. Bugloß. \bar{a} . $\text{P. } \text{js}$

Epithym. Cres. $\text{M. } \text{j}$

Rad. Pæon. Filipend.

Visci querc. \bar{a} . Zvj

Fenic. Petrosel.

Asparagi, brusci in vino maceat.

Rad. Borrag.

Bugloß.

Glycyrrhyza \bar{a} . Zj

Sem. Carthami Zij

Citri Zj

Anisi Zs

Fenic. Cymini, Carni,

Palm. Chr. Pæon. \bar{a} . Ziij

Dauci, fileris Montani \bar{a} . Zij

Cori. Mircbal.

Chab. Beller. Indor. Oleo

Amygd. dul. fricat. \bar{a} . Zß

Helleb. nig. præp. Zß

Caryoph. Ziij

Turperhi albi & gummosi Ziijss

Herb. Beton. Origani

Pentaphyll.

Chamad.

Chamapit.

Calamenth. Mont. Salvia

Filipend. mentha,

Satureia, Ruta \bar{a} . Mß

Capillor. omn.

Melissophyll.

Cichor.

Endivia

Borrag.

Bugloß. \bar{a} . $\text{M. } \text{j}$

Flor. Senna Zij

Agar. trociscat. Zj

Zinzib. Zij

Coq. lege & ordine artis pro Zxv . Colatura adde Syrupi Stæchad.
mell. anthos. Oxym. scyll. \bar{a} . Zjs

Succi ruta de pur. ℥j. Sachari opt. ℥ ix.
Fiat Syrupus mediocriter coctus aromatizetur cum

Spet. Diamosch. dul. ℥ij

Diambre, nucista, Cubebar. ā. ℥j

Aq. Cinamomi ℥js

S. Syrupus F.

Recip. Maß. pill. Alex. de nitro vero 3ß

Aloephang. ℥ij

Cum succo ruta f. pill. n. 9. vel. 11

S. Pil. G.

Recip. Mell. Scyllit.

Oxymel. Scyllit. ā. ℥iij

Mis. S. Succus H.

Recip. Mithridat. Electi ℥ij

Theriaca ver. 3ß.

Mis. S. l.

Recip. Flor. Stæchad.

Centaur. min. ā. Maß

Chamomel.

Beton.

Mercurial.

Parietar.

Acanth. malva, alth.

Violar. ā. M. j

Furfur. lig. in petia P. iij

Sem. Lini, Pæon. ā. 3vj

Carui 3iij

Rad. Pæon. Vis. q. 3ß

Coq. l. a. pro ℔j. Colat. addas

Hiera Logad. 3ß

Hiera picra 3vj

Elect. lenit. 3j

Mell. anthos. ℥js

Ol. Nuc. Chamomell. ā 3js

Salis 3ij

Vitell. ovor. n. j.

Mis. pro Enemate K.

Recip. Lig. Guaiac. ℔j. Cort. ejusdem 3iij

Rad. Pal. Chr. & Sem. ejusdem ā. ℥iij

Rad. Pæon. & Sem. ejusdem ā. ℥js

Pyret. ℥j

Visci querc. ℥js

Fol. Lauri Mß

Bacc. lauri ℥ß

Flor. Stæchad. Mß

Borrag. M. j

Vini albi opt.

Aq. Salvia, Meliß.

Chamomill.

Ruta, Borag. ā. ℔ iiij

Beton.

Pentaphyll. ā. ℔v.

Infund. in vitro luto chymico obducto

per hor. xij. postea adde:

Passul. min. ℔j

Epithym. Cret.

Polypod.

Ceterach. ā. ℔s

Conser. eleny, Beton.

Acori, Anthos.

Pentaphyll.

Stæchad.

Scichor.

Borrag.

Melissa. ā. iiij

Succi Ruta & Pal. Chr. ā. ℥iij

Mithrid. & Theriac. ā. ℥j

Spec. Diamb.

Diacym. ā. ℥ij

Destillentur summa diligentia sine fumo & favillis: destillatum
transmittatur per manicam Hippoc. Super Cinamom. Pul. ℥j.

Ligni aloes ℥js.

S. Destillatum L.

Recip. Conser. Stæchad.

Anthos.

Beton. ā. ℥ß

Q

Spet.

Spet. Diatrion piper. ʒvj
Cort. citri condit. ʒj

Spet. Diacym. ʒj
Diamosch. dul.
Diamb. ā. ʒβ.

Ol. Anisi ʒj
Succini albi gr. vij.

Spet. Elect. Diaphœnit.
Noviter dispensat. ʒvj

Cum Syr. de corticibus citri f. Elect. solidiusculum.
S. Electuar. leniens M.

Recip. Mithridat. El.
Diamosch. dul. ā. ʒj
Pleris Archont. ʒvj
Diamb. ʒβ
Nucisβ. ʒj
Conf. Anacard. ʒj β

Cum Syr. de Stæchad f. Elect.
S. Electuarium Nocturnum N.

Recip. Succ. ruthæ ʒij
Mis. f. haustus O.

Recip. Spet. Diamosch. dulc. ʒiiij
Diamb. ʒij
Pleris Archont. ʒj
Smaragd. præp. ʒβ
Vis. quer.

Sem. Pæon. ā. gr. vij
Pyrethri gr. v.
Conf. Stæchad.
Lavendula,
Borrag. ā. ʒj
Nuc. Ind. condit. ʒij

Sach. albiβ. dissol. in aq. Rosmar. f. a. j.
Conf. in Mors. pond. ʒij
S. Morsuli P.

Recip. Conf. Stæchad,
Anthos,
Pæon,

Lavend.
Acori cond. ā. ℥ss
Conf. Borræg.
Bugloß. ā. ℥ij
Heleny cond. ℥j
Spet. Diamosch. dul.
Diambra ā. ℥js
Nuc. condit. ℥ss
Ciner. cuculæ, hirundin. ā. ℥ij
Cum melle anthosato formetur Elect.
S. Electuarium Q

CONSILIVM XVIII.

DE PECULIARI PRAEPARATIONE
 ET USU QUORUNDAM MEDICAMENTO-
 RUM ANT-EPILEPTICORUM

AQUA PROPHYLACTICA AD AFFECTUS
 Cerebri, ut Apoplex. Epileps. &c.

Recip. *Flor Lilior convall.* ℥ss quæ imponatur fictili vitreato iuxta magnitudinis & affundantur vini Cretici optimi ℥ij. Deinde R. Piperis longi pulverisati & in lineo ligati ℥ss & suspendatur in fictili dicto, ita ut propè attingat vinum Creticum, sed ab eo non madescat, similiter suspendatur frustum aliquod auri puriss. sed ita ut innitatur vino & floribus, postea claudatur fictile & muniatur diligenter undiquaque in fissa panis cruda, & sepeliatur in terram siccam, & relinquatur per dies xiii, denique eximantur & destillentur per Balneum Mariæ, Aquæ huic destillatæ imponantur piperis longi ℥iij, & relinquuntur in ea semper, exponanturque radiis solaribus. Hujus aquæ bibatur cochlear unum loco prophylactici, ante Lunæ mutationes.

AQUÆ CERASORUM DESCRIPTIO.

Accipiantur Cerasa nigra sylvestria, vulgò schwarze Vogel-Kirschen, unà cum nucleis suis contusa, & addatur subduplum florum Lavendulæ & tantundem Seminis sinapis. Misceantur diligenter, & infundatur tantum vini generosi & albi q. s. & in fictili vase, benè obturato reponantur in Cella, per octiduum, deinde F. destillatio s. a. Hujus aquæ as-

sumitur cochlear unum cui addatur drachma una pulveris sequentis, idque singulis mensibus semel, die, proximo post novilunium.

Recip. *Succini albiß.* ℥vj.
Spet. Diarrhod. Abbat ℥iij
F. Pul. subtiß.

AQUA AUREA DICTA.

Recip. *Flor. & fol. Salviae* ℥iijss
Fl. Lavendulae ℥iij
Rorismarini ℥ij
Majorana ℥j.

Gran. Pæoniae
Calam. aromat.
Zedbarie ā. ℥ij
Aureos Ungaricos X.
Vi i Cretici lb iij.

Stent. infusa per dies 14. aut plures, postea add. Granor. Pa-
raçssi ℥ij ac fiat destillatio s. a.

AQUÆ CEPHALICÆ CUIUS ET ALIBI FACTA EST MEN-

TIO, DESCRIPTIO.

Recip. *Flor. & fol. Salviae minoris* ℥iijss
Flor. Lavendulae odorat. ℥ij
Lilior. convall. ℥iijss
Rad. Pæoniae ℥ij
Fol. & flor. Majoranae
Cubebæ.
Cinamomi ā. ℥ij
Caryophyllor. ℥iij
Macis ℥ij

Infundantur omnia s. q. Vini Rhenani per dies XIV. deinde fiat
destillatio per Alembicum vitreum.

S. Aqua Cephalica.

DECOCTUM LIGNI GUAJACI ET SARSÆ.

Recip. *Scobis ligni Guajaci recentis,*
Rad. Sarsæ Parilla concisa ā. ℥ij
Flor. Stæchad. Arab. P. j
Herb. Beton. M. j

*Endivie**Cichorii ā. Mß**Sem. Anisi ʒij**Pœon. ʒj**Pilular. min. conquassat. ʒvj**Glycyrrhizæ rase ʒij*

Hæc maceſcentur horis xxiv. in aquæ puræ ℥iij, Vini Rhenani ℔j, tea decoquantur in fictili vafe mundo & puro, ad dimidias, & poſtea. Hujus decocti ſumantur pro hauſtu ſudorifico manè in lecto ʒviij expectetur ſudor, qui ſi ſponte fluat non impediatur naturæ motus, minus promoveatur fomentis foris applicatis. Poterit autem hoc fieri cotidie, vel alternis diebus.

Cæterum relictæ materiæ decocti jam præſcripti addi poterunt Scobis Guajaci ʒjs & ſuper infundi aquæ puræ ℔vij Vini Rhenani ℔j & maceri hor. 24. tandemque decoqui, ut tertia pars abſumatur. Relicto ſumendum in prandio & cœna pro potu familiari.

Quod ſi decoctionem pro potu tantum parare velis, nec eâ uti ad multos ſudores, quantitatis Sarſæ ʒiij & ligni ʒv, Stœchad. Arab. P. j. Be. M. j. Endivie & Cichorii ā. Mß, Sem. Anisi ʒij, Pœon. ʒj infunde aquæ puræ ℔viij, Vini Rhenani ℔j & macera horis 24. tum decoque, tertia pars propè abſumatur, & colaturâ utaris pro potu. Cui ſi rurſus adjicias ſcobis recentis ligni ʒjs & tantundem Aquæ & Vini ut præſcriptum eſt affundas, maceresque horis 24. decoquasque ut ſupra traditum erit decoctum ad potum utile. Interea dum hiſce uteris commodum erit fuerit octavo quoque die ʒj Pilular. Cochiar. & aurearum degluti. Sumantur autem cochiarum ʒij & aurear. ʒj. Quoniam verò Medici plerique ante exhibitionem hujus decocti, univerſalem evacuationem mittendam eſſe, neceſſarium ducunt, nolim te eam proſus negligere, ut ex conſilio clariffimorum virorum Dn. N. & D. N. eâ utaris ſua. Perficietur autem hæc tribus modis. Laxativo aliquo commo- diſt, ſectiōe venæ & potione humores noxios partim præparante, ſim præparata leniter ſubducente.

Hæc intentione adminiſtrata, ſequeretur altera, nimirum humorum ſuperfluum in ambitu totius corporis contentorum, per ſudorem conſum- ptionem decoctionis ligni ſuperius deſcripti uſu commodè perficeretur. Et autem hujus uſus continuari per dies ad minimum xiiij plures vel citiores etiam, pro ut ſudor citius vel tardius erumperet, ac etiam plus minusve flueret.

Cessante sudore majori dosi, largius fluente eodem, minori utendi dosi. Ante singulos haustus hujus potionis sudorificæ posset etiam frictio artuum & dorsi, tantisper dum sponte flueret sudor absque præsidio. Post sudores non fuerit abs re, uti rotulis ex galangæ extractione ad tonum viscerum servandum.

Porro pro particulari evacuatione cerebri majorem in modum conducunt medicamenta, dicta Errhina & Apophlegmatismi quorum hinc principè per palatum, salivam & pituitam proliciunt, & expurgandi cerebri ventriculos, quibus via declivis est in palatum, majorem vim obtinent. In hunc usum accommodantur gargarim & maslicatoria. Hinc formula talis ferè esse posset.

Recip. Sem. Staphidis agrie

Rad. Pyrethri

Cubebæ.

Rad. Ostrutii

Masticis ā. ℥j

Omnia in pulverem redigantur, & formentur globuli parvi ex linteo Illius verò nempe Gargarismi formula talis esto.

Recip. Rad. Fœnic. ℥ss

Pyrethri ℥ij

Fol. Majoranæ

Betonica ā. M. j

Salvia

Hyssopi

Origani ā. Mss

Caricar. ping. n. viij

Glycyrrhiza rase ℥j

Masticis ℥j

Sem. Anisi

Fœniculi ā. ℥ij

Decoquantur secundum artem in ℥iij aqua ad consumptionem medietatis, & colatura addatur

Oxymelitis comp. ℥iij

Mell. Ros. colat. ℥j

Nuc. moscat. ℥ij

Caryophyll. ℥j

Cardamomi

Cubebæ ā. ℥j

um bulliant 9. s. pro aromatizatione, postea colatura servetur usui.

Hoc decocto utendum est gargarizando, manè jejuno ventre, & ex subjugendus usus unius globuli masticatorii descripti, vel loco ejus afflicetur aliquid mastiches, aut nucis moschatae, vel cardamomi, vel Caryophyllor zedoariae, item, quæ commandicatione suâ pituitam per os palati elicere, ac in os trahere possunt.

Naribus autem commodè admoveri poterit, nodulus aliquis, ad seipsum vel similem formam paratus.

Recip. *Nigella tosta leniter* ʒjss

Majorana sicca ʒj

Nuc. Moschata

Irid. Florent. ā. ʒß

Caryophyll. ʒj

Fiat pulvis crassiusculus, qui detur in sacculo ex syndone nigro.

Hic sacculus potest infundi ad horas aliquot in aceto rosaceo, ut aromatici adjuvet penetrationem odoramentorum, & ut idem acetum post ceptam inde aliquam vim, loco errhini ex vola manus in nares trahatur.

Si mavis simplicibus uti, sampuchum seu majoranam naribus impo-
no, ea enim mucum & pituitam blandè expurgat. Idem præstat salvia
betonica, & in alterutrum narem indita.

Beatae quoque & brassicae succus introrsus naribus immixtus capitis
pituitam elicit, cæterisque humoribus exonerat.

In his prolixior sum, quod intelligam te coryza & obstructis nari-
bus sæpius vexari. His omnibus peractis roborando capiti utilissima foe-
lotione, qui constabit ex sequentibus :

R. *Herb. Betonica*

Majorana ā. M. ij

Fl. Stachad. M. j

Flor. Chamomel. Ital. M. j

Scob. Ligeti guajac. ʒiij

Agarici in linteolo ligati ʒß

hec in lixivio nonnihil ebulliant, & macerentur horis xxiv, rursus effe-
rescant & colentur, ferventurque ad usum.

A lotionem & exiccationem capitis aquâ nostrâ cephalica odoratissima
ne calida posterior capitis pars, tempora & futura coronalis inungi de-
beat. Fuerit etiam non inutile, post lotionem & exiccationem vino sub-
merso calido caput abluere, continuè manibus fricando, donec magnâ ex
parte

parte vini sublimati subitanea inter fricandum absumpta sit. Si quid humoris capillis videatur insidere, id calidis linteis exiccandum.

Caput quoque alias quotidie manè ab alvo evacuata exiccetur linteis calentibus sive multa frictione.

Pro corroboratione capitis assumat etiam vesperi semper aliquid Conservæ florum Rorismarini, cui aliquid mastice sit permixtum, eique addas cubebæ gr. 2. vel 3. & superbibas cochlear unum Aquæ Cephalicæ.

Viæ porro ratio hæc servanda tibi est, infra modum bibendum & coena erit parcior. Vitabis alimenta quæ multum evaporant. Et moderate temperatis utere, nam frigida offendunt ventriculum, calida hepatis justo calidiori (ut videtur) officiant, ob id modus in viæ ratione calida frigidaque tenendus.

Prandium & coenam si claudes cydoniato, cui aliquid cinamomi sit permixtum, vel etiam semine Anisi & Coriandri Sacharo incrustatis, ad os ventriculi claudendum rectè feceris.

CONSILIUM XIX. IN EPILEPSIA.



NE superiorum de quibus satis verborum fecimus, tædiosa hic fiat repetitio, dico materiam Epilepsiæ esse plerunque melancholicam cum pituita mixtam. Causæ epilepsiæ similiter tres sunt, vel à partibus extremis, vel ab inferioribus visceribus, vel ab ipso cerebro. De reliquis duobus prioribus dictum alibi de eâ quæ à cerebro, specie hic mihi futurus sermo. Est autem ea infima mala qualitas ventriculorum cerebri, orta ex putrida fuligine melancholicæ & pituitæ. Nam maligna & occulta qualitas cerebro more venenorum infusa est, & est eadem penè causa uteri strangulatus. Gal. 6. de loc. aff. Quod autem causam agnoscat venenatam qualitatem, id probatur ex diuturnitate morbi. Nam diuturnitas morbi intemperiem occultam & malignam denotat: obstructio autem diu durare non potest, cum paroxysmus non prius cesset, quam soluta obstructione. Non tamen penitus à ratione causæ morbificæ pituitosum vel melancholicum succum, hic excludimus aut eliminatum volumus, illum quidem ob initium, istum vero propter moram. In usum ergo ducantur sequentia:

Recip. Flor. Chamomel.

Malva, parietar. ā. M. j

Sem. Lini, Fœn. grac. ā. ʒvj

Carthami ʒß

Anisi ʒiij

Carui, Cymini ā. ʒjs

Rad. Polypod. querc. ʒß

Althea, Lilior. alb. ā. ʒvj

Furfur. crass. ligat. in petia M. j. ʒ

In colat. dissol. Elect. hiera simpl.

Diaphœnic. lenit. ā. ʒß

Mell. Rosar.

Anthosat. ā. ʒjß

Vitell. Ovor. n. 1.

Mis. f. Enema.

Recip. Rad. Polypod. querc.

Sem. Fœnic. ā. ʒiij

Fol. Senna f. stip. ʒß

Epirhymi Cres. ʒj

Cinam. ʒij

Coq. in f. q. aq. pro ʒiij. In Colat. inf.

Rhabarb. Elect.

Aq. Endivia irrorati ʒjß

Agarici noviter trocisc. ʒj

Cinam. ʒß

Schamirki ʒß

Infund. b. 9. expressioni adde Syr. capill

℞ ʒvj Mis. f. Haustus.

Recip. Rad. Fœniculi

Petrosel.

Polypod. querc.

Cichor. ā. ʒjß

Flor. Borrag.

Bugloss. ā. Mß

Stæchad. P. j

Coq. pro ʒj. R. hujus decoct. ʒiij add.

Syr. de Stæchad.

Syr. de Mellis anthosati

Oxymel. simpl. ā. ʒʒ

Mis. f. Digestivum.

R. Rad. Petrosel.

Polypod. querc.

Sem. Carthami ā. ʒijs

Passular. mundat.

Col. Senna Alexand. ā. ʒiij

Epithym. Cret. ʒj

Cog. pro ʒiij. In Colat. dissol.

Spet. Fiera simpl.

Diaphenic. ā. ʒij

de citro. exol. ʒiij

Oxymel. squillit. ʒʒ

Mell. anthosat. ʒj

M. f. porio.

Hinc venæ sectio sequatur, ad perfectionem curationis aliàs admodum necessaria. Post

Recip. Rad. Pæon.

Visci quer.

Palma Christi

Pentaphyll.

Calami aromat.

Filipendula ā. ʒʒ

Rad. Borræg. Bugloß

Fænic.

Petrosel.

Helenij ā. ʒvj

Asparagi

Cichorii ā. ʒj

Polypod. quer.

Sem. Carthami ā. ʒij

Sem. Citri

Palma Christi ā. ʒj

Anisi

Carui

Cymini

Fænic. ā. ʒiij

Sem.

Sem. Pæon.

Dauci ā. *ʒiſſ*

Passular. *ʒj*

Fic. ping.

Dactylor. ā. n. *vij*

Rad. Elleb. nig. Styr. præp. *ʒiij*

Caryophyllor. *ʒij*

Turbitib. *ʒij*

Zinzib. *ʒjs*

Cort. Mirobal. Chebul.

Bellir.

Indor. Ol. amygd. dul. præp. ā. *ʒſſ*

Herb. Borræg.

Bugloß.

Ru:ba

Fumar.

Capill. omnium

Cichor.

Pentaphyll. ā. *M. j*

Chamadrios

Chamæpyt.

Thymi

Calaminth.

Origan. Cret.

Filipend. ā. *P. iij*

Fol. Senna *ʒiijſ*

Epithym. *ʒjs*

Cort. Arant.

Thamarisc.

Cappar. ā. *ʒiij*

Flor. Thamaris.

Pæon.

Anthos

Meliß. ā. *P. j*

Borræg.

Bugloß. ā. *P. js*

Coq. pro lib. i. Cui infund. agar. trocisc. *ʒj*

Rad. ireos Florent.

Cinamom. ā. ʒiij

Rhabarb. Elect. ʒv.

Schœnanth. ʒj

Expressioni add. Syr. de Stœchade,

Oxymel. Squillit.

Mell. anthosat. ā. ʒʒ

Succi ruta clarificat. ʒjs

Sachari alb. ʒiv.

Fiat Syrupus, aromatizandus cum ʒʒ

Spet. Diamosch dul. S. Syrupus.

Recip. Maß. Pillul. fœtidar. gr. xv.

Trocis. Alband. gr. iij

Dacryd. gr. jʒ

Cum. aq. Cinamomi s. pill. n. xl.

Sumantur ex Syr. de betonica.

Recip. Theriac. Andromach ʒj

Mithridat. ʒʒ

Conf. Flor. Pæon. ʒj

Spir. Vitriol. gt. ij

Mis. S. Mithridatium.

Hinc alteranda mala qualitas & singulis octo diebus exhib. Succi ruta depur. ʒiij Oxymel. squillit. ʒʒ Mell. anthos. ʒiij. ad libitum superdormiat. Postea accedendum ad decoctum ligni.

Recip. Ligni Guaiaci lbj

Cort. Ligni ʒiij

Rad. Scorzonere ʒiij

Pæon.

Palma Christi

Visci quer. & decrescente collect. ā. ʒiij

Zinzib. ʒj

Sem. Anisi ʒvj

Passular. Corinth. ʒjs

Ad. Pæon. & Beton. fervescant. ā. lbx Infund. Olla vitrea & stent per hor. 12. in ciner. calid. tectâ ollâ, manè coq. ad. medietatem s. f. & s. lento igne, refrigerata per se colentur, Colatura dividatur in partes 9. quarum unam bibat manè intra hor. 3. & 4. Utatur à sudore Diamosch. dul. vel plures anchonts aut Rad. Pæon. Sacharo incrustat. vel condit,

Secundum decoctum.

Recip. Ligni Guajaci pulveris. ℥ss

Cort. ejusdem ʒjs

Rad. Pæon.

Zinzib.

Palma Christi ā. ʒij

Mell. opt. despumati ʒiij

Aq. Beton. Pæon. ā. ℥vj

Sient per 20. hor. bulliant ad tertias. Auribus, dum sudat, sac-
ci tales opponendi:

Recip. Mith

Salvā. ℥ss frigor. in sartagine.

Fol. Lauri

Baccar. lauri ā. ʒss

Juniperi

Pæon. ā. ʒj

Ex his fiant sacculi interpuncti, qui apponantur auribus, Alter-
diebus semper Theriaca ante decoctum exhibeatur. Naribus ad-
veatur hoc linimentum.

Recip. Succu cyclaminis

Beta

Anagallid. utr.

Majorana ā. ʒss

Olei Irii gr. v.

Cum paucis cera f. linim. quod parum in nares agat.

Si alvus non fluat, clystere emolliente utendum.

Cauteria in truribus & brachiis etiam locum habere possunt.

Trallianus & Gal. auctores sunt, ut à fortioribus initium fiat. Pith.
exand. de nitro, cerebrum ob omni lenta crassa & viscida pituita
evacuant.

Electuar. roborans.

Recip. Conser. Rorismar.

Flor. Salvia ā. ʒvj

Offis cranij usi de fœxina suspensa aut decollata ʒjs

Beton.

Rad. Pæon. ʒ decresc. coll. ā. ʒj

Cor. cervi iusto tempore coll.

Pyrethri ā. ʒʒ

Smaragd. veri præp. ʒʒ

*Pulverisatis omnibus subtiliſſ. cum Syrupo de Stæchade fiat.
Electuarium. Vel.*

R. Conſer. Roſar.

Stæchad.

Roriſmar.

Borragin. ā. ʒvi

Sem. & Rad. Pæon. ā. ʒij

Sem. Palma Chriſti

Oſſ. de cranio ſuſpenſ. ā. ʒjs

Pulv. Cucul.

Hyrundin. ā. ʒj

Corn. Cervi præp.

Pyrethri ā. ʒʒʒ

Smaragd. veri ʒj

Corall. rub. præp. ʒʒ

F. Cum Syr. de Beton. Electuarium.

Recip. Maſſ. Pill. azaiareth ʒj

Agar. noviter trociſc. ʒij

Sem. Pæon.

Ruthe ʒj

Medull. Sem. Carthami ʒʒ

Flor. Stæchad. ʒʒ

Cum Oxymel. ſimpl. f. maſſa pillular.

Ex ʒj ejusdem cum aq. Pæon. f. pill. n. xi.

S. Pilula nocturna.

CONSILIUM XX.

CONTINENS CONCERTATIONEM
INGENIOSAM D. BALTHAS. BRUNNERI CUM D. B. C.
AN IN QUADAM FOE MINA ILLUSTRIS EPILEPSIA PER CON-
SENSUM ORTA SIT AB UTERO, AN VERO A VUL-
NERE CRURUM FOVEATUR.

I. THEMA D. B. C.

Locus iste sub fura, non aptus est vel congruus ad tale quid, & viru-
lentum progenciam om.

CON.

CONTRA SUNT.

I. AUCTORITATES : 1. Galeni 3. de loc. affect. 7. ubi expref-
tres facit Epilepsiæ species. 1. Per essentiam, 2. per consensum ven-
iculi : quo interpretes eam quæ ab utero referunt. 3. Ab aura maligna,
cruribus ascendente.

2. Aëtij. Tetrab. 2. Serm. 2. cap. 13.

3. Pauli lib. 3. c. 13.

4. Avicennæ 1. tertij F. 5. c. 8.

5. Halyabbat. 5. pract. cap. 21.

6. Rhazis : 9. ad Almanfor. 11. & 1. contin. 5. Unde etiam Gen-
is à veteribus diversa illis speciebus nomina indita tradidit. Primæ Epi-
psiam, secundæ Analepsiam, tertiæ Catalepsiam.

II. EXPERIENTIA. 1. Gal. 3. de locis aff. 7. ubi duos ejus-
odi casus duorum puerorum refert.

2. Avicenn. qui l. c. non tantum crurum, sed & manuum, scapu-
rum & vertebrarum meminit.

3. Gentilis in comm. & aliorum qui observationes scripserunt.

4. Observationes eorum, qui praxin exercent.

III. RATIONES.

1. Ex modo. Avicen. loc. cit. Humore ibi aliquo retento, & ca-
re nativo abscisso, putrescente, vel ob malam qualitatem converso :
inde postmodum periodicè vel non periodicè ascendat.

2. Ex modo generationis tumorum præter Naturam per conge-
onem, tum quantum ad materiam, ut 1. de sanit. tuend. c. 13. cum
tantum ad efficientem, Gal. 1. d. diff. sympt. 5. Averrh. 3. coll. 5. In-
imis Avicen. 2. 1. doct. 2. c. 17.

3. Ex modo generationis Tumoris præter naturam, per influxio-
em, ex Gal. de inæqual. intemp. c. 3. Itemque art. par. c. 95.

4. Ex modo generationis Tumorum p. n. per tusionem ex 13. Meth.
& Arist. de gen. & corrupt. tex. 37.

5. Ex modo quo Avicen. 1. 3. t. 3. c. 1. & 1. 3. t. 1. c. 10. cere-
um & ossa apostemari contra Serapionem probat. Nutriuntur, E. ali-
id suscipiunt. Ita & h. l. Pars illa nutritur, Ergò aliquid suscipit, quod
detineatur, alterari poterit.

6. Ex modo à Gal. descripto 3. d. 1. a. 7. quemadmodum in alijs
tibus, ita & in crure, ad similitudinem veneni ab animali aliquo
vene-

venenato impresso, vaporem quendam vel saltem qualitatem progigni posse, quemadmodum exempla de morsis à cane, aranea, equo.

7. Ex causis ibi sufficienter concutientibus, ac benè illic dispositis effectum necessario inducentibus.

I. Quantum ad materiam.

1. Ratione diætæ inordinatæ, pravum alimentum eò mittatur.
2. Excrementa ibi colligi possint, cum præsertim ratione motus musculorum, multum alimenti ibi consumatur, consequenter multum excrementi gignatur.
3. Excrementa eò deferri, tanquam ad emunctoria soleant.
4. Excrementa, ratione gravitatis.
5. Vel etiam situs. Cum itaque ex optimis alimentis & humoribus, sanguine v. g. semine &c. venena generentur, cur non etiam excrementis.

II. Quantum ab subjectum.

1. Crura emunctoria epatis statuuntur.
2. Partes illæ aliàs externis injurijs magis sunt obnoxia.
3. In sura propter musculorum motum frequentiore, excrementa facilius suscipiuntur.
4. Tibia aliàs totius molis corporeæ quasi fulcrum sit, facile igitur suscipere aliquid possit.

III. Quantum ad efficientem.

1. Sive calor partis imbecillior sit statuendus secundum Avicennam, I. & Gentilium in commento.
2. Sive innaturalis ex Gal. 3. d. l. a. 7. & Th. à Vega in comm. & quidem aut in defectu, utpote materia tanquam rebeli à calore nativo defecta, aut in excessu, utpote materia ibi conculcata, sic calore excitata Singuli h. l. dantur.

Sententiam verò suam confirmat D. B. C.

I. Non adsunt ibi vasa.

CONTRA. Et *abrophia*. Complures enim compagines venæ scilicet ralis imprimis Saphenæ, Ischiadis majoris & poplitis, isto exactè in loco concurrunt. Ut non immeritò varices idcirco, eò potissimum laborari, Anatomici annotarint.

II. Non adest ibi tanta capacitas, atque in utero & aliis visceribus.

Respond. 1. Attamen aura illa maligna, quantum ad menses noster gignitur in utero: cum ex anatome pateat, menses non purgari per venas uteri, sed per venas colli uteri.

2. Tot dantur vapores aliarum partium, quibus tamen nullæ sunt cavitates. Ut in palpitationibus istis particularibus videre est.

3. Vapor ille vel secundum Galenum qualitas, tantâ cavitate non eget.

4. Musculi, ossa & aliæ partes solidæ dictæ suam quoque obtinent cavitatem proportionalem ex Avicen. lib. 5. c. Si enim nutriuntur, etiam cavitatem suam obtinent.

5. Tumores ibi non tantum minores, terminthi, hydatides &c. Sed & majores furunculi, varices oriuntur. Qui certè cavitatem præsupponunt.

II. THEMA. D. B. C.

IN utero potius sedem affectam esse inquirendam. Idque probat quatuor rationibus.

1. Quod experientia constet frequentius ex sanguine menstruo retento, aut corrupto ejusmodi mala contingere.

Resp. Ut frequentius aliquid contingat, attamen rariores casus non excludantur. Hinc repræhendebat Galenus 3. l. a. 7. eos, qui species illas tres Epilepsiæ distinguere neglexerint.

2. Quod tempore imprægnationis symptomata illa passa fuerit: quando nimirum retenti menses fuerunt corrupti.

Respond. 1. Atqui hoc est *κενόμενον*, an ab utero ascendat. Potuisset enim & à ventriculo tum oriri, vel ab ipsis etiam cruribus cum primis vicibus singula non fuerint observata.

2. Pauciores fuerunt (duo scil. tantum) paroxysmi retentis mensibus, quam lochiis fluentibus cum certè materia sublata, effectum quoque tolli oportuisset.

3. Tardiores quoque fuerunt periodi istorum duorum paroxysmorum, retentis mensibus, scilicet septimanarum spacio distantes: cum fluentibus lochiis paucorum dierum, quandoque etiam horarum intervallis invaserint.

4. Tempore partus, materiam illam in utero commoveri fortius oportuisset.

5. Ignominiosum est Medicis omnes mulierum morbos ad uterum referre: si de alio loco constet.

III. Quod primus hujus morbi insultus fuerit primo eruptionis mensium tempore: nullo tum præsentem, neque in suris neque in digitis pedum dolore.

Respond. 1. Attamen non constat exactè an hystericus, an Epilepticus paroxysmus ille fuerit.

2. Et ut fuerit Epilepticus : attamen si ex Hippocr. 6. Epid. 6. text. 8. pro quibus qui morbi : ut ipse loquitur : quid ni & pro unius morbi loco alius erit expectandus , unde totus hinc inde in coacis & aliàs translationis matariæ morbificæ fit mentio.

3. Quemadmodum etiam dolores capitis & aliarum partium , modò ab hac , modò ab alia causa , modò in hoc , modò in illo loco hærente , oboriri experimur.

IV. Quod hystericae passionēs in hoc subiecto quandoque concurrant.

Respond. 1. Atqui morbos complicari frequentissimum est : in nostris præsertim corporibus impuris.

2. Ex Gal. 3. l. a. 7. Aura illa venenata partes quas pertransit , per continuationem alterat. Non itaque mirum , si circa uterum materiam quoque dispositam forsan reperiatur , quin ambo affectus inducantur.

3. Cum præsertim symptomata varient , ut præfocatio ab Epilepsia discerni facile possit.

TERTIUM THEMA. D. B. C.

Licet dolor sub fura initium paroxysmi itemque ascensus inde quasi vaporis tum sentiatur : attamen & vitio uteri id contingere posse , cum nimirum facultas uteri , à causa morbifica irritata , per motum symptomaticum vel convulsivum illam retrò per venas & arterias hypogastricas & spermaticas excludere conatur : ubi calor naturalis validior vasorum & viscerum ei obvians , quandoque per truncum venæ cavæ & reliquos meatus , illam rectà in pedes dejicit & detorquet. Ubi tanquam in loco remotiori , cum calor nativus sit imbecillior , pori quoque cutis magis occlusi convolvitur , multiplicatur , conglomeratur. Per successionem inprimis novi vaporis maligni , à valida natura eò detrusi : ibique vires acquirunt , quasi per *avrimagistru* revolvitur. Ac nervis aliisque meatibus virulentiam suam remeando inferens cerebro communicatur.

Qui sanè modus apparentiam quidem quandam obtinet : interim si minutius excutiatur , in hoc casu locum vix habere videtur.

1. Licet enim facultas uteri , à causa morbifica irritari possit , ita ut excludere illam conetur , attamen quis motus ille symptomaticus vel convulsivus sit , nondum patet , cum venæ & arteriæ non convellantur , neque arteriæ præter systolen & diastolen moveantur.

2. Cumque per vasa spermatica & hypogastrica retrò ad truncum venæ cavæ ferri illam statuat : mirum certè cum vaporis natura sit sursum ferri , quod non superiora potius petat , quoniam fumos sursum ferri experimur.

Omnia quidem confluxibilia ab Hippocrate : Nihil quoque in corpore humano sursum vel deorsum statuitur : facultatibus animarum mediante calore nativo administrantibus singula.

Interim proportio & natura humorum vel vaporum observatur : quemadmodum tali ratione cerebrum, non crus ab Hippocrate instar cucurbitulæ esse traditur.

3. Nimirum quoque, quomodo calor validior obvians, materiam illam detrudat, ac non potius consumat, cum caloris fortis imprimis sit condensare, sed rarefacere & digerere vaporem inprimis.

4. Mirum tandem, quod sub suram & non alium locum uterus vaporem illum propellat : cum præsertim in poplitem, in musculos inguinis, ischion, natium cutem, hypogastria ramī sese inferant.

5. Neque, quem nam ἀντιπερίσσεια locum hic habeat, facillè patet. Si enim vim vocabuli nudam inspiciamus, inter truncum illum venæ cavæ & suram, locus certè non est angustus, quo vapor aliquis quasi circumscribatur & concludatur : cum tot viscera, muscoli, vasa interjaceant.

Sin verò prout à Philosophis accipitur, sumatur : pro eo scilicet, quod contrarium unum objectum contrarii alterius intensius fiat.

1. Præterquam quod rejiciatur illa ab aliis.

2. Non videtur quomodo in partibus corporis humani detur. In cerebro quidem catharri gignuntur ex vaporibus : sed non qualitas vaporis intenditur.

3. Et ut intensior reddatur vapor quantum ad calorem : attamen non qualitate primâ, sed terciâ, scil. malignitate peccat.

4. Ac sub sura certè tot reperiuntur venarum antea relatarum ramī, ut frigus ibi non sit sperandum.

5. Quin etiam occurrunt aliæ partes interea non minus frigidæ & non nimis densæ v. g. poples & genu : ubi sistere sese vaporem oporteret. Nec non meatus sub surâ alii, per quos ulterius adhuc vapor seu materia illa deferri posset.

6. Cumque statuatur alium novum vaporem subindè deorsum trudi, unde prior augmentum ac vires suscipiat : mirum sanè quomodo vinculis priore intercepto, reliqui sursum non ferantur, & malum illud inferant.

7. Cum præsertim longè alia indicia Epilepsiæ ex utero afferat Avic. 1. tert. tr. 5. c. 9. sive ex retentione mensium, sive spermatis (quorum tamen hoc loco neutrum est) sive aliarum humiditatum eò effularum. 1. Dolorem in pectine. 2. Dolorem in utroque inguine. 3. In dorso partibus. 4. Gravitationem in matrice. Quale quid hoc loco non percipitur :

tur : quin potius dum præsentissimo est animo, de dolore suræ & ascensu vaporis conqueri incipit.

8. Tandem non pateat, si vaporis ascensus sentitur, cur non etiam ejus descensus percipiatur. Ut omninò cum

1. Auctoritatibus,

2. Experimentis,

3. Rationibus.

1. Ex modo Avicen. 1. 3. t. 5. c. 8.

2. Ex modo generationis tumorum præter naturam per influxionem.

3. Congestionem.

4. Fusionem.

5. Ex modo Avicen. 1. 3. t. 3. c. 7. & 7. 3. t. 1. c. 2.

6. Ex modo Caleni 3. l. a. 7.

7. Ex causis sufficienter concurrentibus & benè dispositis.

1. Quantum ad materiam.

2. Quantum ad subjectum.

3. Quantum ad sufficientem pateat sub suris potissimum materiam
jussimodi frequenter generari solere & posse.

In hoc autem subjecto,

1. Causæ eadem adsint.

2. Inprimis præcefferit olim procatactica, innixus scilicet violentus
tabulæ lapideæ in crus vel crura.

3. Et modus generationis paroxysmi, aurâ ascendente.

4. Nec non præcautionis paroxysmi per vincula.

5. Modus tandem curationis id attestetur.

Cum universalis, dum sublata causa proportionali, malum mitius
redditur : tum particularis, dum paroxysmus jam præsens, per frictiones
& ligaturas tollitur.

Concludo veram essentiam mali hujus particularis in crure potius,
quam in utero latere. Hinc intentiones curativas ad locum ipsum affe-
ctum, non autem uterum dirigendas. Quæ verò auxiliorum materiæ
ex usu sint futuræ, aliàs ostensum fuit : & exigente
necessitate de aliis quoque cogitandum
erit,

CONSILIVM XXI.

IN EPILEPSIA CUJUSDAM PUERI
PER CONSENSUM AB ORIFICIO VEN-
TRICULI.

Causam proximam, ob quam infans misellus Epilepsiâ corri-
pitur, existimo esse chylum vitiosum & corruptum, produ-
ctum in ventriculo ob causam externam, lac videlicet nu-
triciis illaudabile. Idipsum satis arguunt tormina, & alvi fæ-
ces ærugini non absimiles. Inde enim vapores maligni & venenati sur-
sum repunt, quos cerebrum summâ vi expellere nititur, paroxysmumque
convulsorium inducit. Accedit cacochymia pituitosa totius corporis, orta
ab humiditate, partim nativâ, partim etiam asciticia, ob quam etiam in-
fantibus malum hoc ferè familiare, existit. Cerebrum itaque vaporibus
insensibilis vellicatum, pituitam è toto facilè recipit, eandemque rursus ad
pulmones sensim deturbare, stertoremque & suffocationis metum inve-
here solet.

Hujus quippè (pituitæ) mole gravatum, & illius (vaporis) infestâ
qualitate laceffitum, seipsum contrahit, atque quicquid est noxium, ex-
cutere summopere conatur.

Ad prognosin quod attinet, affectus est valde acutus & periculosus
propter crebros & diu perseverantes paroxysmos, tempus hybernium, ha-
bitum corporis crassum, viasque exinde, per quas noxia materia propel-
enda venit, admodum exiles. Imò verendum, ne crebris accessionibus
& symptomatum vehementiâ statim suffocet aut jugulet. Si tamen (quod
vix sperandum) malum protrahatur, ac mitigetur: ætatis tandem progres-
su, aliisque sex rebus non naturalibus ritè adhibitis profligari fortasse posset.

In instituendâ Therapiâ respiciendum primò erit ad paroxysmum,
inquam id quod magis urget: alvo tamen prius candelâ cereâ aut cly-
stere sequenti vel simili lenitâ: ut:

Recip. *Juris pulli ℥iij*
Mell. Rosar. ℥js
Mis. pro clysmo.

Sacculus sequens ad formam quadratam collo, ut stomachi orificum
audum attingat, filo rubro sericeo suspensum ad dies aliquot permaneat, ut:

Recip. Rad. Pœonia, (si haberi possunt) viridium,
alias exiccat. & in Luna decrescente col-
lect. & incis. ℥iiij

Sem. Pœonia mascul. contus. ʒjs

Includantur sacculo, interjectâ bombace, qui syndone coopertus & inter-
fusus applicari debet. Nam hoc solo plurimi infantes dicuntur libera-
Nares in paroxysmo sæpè confricentur rutâ cum aceto contusâ: aut as-
fætîdâ, castoreo item, aut balsamo succini, vel apoplectico. Quæ licet
affectum odoris vehementia aut ingratitudine sæpe soleant commovere
tamen multum quandoque depræhensa sunt juvare, causam tollendo. Du-
nimirum crassum humorem incidunt & extenuant: siccam, expultricem
que cerebri vim stimulare & ad se redire faciunt.

Paroxysmo non cessante, semina Pœoniæ ablati corticibus pulverif-
ta, vel pulveris puerorum ʒß cum pauca cerevisia, aut aqua flor. tilia
calidè vel frigidè propinetur. Vel in iisdem liquoribus exhibeantur gr.
vel iij pulveris ex dente piscis, Rosmar vulgò dicti, vel ossis unicornu.

Accessione perseverante propinetur dimidium cochleare spiritus cer-
forum, aut gt. j olei è castoreo destillati cum aq. appropriatâ. Ad ave-
tendam quoque materiam morbificam, brachiola & pedum plantæ leni-
fricari, & oleo nardino, costino, sampsuchino vel amygdal: amar. inu-
gi poterunt: quibus etiam spina dorsi illinatur.

Extra paroxysmum nutrix hunc linctum sæpius ori infantis ingerat

Recip. Mell. despumati ℥ij

Syr. ex Stæchad.

ex infus. rosar. ā. ʒß

Mis. Vel singulis matutinis cochleare unum mellis rosacei, aut frustulu
Sachari candidi pulverisati vice illius sumat. Ad demendam causam an-
cedentem, prospiciendum imprimis fuerit lactenti mulieri, & pharmacia
& victu.

Pharmacia Nutricis.

Utatur primum mane hora 7. pillulis sequentibus.

Recip. Mass. pill. cochiar.

de hiera c. agar. ā. ʒß

Cum Syr. de Stæchade

F. pill. n. XXI.

Posterioribus duobus diebus manè hora 6. & à prandio hora 3. ebibat poti-
culam, gratiâ præparandi humores crassos, viscidos & pituitosos, ut?

Recip. Syr. de Stachade

de 5. radicibus ā. ʒj

Oxymell. simpl. ʒs

decocti herbar. Salvia

Absynthii

Fœniculi ʒij

Mis. Reiteretur quater ad separata fœtalia.

Sequenti mane utatur potione dejectoria, ut:

Recip. Rad. Asari ʒj

Polypod. q. ʒiij

Uvar. pass. annuleis lib. ʒss

Sem. Carthami conquass ʒiij

Agarici crudi ʒjs

Zinzib. ʒjs

Coq. pro ʒiiij. Decocto adde Syr. de Stachade ʒss. Ol. Anisi gt. ij. Misce. Post hac singulo mane sumat quantitate castanea de sequenti condito:

Recip. Conser. Rorismarin.

Beton. ā. ʒj

Mithridati ʒss

Spet. Diamosch. dul. ʒiijss

Spir. Vitrioli ʒj

Mis. pro condito.

Diæta Nutricis.

Diæta diligenter erit instituenda nutrici, quippè in qua plurimum momenti videtur esse positum.

Aëre itaque cum infante utatur temperato, vel ad caliditatem & siccitatem inclinante: unde hyberno hoc tempore emendari debet thure, mastiche, baccis lauri & Juniperi, lavendula, roremarino &c. Nimis tamen calidus vitandus, quia pituitam fundere & in locum affectum præcipitare posset.

Cibi sint: panis benè fermentatus & elaboratus, sale etiam, carui aut Pœoniæ Semine pulverisato inter pinsandum conditus. Carnes lauantur assæ magis: aut cum majoranâ, roremarino, baccis Juniperi, aut carui semine coctæ.

Aromata hic locum non habent: quia caput nimis replent. Abstineat piscibus succum glutinosum gignentibus, quales sunt, anguilla, carpio,

pio, alburnus, affelli, passeris: avibus item stagnosis ac palustribus in primis locis gaudentibus.

Potus sit, si haberi posset, mulsa, Cerevisia Servesiana, Giebichensteinensis, aut Reutterlingi dicta. Vinum unice cavendum. Acida omnis generis tam in potu, quam cibo vitentur, ea enim lac corrumpunt, illudque, dioscoride teste, congelascere faciunt.

Exercitia mediocria ante cibum, alvo prius deposita, suscepta proderunt: à cibo autem quiescat, nec ab eo mox balneum ingrediatur. Fructibus crudis absteineat, & eorum loco comedat passulas & amygdalas dulces.

Quibus omnibus, si nihil aut parum proficiatur, non abs re fuerit, nutriti ligni decoctum propinare, reliquaque (quemadmodum lue Venerè infectis facimus) observanda eidem præscribere.

CONSILIUM XXII. IN CURATIONE ET PRÆSERVATIONE PAROXYSMI EPILEPTICI.

Quotiescunque ingruit paroxysmus epilepticus, certissimum est indicium, materiam, quæ causa morbi est, irrumpere in ventriculos cerebri, eosque ad expulsionem irritare: unde motus depravatur. Hæc autem materia est vel vapor malignus ex venenata materia ortus, vel ex aliquo humore? vel est minera, non vapor, sed minera vaporis. Est humor tenuis, flatulentus, qui facile in flatum resolvitur & dissipatur. Ut ergo talis materia expellatur, necesse est omnibus modis naturam juvare, ut non mogo expellat, sed etiam discutiatur & dissipetur.

1. Ergo exponatur æger loco lucido, quia lumen juvat expulsionem.
2. Aperiat os & dentes spatula ex ligno parata, quæ intingatur in unguento.
3. Elevetur caput, ne vapores extendantur, non tamen nimis late sed ut possint se movere, ut materia tantò citius à natura possit per motum discuti & dissipari.
5. Ligentur femora & crura, & deorsum trahantur & fricentur calidis pannis, si mora admittat.
6. Palatum intingatur unguento seu Mithridatico.
7. Infundatur in os aqua hirundinum vel ceraforum Spiritus.

8. Admoveatur naribus ruta infusa in aceto rutaceo, admisceatur aceto rutaceo Mithridaticum vel succus rutæ: aut succus rutæ cum aqua rutæ: vel castoreum in spiritu vini infusum.

9. Caput circa futuram coronalem ungatur oleo rutaceo, ut vapores penetrare possint.

10. Si paroxysmus sit vehemens, olei Salviæ gt. ij. infundantur in aures.

11. Spina dorsi inungatur oleo vulpino, vel lumbricorum terrestrium.

12. Cervix inungi poterit oleo Juniperino.

Finito paroxysmo:

1. Ungatur spina dorsi oleo lumbricorum terrestrium, vel oleo vulpino,

2. Exhibeantur rotulæ ex oleo carui, aut alterius fortis oleo, vel ambra grysea.

PRÆSERVATIO PAROXYSMI EPILEPTICI.

ANte & post quadram Lunæ detur aq. hirundinum, vel Spiritus cerafor. cochlear j. vel dimidium in quo dissoluta sit rotula ex ambra vel oleo macis. Acibo sumatur cochlear trageæ, & postea nil amplius bibatur.

Sequuntur Medicamenta in Præservatione & curatione

Paroxysmi epileptici exhibenda:

Recip. Rad. *Altheæ lilior. alb. ā. ʒij*

Pentaphyll ʒß

Polypod. q. ʒß.

Sem. Carthami ʒvj

Anisi ʒiij

Baccar. lauri ʒij

Furfurum crass. ligat. in petia. M. j

Herb. malva, parietar. mercurialis

Borrag.

Bugloss.

Pentaphyll.

Salvia, Origan. ā. Ms.

Flor. Chamamel.

Stæchad. Arab. ā. M. j

Coq. in f. q. aq. pro ℥j. In colat. dissolve hiera rachij 3j

Hier. simpl. 3ß

Lenitivi 3ß

Diaphænic. 3j

Mellis anthosati 3js.

Ol. Rutacci, anethini ā. 3j

Mis. F. Enema. A.

Recip. Rad. Pentaphyll. 3viii

Salsa Parill. 3ijß

Lig. Guajac. pul. 3v

Visci querc. 3js.

Corylor. 3j

Rad. Scorzon. 3iijß

Palma Christi 3iij

Pæon. 3j

Anisi 3vj

Passular. Corinth. 3j

Herb. Pentaphyll. M. iij

Aquar. Pentaphyll. ℥viijß

Beton. ℥j.

Nasturt. aquat. ℥j

Cichor. ℥iiijß

Infundantur calefacta in olla vitreata satis capaci super cineres calidos per h. 24. postea lento Δ & olla probe tecta ad medietat. postea per se refrigerentur & colata servantur inscitis. Hujus haustum sudoriferi exhibeantur 3v. usque ad vii. aut viii. Manè hor. v.

R. Rad. & Herb. Pentaphyll. 3iij

Salsa Parill. 3js.

Lig. Guajaci 3iij

Rad. Scorzon. 3j

Visci querc. 3vj.

Corylor. 3ß

Rad. Pæon.

Palma Christi ā. 3j

Mellis optimè despumat. 3iij

Aquar. Beton.

Pentaphyll.

Nasturt.

Nasturt. aquat. ā. ℥iij

Passular. ʒjs

Coq. ad consumt. tertia part.

R. Plures archont. diamosch. d. ā. ʒij

Ol. Carui g. v.

Ambra electiss. g. iiij.

Spet. Diarrhod. Abb. ʒj

Sach. solut. in aq. Cichor. & Pentaph. ʒv.

F. Conf. in rotulis usurpandis à sudore.

Si forte linguam mordeat, paretur ex melle rosato tale remedium.

Recip. Mellis rosat. col. ʒij

Mastiches thuris ā ʒss

Mis. inungatur. lingua.

Recip. Sem. Coriand. qrap. ʒss

Carui ʒiij

Caryophyllor.

Nucis mosch. ā. ʒj

Cinam. ʒiij

Macis ʒj

Rad. Pæon. ʒiij

Cal. Aromat. ʒss

Margarit. præp. ʒij

Corall. rub. ʒj

Sach. rosat. tabul. ʒijss

F. Tragæa. Hic est ille pulvis pepticus.

Electuarium corroborans.

Recip. Conf. Cochlear. ʒij

Flor. Salvia Rosmarin. ā. ʒvj

Rad. Elenij condit. & incis. ʒss

Acori veri ʒiij

Extr. Pæon. ʒj

Cornu cervi, justo tempore collect.

Rad. Pyrethri ā. ʒj

Smaragdi veri ʒs.

Pulv. concremat. Cuculi

Hirundinum ā. ʒj

Sem. Palm. Christi ʒi. ʒj

Ungula alcis ʒj

Cort. Myrobal.

Chebul. condit. incisor. n. iij

Cum Syr. de Stæchade f. Elect. condit. cum ambra vera ℥s. et olei
anisi ℥s.

S. Stercklatwerge.

Recip. Extr. Ruta ℥ij

Mithridat. opt. ℥js

Ol. Nuc. condit. expressi ℥j

Ol. Macis expressi ℥js

Ol. Ruta destillat. ℥j

Ol. Ruta communis q. s.

Mis. S. Salbe zur Spatell.

Recip. Ol. Chirini ℥j.

Rutacei commun. ℥vj

Destillat. ℥s.

Mis. S. Del quo inungatur sutura corona
lis post paroxysmum.

Recip. Ol. Salvia destillat. ℥ij.

Recip. Ol. Lumbric. terrest. ℥iij quo inungatur spina
dorsi post paroxysmum.

R. Ambra vera et elect. g. XLII.

Tinctura Corallor. rub. gt. vj.

Sacch. albiß. solut. in spiritu cerasor. ℥j

F. Conf. in rotulis S. Ruchlein ex ambra.

Recip. Ol. Carui g. v.

Ambra electa g. iij

Sacch. albiß. solut. in aq. Lil. convall. ℥ij.

F. Conf. in rotul. S. rotula ex carui.

Recip. Extr. tæon. ℥j

Margarit. præp. ℥s.

Ol. Macis destillat. g. vj

Sacch. alb. solut. in aq. flor. tæon. ℥iij.

F. conf. in rotul. S. Ruchlein ex oleo macis.

Recip. Flor. Lil. convall. M. xij. Tilia

M. v. Vini malvat. ℥v. Aq. Ruta ℥ij. Stent in
putrefact. per dies vi. Postea destillantur.

In destillat. infunde Cinam. elect. ℥vj, Nuc.
mosch. ℥s. Piper long. ℥ij. Flor. Lavendul. ℥j.

*Rosmarini Stæchad. Arab. ā. ʒs. Cubebar. ʒij.
Visci querni Rad. Pæon. dictam albi ā. ʒß. Stens
in infusione ut putresciant iterum per dies octo,
& iterum destillentur S. Wesler.*

Pill: quibus ad finem curationis usus est hæ sunt.

*Recip. Maß. pill. cochiar. aurear. de hiera, cum agar. ā. ʒj
Dacryd. g. j*

*Cum aq. Beton. f. pill. XXI.
S. Pillen A.*

*Recip. Maß. Pill. aurear. aggtuar. de hiera cum agar. ā. ʒj
Dacryd. g. ʒs.*

*Cum aq. Beton. f. pill. n. XXXII.
S. Pillen. B.*

CONSILIUM XXIII.

IN PRÆSERVATIONE APOPLEXIÆ, CALCULI ET HYDROPS.

Reverende & magnifice Domine &c. Temperamentum tuum antehæc tempora erat verè temperatum, sanguineum, omnibusque actionibus animi & corporis perquam idoneum. Ob tissicilima verò & laboriosa itinera, naturæ quædam illata injuria. Ità pederentim *in ægrotia*, in *duænegotia* degeneravit.

Epatis enim, ut omnium membrorum nutritioni inservientium œconomiam labefactatam esse, luce meridianâ clarius. Ex cruditates generant catharros: hi in renes deturbati, caliditate renum in calculos fuere indurati. Epar laudabilem cum non generet sanguinem, sed aquosum; hi verò cum utpote inutilem & molestum motu quodam eccentrico naturæ partes à corde remotiores allegavit.

Inde œdema pedum, inde tumores alij ad initia hydropsis tendentes, excessibus ijs itinerarijs caput & ipsum debilitatum fuit. Inde catharri debentes in pectus, oculos, dentium alveolos: inde quædam Apoplexiæ initia. Hi sanè tres affectus è communi quodam profluunt principio, temperie nempe frigidâ & humida, vel verbo ut dicam, cacochymia.

Hæc autem cacochymia, cum adhuc in latitudine sit exigua, d. ligen-

ti studio adhuc emendari poterit. Intentio itaque erit, causas foventes remove, renesque, epar & caput ad naturalem statum reducere.

Hoc propositum ut exequamur, necessum est, ut saburrâ cacochymix tùm eductâ, tùm emendatâ, partes frigidæ & laxæ siccentur & corroborentur. Hoc loci & de medicamento, quod huic intentioni satisfaciat, dispiciamus. Natura enim medicamenti ad naturam morbi accommodata ut sit, necessum est. Id verò præstabit Lignum sanctum, quamoptimè omnibus his accommodatum.

Cacochymia primò omnium removenda.

Id ni fiat, multoties morbi longi, incuratione, morborum acutorum naturam induunt.

Medici itaque in curâ ligni id non præmittentes, Tyranni potius, quam sanitatis custodes.

Primò, itaque omnium Lenitivum sumatur manè hora sextâ cum custodia. Viam id aperiet subsequituris reliquis medicamentis. Sequenti die quatuor cochlearia de Syrupo longæ decoctionis B. capiantur calidè: hoc per sex ita continuabitur dies. Præparabit iste non solum, sed & præparatum è tribus locis affectis educet. Singulis etiam diebus potio hæc regulariter quater movebit alvum: si pluries, tria tantum sumantur cochlearia, vel uno cessetur die: sin minus dosis abaugebitur. Tribus prioribus diebus expletis, quarto sint induciæ: quinto, sexto, septimo pergatur. Si quæ reliquæ adsint fœculentæ, abjiciantur. Hocce loci notandum, studio me jussisse, ut hic Syrupus in tantâ sumatur quantitate. Cum enim propter Syrupos ingredientes Sachari adsit multum, dosis ejus fuit adaugenda.

Syrupi usu absoluto, dies unus intercaletur. Postridiè pro electivâ purgatione, sequenti die, sub aurora Pilulæ C. deglutiantur. Hora nonâ decoctum bibatur cicerum rubeorum. Jejunium ad decimam usque esto. Die sequenti pro corroborando epate & cerebro Electuarium D. totum sumatur, horis antelucanis, & pro libitu sudetur.

Porrò dispiciendum, an corpus exactè evacuatum sit, nec ne. Urina id ostendet, & promptior corporis agilitas. Si ita, rectâ ad usum ligni te conferas: sin minus ad sex circiter dies id differas, primo die usurpando Enema A. Sequentibus verò Syrupum A. vel totum vel dimidium. Singulis infimul ijs diebus Morsulis E. manè & vesperi utaris. Si verò corpus jam satis sit evacuatum, nec Syrupum iterabis, nec morsulis uteris, sed Enema A. vel aliud applicari curabis, ut reliquæ ex purgatione in hypochondrijs hærentes, & ipsæ deorsum deriventur & evacuentur. Sequenti die ad curam ligni acedendum.

Hoc

Hoc loco incidit quæstio : Quam diu nimirum Guajaci usus , utpote qui citra ullam controversiam præservationi horum affectuum accommodatissimus est , sit continuandus ?

Respondendum censeo , in præservatione morborum chronicorum , uti & præsentium , qui primum terminum perfectæ criseos constituunt diem quadragesimum , per quatuor vel sex septimanas in illius usu esse persistendum. Licet autem in curatione luis Venereæ tantum ad 2. vel 3. id fiat septimanas , tamen facilius erit hæc nostra præservatio , cum diætâ non adeò rigorosâ , ut in lue Venerea includat. Siquidem in præsentem hoc casu non simpliciter omne Vinum vel Cerevisiam interdiciamus , sed nonnunquam moderatum illorum usum concedimus & imperamus. Ex hac alia sequitur controversia : An in præservandis ejusmodi , quos præ manu habes affectibus , dum cerevisiam concedis , & vinum , & cibum non adeò strictum , corpus plus , quam par est , ut pinguescat verendum , cum scopus tibi sit præfixus , exiccare. Quid ni itaque & Guajacum solum pro potu dandum. Hanc controversiam iâ dirimo.

In Lue Venerea , ut morbus undique & cum violentia oppugnetur , opus est. Eâ violentiâ hic opus non est , ergò nec eâ tenui & exquisita dictus ratione. Sine hac enim & optimè finem optatum assequemur , diebus singulis bis bibendo tantum & sudando. Quin imò & sex septimanarum spaciò membra nutritoria ad tonum naturalem optimè reduci , superfluitatesque satis copiosæ (quantum nempè earum ad perficiendam crisin requiritur) per sudorem ejici poterunt. Controvertitur tandem , an Guajacum destillandum sit vel coquendum ? Videtur mihi in hoc casu nostro , cum cacochymia ad frigiditatem declinet , destillandum esse. Sic enim ratione tenuitatis suæ expeditius penetrabit , promptiusque attenuabit , minori que cum nausæâ acceptabitur. Quod si verò Reverendo & Magnifico Domino placeret , plures quam sex septimanas hæc curâ consumere , suaserim , ut decoctum detur , non destillatum cum diætâ tamen exquisitiore.

Quâ ergo die ad usum ligni accedendum , dixi supra. Sumantur eâ quâ dixi diæ uncia quatuor aquæ Guajacinæ destillatæ , calefiant , ebibantur horâ tertiâ matutinâ : dormiatur , sudabitur. Sudor si statim subsequitur , indicio est prægressæ perfectæ evacuationis , sin minus contra. Accidit quandoque , ut primo quolibet triduo sudor neutiquam erumpat. Id si itâ usu veniat , tu tamen progredere ; eo que in casu , si placet , enemate utere.

Quod

Quod si verò sudor, licet vel minimus (nihil enim parum contemnendum) aliquis erumpat, patienter eundem tolere, ad horam usque septimam Puro syndone absterges corpus, surgas, confectionisque F. nonnullas cape portiunculas. Horâ octavâ prandium sumas, idque ultra horam nominam non extendas. Post prandium conservam rosarum cape, juglandi quantitate, vel Sacharum rosatum tabulatum, vel confectionem pistaciorum, unâ tantum crustâ inductorum, vel passulas minimas.

Horâ pomeridianâ tertiâ sumas eodem modo aquæ superioris calefactæ uncias quatuor. Jejunium sit ad horam usque quintam, & sudore absterfo iterum confectionis F. nonnullas cape portiunculas. Horâ sextâ coenabis: coenâ absolutâ, Sacharum sume rosatum tabulatum. Et ita sit semper. Quod si in ventriculo borborygmi suboriantur aliqui, vel tormina, tum Tragæam tuam stomachicam, jam ante consuetam, in usum revocabis.

Hoc loci de quibusdam Reverendus & Generosus Dominus monendus. Primo quolibet quatrinduo usus ligni tormina gignit circa umbilicum, & in hypochondriis. Atqui ea floccifacias, evanescit is dolor sponte suâ. Quod si placet, Enemate utaris, vel oleo rutaceo, anethino ventris regionem inungas, aut alia adhibeas topica.

Secundâ septimanâ dosis Aquæ Guajarinæ augenda, ad uncias usque sex, nec verò quicquam ultra. Durante eodem ligni usu, singulis septimanis lenitivum insuper sumat quodcunque cum debitâ custodia, & sine sudore illius diei. Alvus etiam ut semper laxa sit, oculatissimè invigilandum. Secus si fiat, suppositorium in usum veniat, aut Enema A. applicandum horis vespertinis ante sextam, sudore ad finem deducto. Singulis etiam septimanis immediate ante usum destillati pro corroboratione partium 3ß capiatur Mithridatij.

Cum insuper, Reverende & Generose Domine, renes habeas ultra debitum calefactos, uti & tale epar, singulis antemeridianis & vespertinis temporibus regio renum unguento G. inungatur. Epar quoque, si & illud incalescat, quod ex urinis colligitur, unguento H. tepesfacto demulceatur. Quod si & alia ingruant symptomata, uti fluxus alvi plerumque sequitur, nequaquam abjiciendus animus, sed idoneis remedijs & accommodatâ victus ratione ijsce obviam eatur. Hisce ad tempus usque destinatum continuatis & absolutis, ad biduum sint induciæ. Dein lenitivo utatur quocunque. Sequenti die Mithridatio utatur D. more solito. Eodem die post meridiem in balneum se conferat, ibidemque cum sudarit, caput lixivio abluat, cui sacculus I. infusus sit. Et ita cura hæc finem assequetur.

queur suum. Antequam verò balneo utatur sudorifero, biduo ante aë-
ri se pedetentim affuefaciat. Consultum jam esset, quatuordecim dies
roborandis epati, renibus, & cerebro operam dare medicativam: sed de
his suo tempore. Durante ipsa ligni curâ, post abstersionem sudoris,
pro firmandis dentibus collutione uti potest vel quotidie, vel quolibet
die tertio.

Quod si curâ peractâ, defluxiones è vestigio non substituerint, nil
quicquam desperandum. Effectus enim ligni curæ apud quosdam in
actum erumpit die octuagesimo ab initio curationis, apud quosdam
centesimo.

Consultissimum etiam fecerit Dominus, si durante cura, perpetua
ædibus suis affixus quasi ibidem permanferit: urgente negotiorum dirâ
necessitate, non nisi sudo exeat cœlo, uti & non nisi vestibus benè un-
diquaque munitus. De cibo & potu nil quicquam hic sermonis, cum
supra de iis injecta mentio. An enim diæta adeò præcisè, ut in lue Vene-
rea servari possit & debeat, præsentis viderint Medici. Altissimus cle-
menter has meditationes ad ægroti nostri incolumitatem & salutem con-
vertat.

Medicamenta sequuntur.

Recip. *Elect. Diacathol.* ʒv

Diaſebeſten ſine Dacryd. ʒiij

Miſ. cum Sacharo pro bolo.

S. Bolus A.

Recip. *Herb. Parietar.* M. iij

Mercurial. M. j

Origani, Calaminth. ā. Mʒ

Flor. Chamomel.

Summit. Aneth. ā. Mʒ

Sem. Lini Fœn. græc. ā. ʒʒ

Aniſi, Carui, Cumini ā. ʒij

Rad. Altheæ ʒvj

Calam. arom. ʒij

Coq. pro lib. una. In colat. diſſol.

Elect. Diacathol. de hiera ſimp. ā. ʒʒ

Bened. Laxat. ʒij

Ol. Chamomel. Aneth. ā. ʒj

Mell. Roſ. Col. ʒj

Miſ. F. Enema A.

Recip. Flor. Anthos, Stæchad. Arab.
Meliss.

Borrag. Epithym. Cret. ā. Pß

Rad. Pæon. 3vj

Acori, calami aromat. ā. 3ij

Cort. Thamaris. 3js

Fœnic. Petrosel. ā. 3vj

Centaur. major. rubiæ tinctor.

Pentaphyll.

Filipendule, Elenii ā. 3ß

Glycyrrhizæ rasa,

Althea ā. 3vj

Ononidis 3ij

Polypod. quer. 3vj

Sem. Caribami 3ß

Lingua avis 3ij

Sem. Anisi

Fœnic.

Pæon.

Sesileos ā. 3js

Citri

Melon. ā. 3iiij

Saxifragiæ 3iiij

Dauci 3ij

Alkekengi n. V.

Berber n. X.

Herb. Beton, Origan,

Marrhub. Alb.

Chamadr.

Chamapyt.

Agrimon. ā. M. j

Ceterach, Cuscuta,

Abfynth, Pont. ā. Ms

Cichorii M. j

Salvia, primula veris,

Flor. Tilia P. j

Coq. in s. q. aq. pro lib. ij. & paulo amplius, sub
finem injiciendo,

Fol. Senna ℥iij

Soldanella splendida ℥β

Cort. citre arantior. ā. ℥ijs

Galanga ℥ij

Ubi satis coxerint colentur sine express. pro ℥XVI.

In quibus per noctem infunde agarici troc. ℥X.

Rhabarb. opt. ℥ijs

Schœnauth. ℥ijs

Manè bulliant ter quaterve, & exprim. fortiss. in
expresso dissol.

Manna Calab. ℥js

Syr. Bysantini ℥ij

de Succo parietar. ℥j

de Succo Beton.

de Stœchad. ā. ℥js

Sach. albiß. ℥vj

F. Syrupus coctus, aromatizatus cum ℥β

Spet. Diarhod. Abbat. & ℥j Cubebar.

S. Liquor succulentus B.

Recip. Maß. pill. Cochiar. ℥β

de hiera c. agar. ℥j

Azaiareth ℥β

Troc. Alband. gr. j

Cum Syr. de Succo Beton. f. pill. n. XXV.

S. Pillula C.

Recip. Mithridatici opt. ℥j

Conser. Rosar. ℥iiij Mis.

S. Confortativum D.

Recip. Spet. Diamb. plures Arch. ā. ℥ij

Aromat. Rosat. ℥j

Diarhod. Abbat.

Diatrion Santal. ā. ℥β

Lig. aloes,

Galang. ā. gr. XII.

Spodia de ebore ℥β

Epat. lupi præp. ℥ij

Extract. Pæon. Cubebar. ā. gr. IX.

Ol. Nuc. mosch. destill. ℥β

Margarit. præp. ʒj

Carab. alb. ʒj

Conf. Flor. Thilia,

Anthos. ā. ʒij

Cichor. ʒjs

Sach. soluti in aq. decoct. Schænanth. & Thilia q. s. F. Conf. in Morsulis,

S. Morsula E.

Recip. Spet. Aromat. ros.

Diambra.

Pur. Arch. ā. ʒj

Diarrhod. Abbat. ʒj

Extract. Pæon. ʒß

Liz. aloes gr. V.

Sachari soluti in aq. Thilia ʒiij

F. Conf. in rotulis,

S. Rotula F.

Recip. Ung. infrigid. Galeni.

Rosat. Mes. ā. ʒß

Rosar. rub. Spodi ā. gr. V.

Spica gr. ijs

Camphora gr. js

Cum Ol. Rosar. odorif. s. Unguentum.

S. Ung. pro renibus & lumbis G.

Recip. Ung. Santalin.

Rosat. Mes. ā. ʒß

Aceti ʒß

Cum Ol. nymph. s. linimentum.

S. Ung. pro Epate H.

Recip. Fol. Lauri,

Calaminth.

Majoran.

Beton,

Salvia ā. Mß

Fol. Senna ʒij

Agar, crudi ʒjs

Rad. Azari ʒij

Ladani ʒj

Contusa & incisa crasso modo dentur ad scutulam.

S. Herba pro sacculo ad lixivium l.

Recip. Ligni Guajaci ʒvj

Cort. ejusdem ʒij

Aq. Beton. lib. ij

Vini Rhen. lbj

Aq. Agrimon.

Cichor.

Chamom. ā. ʒvñj

Infund. s. cineres calid. per hor. 24. post adde

Conser Flor. Pæon. ʒij

Stæchad. Arab.

Meliss. rosar. Cichor.

Absynth. Pont. ā. ʒvj

Mithridat. opt. ʒjs

Polypod. quer.

Ceterach. ā. ʒjs

Cinamom. Elect.

Cort. citri,

Rad. Pæon. ā. ʒj

*Distillentur omnia in vase vitreo capaci secundum
artem summā diligentia.*

S. Aqua destillata.

Recip. Ligni Guajaci benè limati lbj

Rad. Pæon. ʒß

Passular. ʒi

Sem. Anisi ʒij

Pæon. ʒj

Cinamomi ʒjs

*Infund. in aq. ferventiß. lib. xv. per hor. 2. Po-
stea coq. ad consumptionem medietatis, & ubi per se
refruxerint, fiat colatura, quæ servetur pro potu su-
datorio. D.*

*Recip. Remanentias primi decocti & adde Cinamo-
(mi ʒjs*

Sem. Anisi ʒj

Rad. Pæon. ʒii

Herb. Agrimon. Mß

U 3

Flor.

*Flor. Strachad. P. iij**Aq. Communis lib. XX.**Coq. ad tertias, fiatque potus.**S. Potio cibalis.*

CONSILIUM XIV.

IN DEFLUXIONE è CAPITE ET
METU CATHARRI SUFFOCATIVI.

Obilissima Domina, oritur hoc, quo affligeris, rheuma a
impura & viscosa sanguinis malsâ, quam ita tanquam fo-
cunda quædam mater mala victus ratio progignit. Fertur
autem ille sanguis viscosus catervatim caput versus, unde
deorsum vi summa decumbit in thoracem. Cum verò hæc sanguin-
massa bipartita quasi sit, nempe tum crassior, tum tenuioribus quibus-
dam & aqueis concomitata portionibus; fit inde ut quod crassius est
tussim exciter copiosam unâ cum copioso excreatu: quod verò tenuius
& aqueum, ad inferiora defluat, lobos pulmonum oppleat, non nisi su-
ffocationis periculo. Huic autem malo ut fortiter contraveniatur, dupli-
ci id tentandum est viâ. Præcipuè enim sanguis, ventriculus, epar
pectus ejusmodi sanguine frigido, crasso lento & quadantenus aqueo
purgandus: Dein dictæ partes corroborandæ, adeò ut iis peractis, hauri
facile redeat fluxio, vel si omninò præter spem ob violentiam rerum ex-
ternarum id ità accadat, ut nobilissima Domina peculiaribus & sufficien-
tibus armis instructa esse possit, ad illud malum averruncandum.

Utaris ergò manè hora septima Pilulis A. sequenti aurora circa ho-
ram sextam potionem B. pitissando quasi absumas, mediam horulam rur-
sus superdormias, sudorem cavendo, & ad decimam usque jejunando.
Id facias quater: sedes de die quatuor movebit hæc potio: Si plures, de
unâ quiescas. Potione tamen hâc bis ebibitâ, tertio die in dextro brachio
sanguinem mittas ad fenas uncias. Dein bibendo pergas. Absumta
quaternis vicibus potione, primus insequens dies absque omni medic-
amento transigendus, & ad pleniorum capitis pectorisque evacuationem
pilulæ C. usurpandæ cum custodia. Dein ad roborandas dictas partes
fiat transitus. Singulis auroris postquam N. D. surrexerit, uti & singulis
hor. 3. post meridiem, rotulæ D. in ore sub lingua, vel quod commo-
di

ius erit sub gingivis detineantur, ut ita oris caliditate ac humiditate internâ paulatim dissolutâ, sensim in pulmones ferantur. Et hisce tantisper consistendum, donec nihil quicquam amplius supersit. Nunquam his detrituatur rotulis, ut ubi defluxio fiat viscida, ea iis rotulis dissolvi queat ex templô. Quem etiam ad finem liquorem E. bacyllo liquiritiæ conuassato excipiet & lambet. Repentinâ verò defluxione ingruente cecidat de Succo F. quantitate avellanæ. Vitet cibos dyspeptos, cerevisiam turbidam, dulcem nimis, aërem frigidum & humidum: neque etiam in primo olidoque hypocausti calore perseveret, sed abeat. Suffumegia fiant mastiche, præsertim in paroxysmo. His ita benè convalescat.

Recip. *Maß. pill. de hier. c. agar.* ℞ij

Agregat. ℞j

Dacrydii gr. j

Cum aq. tussilag. f. pill. n. XXI.

S. Pilula A.

R. *Rad. Cichorii* ℞j

Helenii

Tussilag.

Angelica a. ℞ß

Polypod. quer. ℞j

Liquirid. ℞j

Sem. Citri ℞iij

Anisi ℞js

Fujubar.

Sebest. a. n. X.

Ficuum n. V.

Dactylor. n. ij

4. Sem. Frigid. major. a. ℞j

Passular. ℞j

Herb. Ceterach.

Capill. Vener.

Beton. Veron.

Card. bened.

Hysopi.

Calament.

Marrub. alb. a. Mß

Cichor.

Endivia a. Mj

Fol. Senna ʒjs

Epithym. Cret. ʒj

Coq. in s. q. aq. pro ʒij ʒiij

In quib, sine expressione colatis infund. per
hor. 7.

Rhabarb. opt. ʒj

Agar. trochisc. ʒʒ

Spica ʒj

Expressi R. ʒiij

Syr. de Hysopo,

Oxifach. Scyllit. ā. ʒvj

Mis. F. haustus reiterandus quater.

S. Potiuncula B. quaternis absumenda
auroris

Recip. Maß. pill. Cochiar. ʒj

de hier. c. agar. ʒij

Cum aq. tußilag. s. pill. n. XXIII.

S. Pilula C.

Recip. Spet. Diaireos ʒjs

Diatragag. frigid. ʒj

Succ. Glycyrrhiz. ʒs

Crocī gr. ij

Ol. Nuc. mosch. destill. gr. viij

Sach. alb. sol. in aq. Cichor. & Card. bened. ʒiij

F. Conf. in rotulis.

S. Rotula D.

R. Looh de Pino, sani & experti ā. ʒij

Irid. Flor. ʒj

Penidiar. Diatrag. fr. ā. ʒvj

Conf. Violar.

Adianth. nig. ā. ʒjʒ

Pulm. Vulp. ʒʒ

Uuar. Paß. detract. Vinaceis ʒʒ

Cum Syr. de liquirit. & Rhob. ex berber.

F. Looh.

S. Liquor E.

Recip. Rhob. ex Berber. vel ex ribib. ʒj

S. Succus F.

CONSILIVM XXV.

IN GRAVEDINE ET DEFLUXIONE
E CAPITE IN BRACHIA.

Amplicissime Consul, eveniunt hæc symptomata à frigido sanguine, qui in capite collectus delabitur. Ideoque caput purgandum parum, & corroborandum.

Pilulis A. utaris manè circa horam septimam cum custodia. Sequentibus duabus auroris pro corroborando capite, ventriculo & concoctione frigidi humoris portiunculam B. exhaustas, hor. 5. calidam super dormiendo, & tandem cum custodia. Sequenti die hor. 6. Pilulis C. utitor: auroris sequentibus singulis morsulorum unum capias ac comedas, continuando eorum usum tamdiu, donec omnes absumti fuerint.

Juxta hæc non negligendus quoque erit Cucuphæ E. usus, quâ semper caput probè tegatur. Mitrarum quoque ac pileorum gestationem Dominus Consul sibi commendatam habeat, non quidem rarorum, levium ac laxorum, sed paulò densiorum ac gravium qui viros senes & consulares apprimè decent.

Tempore tamen prandii & cœnæ Cucufa ea deponatur, ad horas ferè tres.

In paroxysmo defluxionis, locum in quem decumbit fluxus, unguento G. calidè inungat. Sub constitutione aëris frigidâ & humidâ, dum in publicum prodit locum, nodulum odoratum F. naribus applicet.

Defendat caput a frigore, uti & ab immodico hypocausti calore.

In hypocaustu etiam, sub intensissimo calore, fenestras nunquam ita aperiat, ut aër frigidus subintrans rectâ ad cervicem deferatur.

De Diætâ reliqua coram monui. DEUS benedicat.

Recip. *Maß. pill. de hiera c. agar. ʒʒ*

Cochiar.

Aurear. ā. ʒʒ

Cum Aq. Beton. F. pill. n. XXI.

S. Pilule ā.

Recip. *Syrupi de succo Beton.*

de Stæchad. ā. ʒʒ

decoct. Rad. Pæon.

Calam. arom.

Fol. Betonica ʒ. M. j

Rorismar.

Flor. Stæchad. Arab. ʒ. P. j

Cichorii ʒiij

Aq. Cinamomi ʒj

Mis. fiat haustus reiterandus bis.

S. Potiuncula B.

Recip. Mass. pill. Cochiar. ʒi

Aggregat.

Assajeret. ʒ. ʒß

Diagryd. gr. js

Cum aq. Beton. f. pill. n. XXIII.

S. Pilula C.

Recip. Flor. Lavendula infus. in aq. Lilior.

convall. & iterum leviter exiccat.

P. ijs

Spet. Diambre

Diamosch. dul.

Pires Archont. ʒ. ʒß

Extracti Pæon. ʒi

Succini c. aq. cerasor. præp. ʒß

Ol. Nuc. moscata destill. gr. xv.

Sach. albiss. soluti in aq. Cinamomi. ʒv

F. Conf. in Morsulis.

S. Morsuli D.

Recip. Fol. Melissa

Betonica

Majorana

Pulegii ʒ. Mß

Gran. Kermes ʒij

Macis ʒj

Abfynth. sicc. Mß

Flor. Stæchad. Arab.

Rorismar. ʒ. P. js

Cort. Rad. Cappar. Pul. ʒij

Calami aromat. ʒj

*Incisa & pulv. ripta insuantur in forma
Cucuse fact. ex syndone rubro.*

S. Cucusa E.

Recip. Sem. Nigella infus. in Aq.

Lilior. convall. 3j

Exiscetur pulvis & irroretur

Ol. Carui gt. vj

Postea ligentur in nodulo.

S. Nodulus F.

Recip. Saponis Venet. 3j

Ol. Lumbricor. terrestr.

Chamomel. ā. 3ß

Ol. Juniper. 3j

Therebinthina 3ß

Vini sublimati 3ß

Mis. S. Unguentum G.

CONSILIUM XXVI.

IN CONTINUA AD OCULOS DEFLUXIONE ET HORUM RUBEDINE.

Conqueritur Magnificus & Nobilissimus Dominus, de oculorum impeditâ actione, ob externum errorem, nempe affluxu humorum ad angulos eorundem, quo fit, ut oculi plus justo madentes, non modo tadium materiæ continuò fluentis, sed etiam crebrioris abstersionis & oculorum rubedinis, pariant, & insuper actionem videndi non quidem admodum lædant, sed tamen impediant, tum maximè, quando legendum aut scribendum.

Est hic morbus è genere fluxionum, quæ oritur à materia. Materia autem generatur in capitis parte exteriori, videlicet extra cranium, inter cutem & cranium. Generatur autem ob imbecillitatem partium & vasorum sub illis contentarum, profectam ex actione læsâ ob intemperiem frigidam, in coctione. Intemperies verò oritur ex causa internâ nativâ: & externâ, utpote studiis, lucubrationibus, situ prono, aeris externi injuriâ, nuditate capitis, asotiâ.

Talis materia ruit à capite, ad oculorum partim superficiem & angulos, unde Mador oculorum, partim ad venulas oculorum unde rubedo Fluit autem partim per venas, partim per meatus sub cranio & cute.

Curativæ intentiones hæc se offerunt.

1. Materia quæ lachrymas producit, est auferenda. 2. vel derivanda. 3. Aufertur autem sublatâ causâ generante, quæ duplex est, Intemperies ipsa & causæ externæ. 4. Intemperies corrigenda. Sed id fieri non potest, ni prius auferantur impedimenta, quæ est materia collecta & fluens. 5. Ergo talis materia evacuanda. Ergo erit intentio evacuandi, vel per Medicamenta, vel per derivationem seu revulsionem.

Est itaque prima indicatio materiæ præparatio. 2. Eductio electiva. 3. Partium mittentium & suscipientium roboratio. Hæc peragitur calefacientibus & siccantibus vel simul & per se, vel ex accidenti Quæ simul & per se, sunt vel interna vel externa. Interna erunt confectiones, Rotulæ, Aquæ & similia. Externæ erunt miræ, pulveres, lotiones, epithemata, stillicidia. Ex accidenti vel siccando per accidens, sudoriferis nimirum, vel per Cheirurgica remedia, aut derivando ad partes vicinas, aut revellendo ad partes remotas. Peragentur autem hæc tum derivationes, tum revulsiones vel per vesicatoria, vel per cauteria tam actualia quàm potentialia.

Curationem hanc tali ingenio feliciter inchoavimus, feliciusque *opus* *Deo* absolvemus.

Pilulis A. singulis septimanis utatur bis, semper biduum interponendo pro dosi xx. Quando sub aurora assumptæ eæ pilulæ, ejusdem diei horis pomeridianis utaris pulvere B. cujus pro vice una sumes cochlear, inspergendo super frustulum panis, & superbibendo aliquid.

Sub ingressum lecti diebus singulis dimidium cochlear pulveris C. consperges circa verticem, super ligando nonnihil bombacis. De nocte ut & die Emplastrum D. inductum alutæ, quæ tres digitos lata sit, & quindecim longa, fronti & temporibus tepidiuseulum imponatur, quod & syndone cooperiatur.

Manè, vesperi, & quotiescunque oculi affliguntur, nodulus E. (qui cum aqua semper in loco stabit calido) intingatur oculisque apprimatur. Medicinis hisce absumentis malo non cessante, ad diversiones divertamur. Chirurgus itaque Cantharides cum fermento imponat cervici: intra bihorium vesica orietur. Hæc vesica beneficio emplastri aperta maneat dies plures. Quod si in cervice id habere renuat, in utroque id fiat brachio.

Cibi vitentur, qui hostes sint oculorum, uti sinapi, cape, raphanus.

Potus

Potus sit levis & mediocris, qui caput non multum repleat.

Sequuntur Medicamenta.

Recip. Aloes elect. infus. in succo fœniculi per
noctem 3j

Rhabarbari electi 3s

Agar. troc. 3j

Mass. pill. Azajareth.

Aggregat. ā. 3j

Dacrydij gr. iij.

Macis gr. vj.

Cum succo Fœniculi f. Pillula n. LXXX.

S. Pillula A.

Recip. Sem. Coriandri preparati 3s

Anisi.

Fœniculi ā. 3s.

Ros. rub. 3ij

Corall. rub. præp. 3s

Spet. Rosat. novell. 3j

Sachari altiss. 3js

Mis. F. Tragaa.

S. Pulvis Ophthalmicus B.

Recip. Cyperi, Charyophyllor. ā. 3j

Cort. citri 3js

Stiracis Calanit. 3ijs

Gran. Chermes.

Coriandri præp. ā. 3iij

Fol. Beronica sicca.

Majorana ā. 3j

Rosar. rub. P. j

F. Pulvis Cephalicus C.

Recip. Emplastri contra rupturam q. s. extendatur
super corium & syndone cooperiatur.

S. Emplastrum D.

Ros. rub.

Tutia præp.

Myrobal. citr. ā. 3j

Pulverisata subtiliter indantur in nodulum, qui immergatur decoctioni sequenti.

Recip. Aq. Rosar. Fœniculi ā. q. ſ.

In quibus ebulliant

Rosar. rub. P. ſs

Sem. Fœniculi ʒj

Flor. Euphrasia Ps

In Colatura ʒiiijss

Infunde nodulum superiorem &

S. Nodulus E.

CONSILIUM XXVII. IN IMBECILLI VISIONE.



Qf fertur nobis hac vice vir quidam primarius, qui tantâ laborat visus imbecillitate, ut res, quæ offeruntur, visiles, nequaquam sat rectè percipiat: quin imò metuunt quamplurimi, futurum, ut postquam hæc visus debilitas quotidiana subinde incrementa acquisierit, visio aboleatur in solidum.

Hic ergò, quomodo imminenti huic malo, ne omnimodam progressu temporis, visivæ facultatis deperditionem secum trahat, maturè sit occurrendum, meritò in quæstionem vocatur. Nobis si licitum sit, id quod sentimus, liberè effari, palàm fateri necesse habemus, rem hanc non modò summæ difficultatis plenam, verum etiam ingenti cum periculo conjunctam fore. Cum enim Parœmiæ locum dederit vulgatum illud: Nil prodesse oculis; cum etiam fieri possit facilimè, ut sub usu medicaminum opthalmicorum, dolores suboriantur aliqui; quales obsecro tunc sermones nos audituros arbitrabimur?

An non vulgus pleno exclamabit ore: Nil, inquit, admovendum erat, resque in suo relinquenda statu, quandoquidem is adhuc fuisset tolerabilis. Interim tamen ægrum nequaquam sine medicamentis relinquendum statuamus licet vulgus, qui plerunque iniquissima fert judicia paulò aliter sentiat. Diligenter autem perpendenda veniunt hæc tria: Primò Natura viresque ipsius ægri, dein Natura hujus affectus: demum verò & natura facultatesque medicaminum, quæ non nisi sobria sagacique consultatione præmissâ, conquirenda, antequam manus injiciantur auxiliares.

Naturæ

Naturæ ergò ductum, diligenter secuti, agro lege artis, ceu Naturæ emulatricis, eâ quâ par est cautione ac circumspeditione summa medeamur. Id si fecerimus, omnem vulgi calumniam, facile evitaverimus, testatur enim experientia, in casibus ejusmodi compluribus sat feliciter quandoque propinata fuisse pharmaca. Naturæ enim motu accuratè observato circumspeditioneque adhibitâ cautissimâ, non semel id effecti apparuit ut adspirante divini numinis favore, difficultates ejusmodi vel subitæ fuerint penitus, vel saltem eò res reducta, ut grato dolorum allato nemine, iidem planè consopiti, inque totum profligati, nemini non viderentur.

Dum ergò primum Naturæ ductum sequi intendimus, complexio agri, naturalis visionis constitutio, facultasque medicamentorum probè consideranda veniunt. Hac enim ratione fiet, ut causa læsæ visionis manifestè appareat. Eâ perfectè cognitâ, an affectus hic vel radicitus exipari, vel saltem mitigari, & ne ulterius serpat, prohiberi possit, circumcidiendum. Temperamentum agri generale, vel ut loquuntur secundum totum, cum ab aliis Medicinæ Doëtoribus, quorum consilium hæc in re sit efflagitatum, copiosè sit explicitum, Idcirco ego brevitati studens, pluribus illud perstringere nunc supersedebo. Ad ipsius affectus contemplationem me jam rectâ conferam. Subjectum hujus affectus est uterque oculus, ita quidem, ut dextro in oculo actio videndi graviter sit læsa, in sinistro verò penitus abolita. Sed quæ mali hujus causa? Exactè investigari nequit, ni prius, quomodo fiat visio secundum naturam, doceatur. Tunc enim locum habebit scitum illud Aristotelis: Rectum est regula sui, & obliqui. Præmittam igitur modum visionis qui talis est:

Visio secundum naturam fit, quando speciei visibili, per lumen externum (Solis, Lunæ vel Ignis) ad basin oculi delatæ, lumen internum seu radius visivus, beneficio crystallini humoris, spirituum animalium lucidissimus) aëri externo, oculo vicino, tanquam medio, inter utrumque lumen obvium factum conjungitur, & ita (perinde ut simile simili) nitur & miscetur, ut cum eo novam basin seu corpus proportionem ad visionem idoneum constituat: A quo corpore, utriusque luminis mixture generato: tanquam à novo subjecto: mediantibus spiritibus animalibus, species visibilis (deflexione per lineas rectas, quarum mediam optici axem pellant) in formâ pyramidis vel coni ad basin seu superficiem oculi, ut initium sumens, per tunicam corneam & albugineum humorem (utraque lucidissima) ad formam uvæ: & deinceps ministerio spirituum animalium (ab eo loco usque ad humorem crystallinum) copiosissimorum:

rum : ad humorem crystallinum, tanquam visionis proprium subiectum ita defertur, ut humor crystallinus à dictâ specie visibili non solum in colore alteretur; verum etiam vi animæ, medianibus spiritibus animalibus, è cerebro per nervos opticos (tanquam causam sine qua non) defluentibus : facultatem visionis (auxilio tamen temperamenti sui proprio) exerceat, & rem quamque qualis est, separet, perficiat, & secundum formam suam perfectè dijudicet. Tribus verò potissimum membris hæc innititur commemoratio : Primò quidem ipsis oculis, utpote morbi subiectis deindè modo visionis vero & legitimo : tandem visionis medio, seu externo aëre. Primò uterque oculus duplici consideratur modo, tum secundum totum per se, tum secundum partes totum oculum constituentes. Quod attinet oculum, ut secundum totum consideratur, palam profiteor, in hoc ægroto nostro nihil reperiri tale, quod in crimen contentionemque vocari possit. Legitima videlicet totius oculi quantitas, legitima forma, legitima congenita à primâ nativitate complexio. Quod attinet oculos secundum partes sciatur, in dextri prima conformatione naturam errorem commisisse quippe majus illa, quàm par est, foramen in tunica uvea primitus formavit. Rem verò dicam : major est pupilla, quam decens oculi proportio admittat. Inde factum, ut ægroto noster à primâ statim infantia objecta vel species visibiles longè distitas visu apprehendere nequiverit. Quapropter etiam vel propius accessit semper, vel si res passa fuit, propius admovit oculis. Rei hujus ratio inde pendet. Nihil visu agnosci potest sine justa & sufficienti spirituum animalium copiâ. Eorum quo major adest quantitas, eò melius sese res habet. Necesse autem est, ut horum justa proportio & quantitas ab humore crystallino ad foramen usque uveæ, in oculo reperiatur. Horum etiam sufficiens quantitas præstata fuit semper huic ægroto nostro, & quidem à primo ortu in hodiernum usque diem. Demonstrant id omnes cerebri sensuumque exteriorum actiones, quæ satis laudabiliter hætenus semper obiri potuerunt. Hoc unum desideratur : amplius quàm par est, foramen uveæ tunicæ, conformavit natura. Licet enim sufficiens animalium spirituum adsit copia conveniens tamen eorum proportio hinc turbata fuit, quod semper fuerint dissipati, dislocati, nondumque adeò arctè & densè, ut naturalis requirit perfectio uniri congregarique potuerint. Dissipati fuerunt ii semper ob amplitudinem & dilatationem pupillæ. Quapropter nec pyramidi vel cono rei visibilis, per quem species aut subiectum visibile ad cernendum humori offertur crystallino, spiritus ii debitum præstant auxilium. E hinc in ægroto nostri oculis factum, ut ne conus rei visibilis sub debito

magni

magnitudine vel debito angulo, humori offeratur crystallino. Constringitur enim conus ille, fit minor & angustior. Hinc etiam res paulò remotiores, propter angulum coni angustiores, minores, quam revera sunt, percipiuntur.

Eum etiam ad usum natura nos ciliorum diductionem docuit. Eâ enim pyramis rei visibilis per collectionem spirituum, fit densior, compactior, fortiorque: rectior etiam itâ humori affertur crystallino. Ut etiam conus vel basis objecti visibilis directior & sine impedimento ad humorem crystallinum deferri possit, ægri ad res visibiles propius accedere solent, edocti vel iussi à nemine, solâ naturâ eas itâ monstrante vias & rationes. Fundamentum verò, ratione cuius fiat, ut res in propinquo sita, perfectius videatur, tale est, ut sequitur. Quando res aliqua propinquius admodum admovetur oculis, basis coni vel objectum rei visibilis non quidem se ipso redditur majus: cum tamen basis illa propinquiori in loco, intervalloque minori præsens oculis sistatur, anguli in ejus cono propter istam vicinitatem redduntur majores, itâ quidem, ut amplitudini foraminis in uvea, secundum amplitudinem quidem respondeant, spiritus verò animales arctius solidiusque congregentur, minimumque eorum in vacuas auras frustra dispergatur. Fit inde per consequens, ut spiritus ij imaginem objecti visibilis humori crystallino illibatam offerant, sicque ipsa visio sine copiosorum spirituum animalium dissipatione & frustanea perditione, plenariè obiri queat. E dictis elucescit clarissimè, qui fiat, quod æger noster res diffitas visu assequi nequeat. Hæc omnia cum itâ essent; rei opticae professores ingeniosissimè excogitarunt conspicienda. Pro ijs enim, qui vel à natura hebetudine laborant oculorum, & subtilissima netricum stamina & filamenta visu non possunt assequi vel etiam in aurifabrorum sculpturis occupati sunt, conspicienda, vel ut Germani vocant *Parillen*, fuerunt introducta. Duplicem quippe illa utilitatem præstant, ne nimis prodigaliter spiritus profundantur animales neque etiam obtusi reddantur oculi. Sicut etiam palpebrarum diductio visivos radios, qui ipsi sunt animales spiritus, in unum quasi colligit fasciculum, sicque dissipationem spirituum animalium prohibet, conumque objecti visibilis ad humorem promovet crystallinum. Itâ & conspicienda utpote subjectum externum intermedium fuere excogitata. Per hæc species visibiles reflexione radiorum redduntur majores, & sub majori etiam angulo ad basin oculi deferuntur: inde per radios visivos sine detrimento spirituum animalium ad humorem pertingunt crystallinum.

Tantum dictum esto de primo ægroti nostri vitio, quod morbus est in mala conformatione partium oculorum, nempe foraminis uveæ, à

Prima nativitate plus quam par est, ampli reddit. Cujus vitio fit, ut res diffitas vel non agnoscat, vel in minima quantitate, quod spiritus in amplissimo foraminis uveæ campo disgregentur, sicque conus non rectè contineatur, sed evanescat facillimè.

Dicendum jam de secundo, quod in decenti visione considerandum. Est illud modus visionis in quo à me dictum, quod tota videndi actio non solum tunicas & humores respiciat oculorum, sed & bonitatem spirituum animalium præsupponat. Requiritur, ut ij sint puri, subiles, tennes, benèque in quantitate & qualitate proportionati. Sunt namque illi in actione visus, causa per quam, sive causa sine qua non. Si ergò ij in qualitate sufficiant, in quantitate verò deficient: fit quiddam simi e, quod in ijs, qui robusti, pauci tamen, arcam onustam bajulare fatagunt. Quod si non sint subiles, sed crassi nimium, fit, ut instar candelæ in laternâ è laminis densissimis compositæ, ferè nullum de se splendorem præbeant. Quod verò in ægro hoc nostro spiritus ratione imbecillitatis, omnium coctionum tam in ventriculo quam Epate, corde & ipso cerebro, sint impuri, insinuat nobis senium, quod ipsum morbus est: ostendunt morbi & labores, quos exantlavit, plurimi, ijque tum corporis tum animi: ostendunt denique errores nocturni, crebrioribus irrigationibus cerebri, largiorique hilaritatis fomento, poculis videlicet commissi. Subtilitatem tandem & legitimam tenuitatem spirituum in ægro hoc, ut quisquam sibi polliceatur, non opus esse arbitror. Est ipse podagricus, est catarrhicus, & ad marasimum proclivis. Cum autem catarrhi sint tertiæ coctionis in cerebro excrementa, & à calore cerebri minuto suam habeant dependentiam: quî, obsecro, fiet, ut calor cerebri in hoc ægro substantificos, probè concoctos, & subiles genere spiritus? Cum præterea pauci per se generentur spiritus in ægro isto, citius, facilius, largiusque illustrantur à lumine externo, quod proportionè lumen oculi internum superat. Hoc ipsum etiam non parum dilatio pupillæ promovet. Ii ita nimirum illustrati, majori splendoris copiâ, rectè humorem petunt crystallinum, adeò, ut eum facillè occupent, doloresque dicto citius ibidem excitent. Simile quid in omni sensu videas. Omne quippe sensibile nimis propinquum sensorio, molestat sensum. Ià manus admota candenti ferro, non ideo tristem sensationem percipit, quod ferrum sit calidum, sed quod nimis propinquè admoveatur manibus. Sic clamor immensus molestus est auribus, non quia magnus, sed quia nimis arctè tangit, nimisque vicinus est auditus sensorio.

Tertiò : in descriptione modi visionis secundum naturam , mentio fiebat externi aëris. Est autem ille tanquam medium quoddam inter lumen externum & internum , quod (internum puta) radius visivus à quibusdam appellatur. Aër iste externus duplici consideratur modo , universaliter & particulariter. Universaliter ità cognominatum aërem quivis intelligit : particularem verò eum non omnes , sed probè eruditi hauriunt. Est enim ille , qui proximè ambit oculum. Hinc duplici de causâ est lucidus. Primo quidem à Sole , Lunâ , igne & candelis ; Dein verò & ab interno radiorum visivorum lumine. Cum enim humor crystallinus ad instar solis vel luminis cujusdam coruscet in oculo , cum etiam animales spiritus natura sint lucidi , quod in quorundam animalium noctu ignitos ex oculis , emittentium radios , videre est ; nihil non lucidum ex oculo in aërem oculum proximè ambientem per Spiritus animales effertur. Emissus iste ignitus radius non in infinitum , ut solis radius sed ad certam & determinatam extenditur distantiam. Huic ità spiritui lucido obvium quasi progreditur lumen aliud. Quod verò illud , & quomodo ? è re visibili , seu objecto lumen progreditur quoddam , in forma pyramidis , rectâ petens oculum. Hæc duo lumina circa oculi superficiem conjunguntur. Ibidem ex iis duobus , accedente lumine intermedio , novum quoddam formatur corpus , speculo non prorsus ab simile. Corpus hoc optici basin objecti remoti appellant. Quod si ergò accidat , ut aër externus seu subjectum propinquius in reprehensionem aliquam incurrant , fit , ut res visibilis per tunicam corneam , dein per humorem albugineum postmodum & per foramen uveæ , tandem ad ipsum humorem crystallinum , nequaquam competenti modò , à radiis visivis deducatur. Tum verò statim error in receptione rei visibilis , καὶ ἐπιπομένως in ferendo iudicio suboritur. Ac verò nec iste aër externus vitio caret in hoc ægro. Unde fit , ut spiritus vel radii visivi primò in iusta peccent copiâ : deindè ut nec in debitâ substantiæ densitate extra oculum deferantur ad aërem. Aër enim ille à spiritibus nimis raris non satis depuratur vel illustratur : species verò visiles nimis puræ & impermixtæ reflectuntur , & secundum rectam lineam ad humorem crystallinum (ob nimiam spirituum raritatem vel rectius dislocationem) sub satis amplo & magno angulo deferuntur. Sic ergò pedetentim formæ seu species pereunt visibiles ; idque ob nimiam spirituum raritatem. Pereunt inquam vel ad tantas rediguntur minutias , ut vel iusto minores appareant , vel etiam vix ac ne vix quidem agnosci judicari vè valeant. Adaugetur hoc malum maximè , si complures pyramides seu coni à diversis plurimisque objectis visibilibus simul & semel in

momento temporis, ad externum oculi deferantur aerem. Harum cum quædam à magnis abstrahantur corporibus, iisque vicinis, & sub majori percipiantur angulo: magisque sint lucidæ: quædam verò remotiores, minus lucidæ ex natura sua, & à corporibus abstractæ minoribus: fit inde, ut illæ rectissime videantur: hæ verò, vel nequaquam, vel si aliquo id accadat modo, confusam tantum, non verò distinctam visionem pariant.

Priusquam hinc abeam, totum, sed breviter repetam negotium. Causæ ob quas ager noster objecta remota nequit agnoscere, sunt tripartitæ. Prima est foramen uveæ dilatatum plus justo. Vocatur hoc vitij pupillæ dilatatio, latinis; græcis *μυδεια*. Dependet hoc à primâ in utero materno conformatione. Secundò quod dum spiritus in foramine amplo nimium, conservari nequeant, conus visionis evadat acutior, sicque omne visile justo appareat minus. Tandem & ipsi animales spiritus in agro hoc, hocque temporis statu vitiosi sunt. Primò in substantia: rari nimium ij, nimisque tenues, vel rectius, nimis dislocati. Deinde & in quantitate peccant. Quomodo verò inquit aliquis? habeto verò ille sibi hoc responsi. Pauci nimis, pauci Accedit, quod non puri sint, non clari, non lucidi. Unde hoc? partim ob deficientem hoc tempore calorem naturalem in corde radicum: partim ob deficientem cerebri calorem. Inde nec spiritus absolutè boni, nec ad visionem undiquaque idonei generantur.

Et tantum de dextro oculo. Affectus sinistri est morbus in via & numero. Supervacua quædam & inutilis humiditas è venis emulsa capitis, loca inter humorem crystallinum & foramen uveæ intermedia jam jam occupavit. Quapropter humoris crystallini spirituumque animalium internum lumen cum lumine externo externi objecti vel ire visibilis, in aère oculum immediatè ambiente, associari nondum potest. Rectissime affectus iste Eclipsis oculi cognominari possit. Interpositio namque humoris excrementitij inter foramen uveæ & humorem crystallinum causa est, ut fiat interceptio luminis interni vel radij visivi, & luminis externi à re visibili abstracti. Humiditas autem hujus, cum & copiosa, & ut ex relatione cognovi pupillæ humorique crystallino nimis arctè vicina sit, remotionem pluribus in curatione persequar.

CURATIO.

IN curatione hujus affectus, tria potissimum consideranda veniunt. Puta, ægri complexio, natura morborum utriusque oculi, qualitatesque medicaminum,

Com-

Complexio ægri hujus tam latè à naturali recessit statu, ut nulla coctio, sive prima ea sit, sive secunda & tertia, jam jam ulterius perfectè obeatur. E quibus consequitur, introductam esse cacochymiam, venas vitioso & illaudabili refertas esse sanguine? Sanguinem etiam illum non tam nutritium, quam excrementitium esse, qui etiam restaurando radicali humido minimè sit idoneus. In quo ergò corpore calor natus pro pabulo verum & genuinum radicale humidum non obtinet, decre- scit ibi, depascitur, indiesque magis refrigeratur & exiccatur, usque dum vires ad nihilum redigantur, ægerque tandem, ut in senibus videre licet, prosternatur penitissimè.

Post ejusmodi igitur coctiones depravatas subintrant generosi san- guinis loco humores excrementitij, qui ipsi minera existunt podagræ, aliarumque id genus defluxionum vitiosissimarum. Sanguine ità non existente bono & laudabili, consequenter nec laudabiles generantur spi- ritus, tum naturales, tum vitales. Hinc nec perfecti, nec copiosi, ad- do nec idonei generari possunt animales spiritus: hinc nec functiones animales, cum hæ suam à spiritibus animalibus habeant dependentiam, spiritusque facultatis sit *ἔχημα* vel vehiculum, in ullo aliquo universi corporis membro, sufficienter expediri possunt. Lepidissimè enim omnes corporis partes catenâ quasi quâdam indissolubili connexæ & con- glutinatæ videntur. Scitè ergò dixit, quicumque dixit; *ἐν ἑσθίᾳ μίαν, ἐν ἑμ- νίᾳ μίαν, ἐν πᾶσι πάντα.*

Sed quorsum hæc omnia? eò videlicet, quemnam ad scopum in- urando hoc affectu attentè & intentè collimandum. Scopus ille cura- tivus hic esto, qui sequitur. Cum ægri nostri temperamentum à natu- ali statu longè nimis recesserit, in id incumbendum unicè, ut ad natu- alem id reducatur statum.

Fiat id per ejusmodi medicamenta, quæ cacochymiam tum coctio- e, tum crudorum superfluatorumque subductione, imminuant. Dein- erò malus siccitatis & frigiditatis habitus, quem ego absens non adeò profundas egisse radices, arbitror, non tam medicamentis, quàm decenti- ctus ratione ad feliciorē reducatur benignitatem. Hæc tamen omnia dei & dexteritati doctissimorum Medicorum, qui agro nostro familia- es sunt & domestici, qui ejusdemque ægri qualitates tum generales tum- dividuales penitus perspectas habent, commissa sunt.

Postmodum verò hoc ipso in casu & aliquid ulterius factu opus est. Quod verò illud? Oculus dexter, quo in videndo adhuc utitur, & ut- inque fruitur ægrotus noster non omnimodo involvendus silentio. Post-

quam ergò totius habita fuerit provisio per imminutionem cacochymia, danda opera, ut in hoc oculo spiritus animales progenerentur tales, qui debitâ substantia, quantitate, puritate luciditateque condignè respondeant. Eos verò nunquam producet cerebrum, ni prius cor spiritus naturales debito perficiat modo.

Istud cor nunquam præstabit, nisi eò ex epatis culina generosissimus mittatur sanguis. Mitteretur iste nunquam, ni prius in ventriculo chylus perficiatur bonus. Si ergò justam spirituum animalium nos exoptamus copiam & proventum, post habitis omnibus probæ incumbendum *χυλώσει καὶ αἱματώσει*. Hæc longius fortasse & prolixius inculcavi; sed id non mirum, cum universæ humani corporis partes sorytas ejusmodi logicas ultrò ferè nobis insinuent. Postquam ergò per debitam concoctionem & educationem cacochymia emendata fuerit, cura ad hæcticam senectutis dirigenda. Ea tunc instituatur victus ratio, quæ cibos moderatè calefacientes & substantificè nutrientes contineat. Quæ ij sint, inculcare non possum sine tædio; quippe ijs universi medicorum scatent libri. Nec dubito, quin ipsi quoque, qui præsentem curam ægroti administrant, eâ in re, proborum ac fidelium functuri sint Medicorum officio. Unicum addam; postquam diligens ventriculi habita fuerit provisio, in promovenda ventriculi concoctione, pulverum pepticorum, ut & eorum quæ caput oculosque respiciunt, Medici domestici non sint immemores.

Quia verò nihil ad reficiendos citò spiritus aptius natum sit vino, suaferim, ut ne eo, quod caput statim petat, utatur. Rectissimè utetur eo, quod mediocriter ventriculum calefaciat, concoctionem promoveat, simulque sit diuræticum. Eo in genere vinis ferè omnibus si non palmam præcipit, ambiguam tamen facit, id quod Wippachense cognominari solet. Nam peculiari quodam præ alijs hoc gaudet privilegio. Quo verò illo? Potenter urinam movet, partesque generationi inservientes in ijs, qui provectionis sunt ætatis corroborat. Imò tantum abest ut ullas capiti creet molestias, ut illud potius blando ac mitissimo calore suo suaviter recreet, labascentesque ibidem animales spiritus refo-cillet largiter. Contrarium in vinis experiri licet alijs, inprimis verò ijs, quæ in terrâ sabulosâ proveniunt. Caput ea immodico profundunt calore, copia vaporum gravant, autoresque molestissimorum existunt rheumatismorum. Et quidem hæcenus de ijs, quæ temperamentum ægri nostri concernunt. Plura, ad id necessaria domestici viderint Medici. Unicum addendum censeo: sequentem nempe concoctionem.

Recip.

Recip. Sem. Anisi

Fœniculi

Carui

Coriandri præp.

Nigella

Eruca

Sesileos ā. ʒj

Cardomomi

Cubibar.

Gran. parad. ā. ʒʒ

Sachari candi albiſſ. ſoluti in aq. Fœniculi q. ſ. ſ. confectio, egregiâ duarum tunicarum criſpatura parata.

Non ſolum venter huius medicamento promovetur concoctio, ſed & intemperiei cerebri, & quæ iſtis in oculis cuniculos egit, eò ſuccurritur. Spiritibus animalibus depurandis ea me hercle non parum confert auxilii. Uſus & doſis ejus ſit cochleare dimidium manè & velperi.

Vesperis nihil ſuperbibatur, comedatur nihil: manè poſt ejus uſum, eſuriales horæ ſint omnes, ad iſtum uſque prandium.

Et hæc de Temperamento ægri noſtri.

Jam de iſtorum oculorum agendum conſtitutione. Dictum autem ſupra, oculum dextrum ut inde ordiar, naturali conflictari morbo, vitio nempe malæ conformationis pupillæ, vel foraminis uveæ, quod juſto amplius formatum natura: dictum deinde, eò quod pupillæ adſit dilatatio, adeſſe etiam diſgregationem ſpirituum animalium, qui aliàs in eâ capacitæ, quæ inter humorem intercedit cryſtallinum, & pupillam, uniſſimi, arctiſſimèque conjuncti eſſe debebant. Significatum tertio, iſtos etiam animales ſpiritus hoc tempore quâ ſubſtantiâ, quâ qualitate & quantitate vitioſos eſſe.

Quod ergo primum attinet, vitium nempe particulare dextri oculi, ſciendum, id cum nativum ſit, nequaquam medicamentis emendari poſſe. Ac verò nec diſgregatio ſpirituum animalium cohibebitur. Fit iſtud ob amplitudinem uveæ. Ubi autem ampla datur capacitas, ibidem neceſſario diſgregantur ſpiritus. Huic ergo ſpirituum diſſipationi nullum conveniens opponi poteſt pharmacum. Quod ſi quis per exiccationem tunicarum id præſtari poſſe arbitratur, ut ita concentrentur ſpiritus, per me ita arbitretur, licet? quæ verò inconſcientia exinde ſubſequatur, non ſatis ille perpendit. Spiritus animales ſecundum ſubſtantiâ, quantitatem & qualitatem ad meliorem reduci poſſe ſtatim, affirmo. Inſtituatur decens

cacochymia alteratio & evacuatio, emundetur *διανεμία* totius, & partium imprimis coctioni servientium; bonâ nempe victus ratione initâ, bonisque adhibitis vinis diureticis, ut & medicamentis coctionem promoventibus ad tempus benè longum. His ita decenter factis, ægrum nostrum meliusculè, visu valiturum, pronuncio. Idque ut ita pronunciem, sequentibus adducor rationibus. Omnes actiones cerebri, quæ & ipsæ ut visio, non nisi per spiritus obiri possunt, sicut & auditio, quæ bonos & idoneos præsupponit animales spiritus, justè & legitimè in ægro nostro sese habent. Hic forsan aliquis ita mihi obstrepat. Cum spiritus animales, inquit, copiosi adsint, & boni, quâ ratione visus, ut & auditus, non salvus permanet? An non verò consentaneum, adesse quippiam in nervo optico, quod ingressum spirituum animalium impediat? An verò spiritus in sua substantia secundum crassitiem, vel ob admixtos vapores crassos è ventriculo exhalantes sursum, quoddam contraxere vitium?

Hæc si ita mihi quis objiciat, ego ita respondeam. Actiones cerebri, & consequenter sensuum secundum naturam se habuere semper, à primâ ægri nativitate. Oculi verò morbo conflictantur, qui in utero materno adhuc contractus fuit. Est ille nimia foraminis uveæ amplitudo. Id cum justo amplius, justo etiam copiosiores requirit spiritus, vel ut loquuntur, secundum quantitatem.

Quia verò isti secundum proportionem in respectu ad alias actiones cerebri & sensuum exteriorum, oculo propter amplius foramen uveæ nequaquam sufficiunt, indè fit, ut nec sufficienter actionem oculi expediant, quæ tamen in aliis fit sufficientissimè. Hoc loco istud monendum arbitror. In dextro ægri nostri oculo spiritus animales, secundum substantiam quantitatem & qualitatem, satis sunt laudabiles, reliquisque reliquarum actionum spiritibus verè similes. Quia tamen ille ipse ægri nostri oculus per lucubrationes nocturnas, ut & lectiones vel jejuniis ventriculo, vel ebrietate & crapulâ gravato, absolutas, debilitatus fuerit, frigidam & siccam contraxit intemperiem. Proinde nequaquam cum cerebri reliquorumque sensuum actionibus visio pari passu ambulat. Cum autem visio valdè sit imminuta, exin consequitur, ipsos spiritus animales etiam valdè ob frigiditatem & siccitatem ad motum ineptos esse. Huic autem vitio non nisi appropriatis vinis, solisque quæ coctionem juvent ventriculi, medicamentis subveniri potest. Nihil enim hic aquæ proderunt ophthalmicæ, nihil vesicatoria, cauteria psilotra & id genus alia. Mali namque hujus causa in substantia cerebri, & intra oculi tunicas se-

dem fixit suam. Habent etiam locum hæc præsidia solum, si causa materialis vel intra venas cerebri, vel extra venas sub pericranio aut cute hæreat capitis; quæ conditiones in ægro nostro nequaquam inveniuntur.

Cum mihi prætereà non constet certò, an æger noster ad usum conspiciendorum sit assuetus, proinde ut si non factum hæctenus, jam jam cum iis faciat periculum. In eorundem usu pileum imponat capiti, cujus margo sit latissimus. Ita enim lumen externum alteratur paululum. Sed nec ex usu est oculorum, si ii per noctem liberi relinquantur: sine tegumento. Redduntur ii hæc ratione debiles. Et si multiplex diligensque præcessit lectio, disponuntur ad recipiendas defluxiones. Dare ego soleo eam ad rem hoc consilii. Paretur vitta lectuaria è linteis. Infarciatur ea levissimis plumulis. Ea ad noctem capiti imposita, ad nasum usque deorsum detrahatur, ità ut & ipsos tegat oculos.

Hac ratione calor nativus oculorum conservatur, ultimaque eorundem concoctio perfectissimè absolvitur. Quin imò animales per eam vitam spiritus non parum refocillantur. Feci ego hujus rei experimenta quam plurima, tum in ægrotis aliis, tum in me ipso. Et quod ego, qui annum ætatis 63. qui climactericus est, excessi, acutius & expeditius videam aliis, soli huic vittæ lectuariæ acceptum refero. De die verò ubi in publicum prodierit ægrotus noster, caput oculosque cautissimè ab externi aëris muniat injuriâ.

Sinistri oculi se se jam offert contemplatio. Laborat iste, ut supra factum inditium, suffusione vel Eclipsi. Humor quippe crassus partim phlegmaticus, partim adustus & melancholicus inter humorem crystallinum & foramen uveæ interceptus causat Eclipsin.

De humoris hujus maturatione, ut quid dicatur, nondum opus. Quippè profundè admodum cum sit immersus regioni humoris crystallini, adeò, ut acicula prehendi nequeat, quid multa de maturatione ejus? quod si fortè (αὐτοψίῃ præsentium medicorum hoc committo) humor ille inter tunicam corneam, humoremque interceptus esset albugineum, spes esset, eum, ubi ad justam pervenisset maturitatem, aciculâ abradi posse. Sicque demum visio restitueretur.

Intellexi, medicos domesticos, ægro nostro præsentibus, arbitrari, hanc in dextro oculo obscuritatem visus, ἀμβλυοπίαν esse, quam alii guttam serenam cognominant. At verò minimè locum habere potest ea sententia. Cum enim æger noster objecta visibilia percipiat quamplurima, quæ obsecro meatus nervi optici, quod in ἀμβλυοπία contingit, obstructus perhibetur. Cum objecta quædam sensibilia adhuc, ut dixi, percipiat, signum

id est demonstrativum, quod imago objecti visibilis ad humorem deferatur crystallinum, & quod etiam discretio rei videndæ per spiritus animales obeatur. Quod verò indistincta visio, & imperfecta adsit dijudicatio, id demum spirituum siccitati, paucitati & subtilitati ascribendum. Cum etiam *ἀμαυρώσεις* obstructionem pori optici omnimodam præsupponat cœcitatem, causæ visus aboliti in sinistro oculo non concordantes essent cum causis visionis tantum depravatæ in dextro. Subjectis etiam differunt causæ aboliti visus in sinistro, & causæ *ἀμαυρώσεως*. Hæc enim in poro consistit optico, visus, sinistri abolitus causam habet inter tunicam uveam & crystallinum interceptam.

Cum etiam *ἀσθενεία* & *ἀμαυρώσεις* subjectis conveniant, de eadem idem ferendum iudicium.

Cum ergo morbus hic adsit in malâ conformatione foraminis uveæ: cum etiam pauci tenues, subtiles, sicci & impuri nimis generentur spiritus: cum denique aer externus propter defectum spirituum deferentium non satis depurari queat; medicamentis parum proficiemus. Quin potius in eam incumbamus intentionem, ut præmissis universalibus & evacuato corpore, bonam victus rationem secundum quantitatem, qualitatem, tempus ordinem & modum competentem teneamus.

In primis verò omnis in bibendo evitetur excessus. Advertatur etiam sedulo, an visus promoveatur post usum conspiciolorum. Ita fiet, ut omnibus quæ sequuntur & referuntur, diligenter examinatis, majori cum fiducia medicamenta præscribantur.

Hæc in gratiam aëri nostri, secundum formam & normam relatarum mihi circumstantiarum respondere volui. Faxit Deus Trinus ut res ista felicissimum tandem aliquando eventum sortiatur.

CONSILIUM XXIIIX. IN STUPORE, PER USUM LIGNI SASSAFRAS.



AD morbos capitis lignum Sassafras peculiari quodam summi Dei beneficio est accommodatissimum. Proin in stupore utiliter usurpari poterit. Idque vel per se, vel cum ligno sancto. Per se si sumitur, longè id præferendum Guaiaco, quod usus ejus cum magnâ quadam licentia sit conjunctus. Si cum Guaiaco, regimen Guaiacinum per omnia tenendum firmiter.

Deco-

CONSILIUM XXIX.
VEL DISCURSUS BREVIS ET SOLIDUS,
SYNOPTICE PROPONENS HÆMORRHAGIÆ CAUSAS
UNIVERSAS, UTI ET SINGULA FERÈ GENERA.

		copiosi in { <div>temperamento sanguineo,</div> <div>habitu carnosio,</div> <div>victu laudabili, vita otiosa</div> <div>defectu membrorum.</div> } qui intra metum se continere nequit.
		acris { <div>propter hepatis calorem</div> <div>victum curiosè conditum vel nimium saltum</div> } qui venas erodit.
		ichorosi propter { <div>crapulam</div> <div>ventriculi</div> <div>epatis</div> } frigiditatem } qui sua tenuitate transiit.
		biliosi ex { <div>victu calidiore & pingui</div> <div>vino generoso</div> <div>hepatis calore</div> <div>motu { animi</div> <div>corporis</div> } qui turget & sursum vergit.
		pituitosi ex { <div>hepatis imbecillitate</div> <div>ventriculi frigida</div> <div>unde non elaboratur,</div> } qui propter crassiciem ad habitum corporis non distribuitur.
		Flatulenti vel vaporosi, unde vene distenduntur.
		melancholici { <div>lienis obstructionem</div> <div>propter hepatis calorem</div> } qui deorsum vergit, varices & fici excitat.
		calore, qui plus chyli attrahit, & eundem plus justo calefacit, unde biliosus redditur.
		frigore, quod non conficit chymum, unde lotura carniū similis fluxus.
		Robore, unde menses certis periodis recurrunt, & hæmorrhoides statis temporibus fluunt, unde dysenteria hæmativa, dum habitus corporis per cava vena ramos expurgatur.
		debilitate, unde symptomaticæ vacationes, dum non retinentur utilia, vel non attrahuntur, sic fluxus ex venis portæ.
		Textura rariore unde { <div>rumpuntur exiles rami, in valido exercitio.</div> <div>aperiuntur ora in excandescencia vel ebullitione humorum depurativa, hinc e</div> <div>antemata & macula.</div>
		Imbecillitate { <div>utiles humores cum inutilibus effluere sinunt</div> <div>unde secundarios succos non conficiunt.</div>
		Obstructione, unde non fit distributio, vel assimilatio in atrophia.
		Situ decliviori, unde saburram admittunt.
		Continui solutione, propter ictum, conatum egerendi, sreatum, tussim,
		Medicamentorum superpurgantium vel hæmagogon usu, &c.

Decoctum Sassafras cum Guaiaco.

Recip. *Sassafras* ℥ij.*Guaiac.* ℥ijss*Lig. aloës* ʒj*Coq. in aq. lib. X. ad VIII.**Dosis* ʒv*Secundum decoctum coq. in lib. xij
ad remanent. X.*

CONSILIUM XXX.

IN DOLORE LATERIS SINISTRI,
CUM SUSPICIONE FRACTÆ PER LAPSUM
COSTÆ, ET AFFECTUS SCORBUTICI.

IN sorore tua, Vir perillustis, pro ipso Curationis primordio diligenter considerandum, doloris & quærimonix initium, & progressio: deinde dolores tum recrudescentes, tum mitigatiores redditi: tandem & ipse affectus locus. Hæc enim omnia sequentem morbi descriptionem mihi suggerunt.

Dico igitur quod sit in costa nothâ omniumque infima, collectio quædam humoris lancinantis, partim à melancholico, & ponderoso, partim à bilioso & effervescente sanguine dependentis.

Humori iste influxus in principio nullos concitavit dolores, quod ægra placidissimè lecto affixa, ibidem conquieverit, nullaque causa, quæ ad motionem ipsam impelleret, in promptu fuerit. Postquam ipsa jam infortunio quodam infelicissimè de loco editiore in pavementum deciderit, ibi verò demum & influxus ille humor fuit concitatus, qui jam novis subinde accessionibus accumulatur. Cùm tamen humor ille biliosus affluens non sit copiosus admodum, tumor ille non ad plura se extendit loca, sed fixus permanet in pristinâ sede, qualitatemque eandem ferè semper retinet.

Dolores tamen accrescunt & accrescent semper usque dum materia illa influxa vel discutiatur, vel à natura consumatur. Sed nec intereà temporis pax est omnimoda: quippe semper aliquod in loco affecto hæret residuum, quod dolorem causat punctorium.

Licet autem ægrota hæc fœmina ante infelicem illum casum, deliquium quandoque animi, & cordis trepidationem experta fuerit: tamen id à liene, venis mesaræis, hystericoque quodam affectu exitit: quod tamen huc minimè referendum.

Hoc consideratione dignissimum, quod sequitur. Unde nam dolor iste, qui in quantitate medii Joachimici in uno semper consistit loco, tuam trahat originem! Hoc si habuerimus, basin curationis nos habituros gloriabimur.

Receptissimum id est in schola Medicorum, quod dolor locum affectum indicet, & quasi loquatur.

Dolor verò iste hæret in costâ infimâ sinistri lateris: costa autem, utpote os, nequaquam sentit, nisi nervorum id fiat beneficio: quapropter in parte carnosâ dolor residet verò verius.

Uterius quæritur, an concitetur hic dolor à materia, quæ in carne colligatur, an verò à fracturis vel fissuris costæ, quæ in lapsu illo infelici compressa fuerit. Posterius ut statuam, rationibus adducor gravidissimis. Earum prima hæc est ferè. Quicumque dolor gravis & acutus à materia causatur & continuatur influente, ille tumore & rubore manifesto proditur, & ab ulterius affluente humore ulteriora incrementa accipit, inque altum attollitur, & tactu deprehenditur, quod pars sub cute contenta sursum vergat & quasi renitatur tactui. Atqui in hac nostra ægrâ nec tumor vel rubor adest, nec locus affectus majora sumit incrementa, nec in altum attollitur & nec tactu quidem deprehenditur.

Ergo iste dolor non causatur ab influente quotidie materia.

Majori ut fidem faciam, non procul abibo allatum testimonia. Exempli rei ejus nobis suppetunt domestica. An non ad dolorem, qui fit phlebotomo, sequitur largissimus sanguis? an non dolor, ut cucurbita sanguinem ad se allicit?

Pergo: quicumque locus affectus semper eandem retinet faciem, tum eo, quò percipitur dolor, tum eò, quo nullus sentitur, tempore; ille ab influenti humore causari non potest. Atqui in ægrota nostra fœmina eadem est loci affecti facies, tum quæ erat ante gravem illum è loco editiore lapsum, quo tempore nullus percipiebatur dolor, tum quæ jam lapsum illum consecuta est.

Ergo ab influenti humore causari nequaquam potuit. Hic mihi forsitan aliquis oganniat, dicatque dolores etiam adfuisse in dorso ante lapsum illum. Responsum id sibi is habeto: dolores illi à liene dependent, qui nequaquam huc transferendi.

Hæc cum ita sint, audacter pronuncio dolores hosce causari à costæ fractæ aliqua particula, quam tempus in lucem aliquando proferet.

Ad fracturas enim illas osseas natura omne robur suum transmittit, idque ferruminandi gratiâ: dum ita id natura molitur, dolores interim excitantur, qui tamen ad extra nec tumore nec rubore aliquo prodantur.

Docuit me experientia, rerum optima magistra, per multos annos quandoque dolores à fissuris ossium fuisse sentitos, cute externa nec inflammata nec protuberante, nisi quando demum per suppurationem fracturæ illæ osseæ ad extra promotæ fuerunt.

Quapropter nequaquam sperandum, posse tolli hunc dolorem, priusquam fracturæ istæ in abscessum degeneraverint: quod tamen brevi futurum arbitror, cum dolores magis magisque exacerbentur. Sed nec quandoque nonnihil fervidi sanguinis ad locum deferri affectum nego, qui dolorem unâ cum fractura exasperet. Docuerunt id tùm venæ sectio, tùm alia id generis medicamina, quæ hætenus quidem cum usu fructu adhibita, nequaquam verò ipsam doloris arcem demoliri potuerunt.

Institui hætenus discursum, qui causam formalem hujus indagabat morbi: Nunc verò ulterius ejusdem affectus curationem paucis persequar.

Operæ precium futurum arbitror, si ægotam nostram interdum leniter evacuantibus purgemus, tumque affluxum copiosorem sanguinis & melancholici & bilosi per phlebotomiam intercipiamus, nequa fiat, ut sanguis atrabilarius istic nidificet.

Bibendæ deindè poriones modeste refrigerantes: tandem deveniendum ad Topica, quæ & anodyna sint, & defensiva & discutientia.

Ne major fiat affluxus, id tali præcavetor ingenio. Singulis septimanis vel præter propter, succus evacuetur Melancholicus, quod fiat portione A. notatâ.

Necessarium id apprimè: eò potissimum, quod lien si eum in venas suas angustissimas receptet sanguinem, dolorem ex accidenti augeat. Præterea cum sanguis iste crassus sit & ponderosus; lac etiam naturali sua humiditate succos siccos & frigidos tùm erigunt tum fluidos faciat: suaserim ut ægota quandoque lacticiniis utatur in cibo. Si diebus subsequen-
tibus deprehendamus, cum bonis agræ rebus lac assumi, lactis continuandus usus multoties.

Horis etiam matutinis quandoque propinetur decoctum lactis vel feri caprini, in quo cochlearia vel nasturtium aquaticum ebullierint. Medicamentum id vulgare & jejenum: sed revera in morbis melancholicis

& tumoribus in quibus metuitur affluxus materiæ atrabiliaræ, non parum prodest.

Verè dico, vulgare id medicamentum cunctis menelagogis palman si non præripit, ambiguum tamen facit. Si metuitur, ne lac flatus pariat ejus loco serum substituatur. Dico si metuendum: vix enim fiet, ut cochlearia vitiositatem lactis non corrigat, dum incidit & attenuat crassissimum illum sanguinem, sicque expulsiōni idoneum facit.

Utuntur quidam in hoc casu lactucā Endiviæ, quam cum foliis borraginis juri gallinaceo incoquunt. Sed non magnopere id ego probarim, tum quod superius decoctum hætenus me nunquam optato successu frustraverit, tum quod & individualis quædam in hoc subjecto id ita requiratur proprietas. Scorbuto quippe, vel leucophlegmatix, vel Ictero nigro illustis hæc fœmina non parum futura videtur obnoxia.

Ne etiam ventriculus, epar & lien ulterius ejusmodi gignant sanguinem, cautu opus est. Quapropter Conditi B. matutino & vespertino tempore, portionem in quantitate castaneæ capiat, jejuna postmodum maneat ad tempus usque solitum.

Quod si dulcia huic fœminæ non ingrata fuerint rotulas C. quandoque in usum revocandas censuerim.

Hæc si unâ cum decenti diætâ, de qua præsentēs præcipient Medici, tentata fuerint, spero rem non infelicitè successuram.

Unum hoc loco monebo, priusquam abeam. Si fortasse potio purgans A. ingrata futura est ægrotx huic dominæ, quod fortasse autumnus & veris accidere posset tempore, ante missionem sanguinis: Nodulus D. cerevisiæ immergendus, deque eo potu primus in mensâ sumendus haustus. Eundem usum Enema etiam præstare poterit, si præsertim lien contumaciam præ se quandam tulerit.

Fortassè hic quisquam sapientulus dixerit, fracturas costæ diigentius pensitandas: utque ex partes fractæ residuæ educantur, undiquaque circumspiciendum. Responderim ego huic, in Theoria hæc quidem dici posse, cum usu verò practico convenire neutiquam. Natura enim ante tempus non patitur sibi injici laqueos, quicquid etiam agat Medicus. In naturis robustis & minus delicatis quandoque miraculosæ ejusmodi curationes tentari possunt, quas in delicata hæc ægra, ne per ideam quidem nobis imaginari possumus. Ibant dum poterant: dum non poterant, ibi stabant. In sex rebus non naturalibus ut procedendum præsentēs monebunt Medici.

Deus deorum benigniter hoc nostrum propositum feliciter, Fiat, fiat, &c. Recip.

Recip. Fol. Senna f. stipit. 3v

Rad. polypod. q. 3iij

Sem. Dauci

Anisi ā. 3js

Passular. 3iij

Cort. cappar. 3js

Herb. capill. Ven.

Veron.

Ling. cerv. ā. Mß

Flor. borrag.

Buglß. ā. 1ß

Coq. in f. q. aq. nasturtii aquat. pro 3iij

In quib. dissol.

Exir. melanogogi nostri gr. viij

Syr. de pomis 3vj

Mis. f. Potio A.

Recip. Rad. cichor. condit. & incis. 3v

Cort. citri condit. 3iij

Zinzib. Chin. cond. 3ij

Conf. rosar. vet.

Flor. tunica ā. 3vj

Conf. cochlearia 3j

Spec. rosar. novell.

Diarhod. Abbat. ā. 3ij

Diambre 3ß

Magister. corall. rub.

Margarit. ā. 3j

Conf. Alkermes 3ß

Ol. cinamomi gr. iij.

F. l. a. Conditum B.

Recip. Rad. sænic.

Cichor.

Asparag. ā. 3ijs

Sem. anisi 3ij

Herb. cochlear.

Agrimon.

Cuscuta

Capill. Ven. ā. Mß

Fol.

Fol. Senna Alex. ℥j
Rad. polypod. quer. ℥β
Rh. barb. inter. & opt. ʒij
Rad. mechoacan. ʒij
Cinamomi el. ʒjs
Spica ʒj
Zinzib. ʒij
Ex incis & confusis fiat
Nodus C.

CONSILIUM XXXI. IN PLEVRITIDE SPURIA.



Nil à Medico agi potest, sine cognitione morborum, causarum, & partium affectarum.

Ea verò cognitio haberi nequit, nisi quis symptomata eorumque naturam exploratam habuerit.

Itaque de affectionibus tuis sententiam meam expositurus, symptomatum quæ te affligunt, seriem in limine quasi constituam.

Inter quæ symptomata præcipuum est dolor in regione pectoris circa mammillas sæpè numero molestias inferens.

Qui dolor non tam in externis partibus, quam internis sentitur. Estque pungitivus & qui facili momento recedit. Affligit vespertino, tum nocturno frequentius. Interdum vehemens dolor est, & referre videtur, te ipso teste, palpitationem cordis. Duravit per sex ferè annos. Initium fuit quidam dolor circa mammillas, cui successit tumor, qui sponte ruptus est. Fuit cum quâdam duritie, sed non cum dolore conjunctus. Effluxit multo temporis spacio materia quædam ichorosa: eoque tumore foliis Tabacæ sanato, dolores quidam semper, non certo tamen temporis spacio, redierunt, iiq̃ue subindè graviores.

Hæc symptomatum historia est, quæ ad suos morbos & causas reducenda est.

Dolor symptoma est ad factum depravatum pertinens. Depravatum verò is potissimum à solutione unitatis. A quibus verò fit solutio pluri-
ma sunt, quorum ea quæ ad rem præsentem non faciunt, silentio involvam, idque quod hujus doloris causam esse existimo, tantum-
modo

modo huc conjiciam. Estque distentio quædam partium in regione Thoracis.

Distenduntur partes à variis causis : in nostro casu distentio ea fit præcipuè à flatibus, cujus rei argumenta sunt, tum quod dolor ille subito exoritur; tum quod citò recedit. Denique quod vagus est, neque in uno loco perstat, sed nunc hoc nunc alterum latas præcipiti quadam insultu præhendit : quæ omnia solis flatibus maximâ cum ratione à Medicis ascribuntur. Patet ex his doloris hujus causa; quæ à flatibus proficiscitur. At quia flatus ubi ubi in corpore reperiuntur, soboles sunt humoris aliqujus flatuosi, ex quo resoluti elewantur : Itaque indagandum qualis humor ille sit ; dein an in partibus thoracis generetur, an verò aliunde eò deferatur : postremò quæ causæ sint vel generationis vel transmissionis.

Ex humoribus flatuosi sunt ii qui frigidi : calidi enim nisi frigidis permisti sint, vel nunquam flatuum materia existunt. Frigidi humores vel sunt pituitosi vel melancholici. Ex utrisque in hoc casu flatus elevari videntur.

Ut hoc credam, ea me adducunt, quod & in tumore qui mammillas ante aliquod annos occupavit, aliquid humoris melancholici admixtum fuit, id attestante duritie, quæ in tumore comprehensa est, tum colore ejus tumoris, ad obscurum vergente : præterea in idem conspirantibus omnibus affectionibus, quæ huc usque in superioribus corporis partibus contigerunt, in quibus semper aliquid humoris melancholici admixtum fuisse color affectarum partium humorum indubius index ob oculos ponit.

Ea tamen humoris melancholici portio non multa est, neque aliena ab eo qui in venis continetur.

Dilutus est hic humor cum materia pituitosa, tenuiori, dulci : præterea cum ichoribus copiosis, unde & in tumore (cujus sæpius facta mentio) materia quæ effluxit, magna ex parte tenuis, & flavitie quædam tincta fuit. Faciunt hi ichores, ut pituita illa, cum portione melancholici humoris, ad partes pectoris facilius ferantur, quibus eò delatis, caloréque in eos agente, flatus excitantur, qui distendentes illas partes dolores inferunt, & quia tenuis sunt substantiæ, tum quia calor in thoracis partibus ob cordis vicinam robustior, facile dissipantur, ac dolor quoque abeunte causa definit. Quod si aliquando diutius durat, dubium non est, quin materia, à qua flatus insurgunt crassior, ac copiosior sit, uti accidit præteritâ hyeme (qua frigidi humores potissimum abundant) quo tempore hic dolor satis diu sub noctem molestus fuit.

Secundum quod disquisitione dignum, est an in partibus thoracis, humores ii generentur, an verò aliundè eò affluant. Quod à capite in eas partes aliquid feratur, dubitare non possumus, cum in propatulo sit, caput multarum fluxionum esse causam.

Caput enim humidius est, undè multum expuit, in nullo tamen excessu insigni frigiditatis & caliditatis constitutum, unde omnes actiones, quæ à principibus facultatibus dependent, feliciter obit. In somnum non est proclivis, quod nimirum cum humiditate illa, unde pituita tenuis producit, potius caliditas quàm frigiditas & sicci humoris aliqua portio adest.

Attestantur idem affectiones præteritæ, tumor gingivarum, repletio musculorum cervicis, sensus humiditatis cujusdam in pectus descendens, quæ elapso tempore evidentiora fuerunt, ac certa fluxionis à capite indicia. In ipsis quoque thoracis partibus produci consimiles humores verisimile est, quod à diuturno humore circa mamillas, tum à doloribus istis sæpius recurrentibus robur earum partium imminutum fuit, cavitatesque dilatatæ: quæ utraque tum ad generationem, tum susceptionem superflue humiditatis plurimum faciunt.

Causæ à quibus isti humores vel producuntur, vel transmittuntur, tum ratione præteriti, tum præsentis temporis considerantur.

Ac ratione præteriti possunt ex in internas & externas distingui. Externæ consistunt in variis erroribus, in sex rebus non naturalibus commissis, veluti sunt errores in videndi genere, circa cibum & potum, qui studia excolentibus graviter nocent: nimirum studium præsertim statim ab assumpto cibo, & potissimum sub nocturnum tempus, multæque id genus aliæ, quarum aliquæ ad superfluum proventum, aliquæ ad capitis repletionem atque aliquam debilitatem inducendam vim obtinent non exiguam. Internæ, tum respectu præteriti temporis, tum præsentis eadem sunt: quarum aliæ generationis humorum sunt: aliæ transmissionis. Causæ generationis consistunt partim in ventriculo, partim in parte affecta, scilicet thoracis regione. Ventriculus quia humidior, causa est ut aliqua tenuis superfluitas in ipso generetur quæ ad caput & vicinas partes transmitti, vel saltem ea consensus ratione alterare potest: causa etiam est, ut deinceps in Epate copiosiores humores serosi, iique quodammodo crudiores producantur, quia aliarum superfluitatum ad partes debiliores vehiculum sunt. Præterea etiam quæ ad crudiores, authores existunt flatuum & dolorum vagantium. Partes verò in thorace affectæ, nonnihil consimilis excrementi generant, quod nimirum tanti temporis spacio ab affectionibus

bus istis debilitatæ, aliarum partium superfluitates susceperunt, à quibus nonnihil alteratæ, nutrimentum quod ad eas advehitur, ita probè vix commutant, quin crudiora excrementa relinquantur, quæ facili evacuationi minus apta in partibus iis hærent, donec à calore subigantur, in qua subactione flatuosi aliquid insurgere rationi consentaneum est.

Causæ transmissionis triplicem considerationem habent: primam quo ad partem transmittentem: secundam quo ad suscipientem: tertiam quo ad vias per quas aliquid transmittitur.

Transmittens pars caput est, quod dum humidius humida excrementa generat, quæ tanquam sibi molesta, innatâ expellendi vi à se rejicit.

Humidum a. esse caput antea ostensum, quo etiam hoc signum pertinet quod interdum cum sputo matutino tempore, dilutus sanguis excernitur, qui ob raritatem venarum ex humiditate ortam inde excidit, & spuitione ejicitur. Aliundè etiam & à venarum propaginibus ad eundem locum aliquid interdum effluere, conjecturæ sunt, quæ ostendunt, sed quæstio hæc exigui momenti.

Suscipiens partes pectoris sunt, ad quas ea excrementa demandantur, tanquam ad eas, quæ debiliorum rationem habent.

De tertio, de viis scilicet, nihil dicendum amplius, quam quod ejusmodi excrementa ad has partes maximè feratur, ob introductam (qualis qualis jam sit) aliquam laxitatem.

Hactenus de causis generationis & transmissionis humorum, qui flatuum causa, secundo verò dolorum existunt. Quæ ut hoc tempore vigente robore caloris naturalis, in ætate ista florente, leviores sunt, ita affectione, minoris momenti producant. Iis causis explicatis cognitio ipsius affectionis, ejusque causarum exposita est. Superest, ut de parte affecta accuratius aliquid huc conjiciatur. Sunt n. multæ partes in thoracis regione, continentes scilicet & contentæ ac rursus utrarumque multiplices.

Ex contentis cor est, pulmo, diaphragma, in quibus has affectiones non consistere ostendi posset, nisi nimia prolixitas fugienda.

Ex continentibus plures sunt, sed in quib. dolores excitari possunt, potissimum tres, cutis, muscoli, tunicæ. Quod in cute hi dolores non fiant, testatur sensus ipsius doloris, qui in parte interiori, non in externa, qualis cutis est, deprehenditur. Quod neque in musculis, aut certè non præcipuè in musculis, argumento est doloris species. Pungitivus n. dolor est, qualis non in carnosa parte, sed membranosa, ipsiusque tunicis contingit, quod in Pleuritide manifestò apparet. Pervenit ad ejusmodi partem materia peccans, potissimum per venas, per quas & à capite ali-

quid defluere videtur, elucere quod idem per venas transmissa materia tumoris in gingivis, in earumque parte penitiori, tumoris cujusdam eminentioris causa ante hac extitit. Non inde fit Pleuritis, quod non crassior humor, isque copiosus extra venas in spacia illarum irruit, sine quibus difficilima fit Pleuritis. Si quis tamen ad Pleuriditis spuria, & à flatu proficiscentis speciem hanc affectionem referre velit, non aberasse censendus.

Eruta cognitione eorum omnium, quæ curationi malorum præmittenda sunt: instituenda consideratio quid in curando assequi possimus, quod ex indicationibus, quæ nobis aperiunt, quid agendum sit, perspicuum fit. Idem & de indicationibus dicendum, quæ in nostro casu variæ sunt, quarum aliquæ à symptomate: aliquæ à morbo; aliquæ à causis sumuntur.

A symptomate inquam oriuntur indicationes, non quatenus symptoma est, sed quatenus symptoma id rationem causæ consequitur. Contingit verò id in paroxysmo, qualis præterita hyeme fuit, qui & satis diu duravit, & satis molestus ob vehementes dolores. Oritur verò ratione hujus symptomatis indicatio, scilicet leniendi dolorem.

A morbo quem in numero solutæ unitatis ponimus, unire soluta.

A causis: flatus discutere: materiam flatuum quatenus crassior, & evacuationi minus apta, attenuare: quatenus frigida calefacere: ut humida siccare, ut quantitate peccat evacuare. Et ne generetur amplius, id prohibere roborando partes, à quibus producit. Præterea quatenus movetur à capite, eam revellere derivare. Ac ne suscipiatur, partes pectoris roborare: vias per quas fertur, ut laxiores sunt adstringendæ. Ex quibus indicationibus quædam minus, quædam magis utiles & necessariae sunt. Utiliores & magis necessariae vel paroxysmum præsentem spectant: vel extra paroxysmum occurrunt. In paroxysmo duæ sunt necessariae: lenire dolorem & flatus discutere. Extra paroxysmum attenuare, calefacere, siccare, evacuare, partes alterare, revellere, derivare, roborare, laxa adstringere.

An hæc consequi possimus quæritur? Res est certè difficultatis plena, tum quod omnes affectiones inveteratæ (quales præsentis sunt) pertinaces evadunt: tum quod in generosis auxiliis, qualia antea à Clariss. Medicis adhibita fuerunt, non cedens difficilimæ curationis omnium iudicio existimatur.

Sed licet difficilimum sit has affectiones radicitus evellere, non ita tamen rebelles sunt, quin mitigari atque insigniter quidem possint, progressu etiam tolli iis auxiliis, quæ nondum fuerunt adhibita: præsertim cum

um & præterito tempore, institutâ curatione, non tantum mitior fuerit edditus morbus, sed & ad spacium aliquod temporis planè profligatus. Et cum hoc tempore paroxysmi etiam leviores & rariores evaserint, nulli lubitamus, quin deinceps etiam multò rariores sint futuri.

Hæc nobilissime Vir de affectus tui diagnosi & prognosi ad te scribere volui, ut petitioni tuæ satisfacerem: medicamenta, eorundemque tendi modum mecum allaturus, quamprimum mihi per occupationes te visitare licuerit. Interim benè & feliciter vale.

CONSILIVM XXXII.

**IN DIFFICILI RESPIRATIONE, CUI
IMMODICA NARIUM HÆMORRHAGIA CON-
JUNCTA: QUÆ OMNIA, UTI EVENTUS DOCUIT,
DEXTERIME FUERE CURATA.**

Nobilissima Matrona N. domina reverenter colenda: Ægritudo tui filii, quâ ille diris conflictatur modis, est catharrus, qui in pulmones se jam insinuavit penitissimè, adeò ut ipsam respirandi actionem reddat impeditissimam. Inde fit, ut dum pro respiratione denuò captat aërem, totum thoracem non sine magno nisu cogatur attollere. Rheuma enim quoddam frigidum & viscidum, quod pulmonum opplevit vasa, ad eosdem pulmones centrum gravitatis propendere efficit. Sed nec id solum difficilem reddit respirationem, cum & alias subesse causas deprehensum sit. Aer enim ille, qui per *διανυστήν* intro recipitur, non sine impedimento, labore & molestiâ per catharrhos illic contentos transire potest. Causas hujus mali, æquâ pensitamus lance, dicendum, eas tum à refrigerato, tum verò à adusto falsuginoso corrosivoque dependere sanguine. Quin imò & hoc addendum: tum pars mittens, tum pars corporis recipiens hic in considerationem veniunt.

Mittunt eum sanguinem venæ, in quibus dominatur plethora. Sed quomodo ais, vitiosus ille sanguis in venis generatur? Euge verò, benè est: plus continetur in venis sanguinis, quam cui regundo natura sufficit. In venis, cum sanguis obruatur multitudine, effervescit, rectaque apud quod operculum est corporis, petit, sursum ascendens, E capite

partim sub *αιασιμα* venarum exit è corpore : partim deorsum vergit ad sinistrum latus, in quo pleuritidem efficit spuriam. Quod si quandoque accadat, ut nec per nares, nec per pleuritidem absumatur totus, tunc pars quædam illius ad pulmones vi summâ protruditur. Inde dispnaea illa, quæ suffocationem quandoque minatur, existit. Adaugetur id periculum, si sanguis ille ad caput delatus, & jam in spiracula illapsus humores pituitosos cerebri secum eò abriperit, deduxeritque. Ingenitum quippe tum temporis & tussis & dyspnaea causantur certo certius. Sanguinem hunc vitiosum tamen, qui in nares, fauces, pulmones, tunc camque succingentem illabatur, generant tum ventriculus tum Epar primum sanguificationis organum. Ventriculus quidem id facit, quo naturali laboret imbecillitate, intemperieque affligatur frigida & sicca. Inde si vel maximè cibi ventriculo obijciantur laudabiles, in chylum tamen illaudabilem, puta frigidum & siccum, ij convertuntur.

Hæc primæ coctionis vitia, in ventriculo commissa, dein in epate secundâ coctione corriguntur neutiquam. Epar enim quod constituit ejus sit calida immodicè, & non nihil duritiei contraxerit, neutiquam laudabilem, sed falsum, acrem & adustum producit sanguinem. Isti pro nutritione earum, ad quas transmittitur, partium, nequaquam omnimodè est idoneus. Colligatur ergò, ubicunque etiam id fiat, necessum est.

Colligitur in ægri nostri potissimum capite : ibidem quippe in crassam pituitosamque convertitur substantiam. Pituita illa in capite collecta ubi vel pondere suo deorsum vergit, vel etiam à naturâ criticè expellitur pedetentim in organa respiratoria illabatur, tussimque hoc pacto concitat. Ubi pulmones summo per tussim nisu excalefacti fuerint, tum verò deum plus attrahunt humorum.

Hoc ubi factum, humores illi non solum instar pluviae cujusdam in pulmones decidunt, sed & in ipsa pulmonum vasa se se immittunt profundissimè. Inde totalis quasi existit respirationis abolitio. Et hæc quidem de iis humoribus, qui per internas capitis vehuntur venas. Quod si verò humores ij perniciosi intra calvariam & pericranium intercipientur tunc nequaquam pulmones, sed costas petunt, earumque opplent tunc cas. Hæc ratione & dolor conciliatur punctorius & difficilis respiratio. Sed hæc posteriora nequaquam tantum creant periculi, quantum fortasse priora, de quibus supra ubertim dictum.

Si ergò, ut hoc inferam prognostici loco, cum maximè opus sit quod persona ægri delicata sit & nobilis : si inquam talis tantusque humo

um influxus annârit & perennârit diutius , futurum dico certissimè , ne olem pulmone reddantur imbecilliores , sed & ipsi ab eodem humorum influxu excarnificentur adeò , ut quamcunque etiam peccantem materiam acilè admittant. Tota quippe massa sanguinea fenestram habebit aperissimam , eò confluendi affatim. Postquam igitur idem influxus contraxerit habitum , haud facilè extirpabitur.

Ut ergò malis his maturimè occurratur , primò omnium intentio curativa dirigenda ad ventriculum & Epar : dein ad ipsum caput ; postidea ad massam sanguineam : tandem verò ad ipsos pulmone.

In ventriculo melior curanda concoctio , ne ita imposterum totus chylus in acidum & ingratum convertatur succum , sed dulcem , naturæque acceptabilem.

Epatis obstructions censuerim referendas , epar emolliendum , caloremque ejusdem immodicum modicè refrigerantibus temperandum. Itaque quippe futurum , ut Epar è ventriculo egestum chylum non adurat , sed nobilissimum in sanguinem convertat.

Satis autem fiet utrique huic scopo , si epar & ventriculus succo quodam leni & solutivo evacuentur. Ita sanguis melius dulcescet , qui deum nec tantâ cum ferociâ per vias feretur corporis , nec & immodicum calorem contrahet.

Eum ad usum æger noster pilulis lenientibus , literâ A. notatis , utitur. Sumuntur eæ sub auroram : imperandumque ad horam usque decimam jejunium. Sequenti die manè sub auroram succi B.umat cochlearia bina : utitur eo succo calidè , statimque postea somno se componat ad horam mediam.

Prohibeatur tamen cautissimè , ne dum post usum illius succi sub somno sudet : esto jejunus ad horam usque decimam. Hujus succi usu massæ sanguinæ emendabitur acrimonia. Per alvum etiam id de die evacuat quater , vel præter propter. Hæc res si ita ex voto successerit , sequenti , tertiâque repetenda est die. Quod si duo . quæ dixi , cochlearia alvum non solvant quater , quatuor de die recipiantur plena cochlearia. Postquam ad integrum triduum hoc usus fuerit succo , die quarto ab omni medicamentorum usu cessabitur. Deinceps verò massa sanguinea , quod tertia innuit intentio , consideranda penitus.

Hæc sanè massa sanguinis , cum ob multitudinem conclusa incaluerit , & consequenter ebullierit , exitumque quærat , suaserim , operæ precium nos facturos , si ad naturæ ductum nos accommodemus : cumque ipsa natura sanguinis imminutionem moliatur per nares , nos eundem detrahamus

mus per venæ sectionem. Fateor sanè id genus remedii, pueris, qui ex Ephebis non exceſſerint, parum eſſe commodum. Cum tamen nihilominus id remedii natura quaſi intento digito nobis commonſtret, idquæ ſemper cum bonis ægri rebus fiat: quapropter volo jubeo, ut eo, quod medicinis non utitur die, vena tundatur Media, ad emiſſionem unciarum ferè trium. Ita per conſuetudinem habituaſem natura eò, quicquid vitioſum, detrudet: ità etiam annuatim hoc repetendum præſidii chirurgici genus. Suaſerim etiam diligenter, ut poſt venæ ſectionem, (modò ea feliciter ſucceſſerit) cutis ſcarificetur appoſitis cucurbitulis, idque repetatur multoties. Cum enim fidem faciat *αὐτοψία*, contentos intra calvariam & pericranium humores deorſum ferri: quidni jufferim, ut per crebrum cucurbitarum uſum humores ij ad ignobilioreſ deducantur partes, ibidemque evacuentur penitus. Poſt Venæ ſectionem ut rem repetam, ad triduum utatur ſucco B. ſequenti die ſint feriæ: demum verò ſucci repetatur uſus. Quod ſi ſuccus ille interea temporis condenſetur nimium, vel etiam aceſcat, valedicendum ipſi, ne naſeam pariat ventriculo, quapropter tunc ad biduum ab omnibus abſtinendum medicinis.

Tertiò die poſt pro evacuatione capitis & pulmonum pilulis C. utatur manè h. 6. cum debito ad horam uſque decimam jejunio.

Tandem quartus reſtat ſcopus, ut nempe pulmones ad naturalem reducantur ſtatum. Inprimis autem hoc loco humor pituitoſus qui jam influxit & radices egit, radicitus extirpandus. Humor iſte pedetentim incidendus & demum educendus. Complebitur iſtud uſu ſucci D. ſuma hujus ſucci diebus ſingulis portionem mediæ cochlearis. Fiet id manè poſt lotionem, oriſque ablutionem & gargarisationem. Continueatur ſuccus hic ore, uſque dum ultrò diffluſerit: continueatur per triduum.

Ut verò & ventriculo debita conſervetur temperies & conſtitutio, per integrum octiduum utatur æger noſtro pulvere ſtomachali E. notato Doſis ejus, cochlear unum parvum, quali utuntur aromatarii. Nihil poſtidea bibatur, vel comedatur. Decurſo octiduo, ad dies pauculoſ ceſſabit, deinceps verò denuò in uſum revocabit, modo conſimili.

Ne inſuper ſolius ventriculi & pulmonum habeatur ratio, reliqua quoque membra omnia univerſi corporis non negligenda penitus.

Proderunt eam ad rem Morſuli F. Ejusmodi morſuli partem ferè mediam accipiat hora poſt meridiem tertiâ, jejunando ad cœnam uſque. Eorundem etiam uſus tam diu continuandus, uſque dum penitus ſin abſumti.

Et hæcenus de Medicamentis, quæ ad præservationem subitanei alicujus symptomatis possunt facere: jam de iis, quæ si ex improvviso suffocativus incidat catharrus, adhibenda. Semper ergò eam ad rem idonea, ad manum sint medicamina.

Primum locum hîc obtinet succus berberorum. Dosis, quantitas avellanæ, si ori imponatur, spontaneæque relinquatur dissolutioni. Idem ferè præstabit succus G. qui si dimidio sumatur cochleari, sponteque in ore dissolvi permittatur, catarrhos suffocativos masculè debellat. Sumendus etiam aquæ fontanæ sextarius, in quem guttæ de spiritu sulphuris acido infundantur, quotquod ad gratum saporem suffecerint. Aquæ hujus dosis unum est cochlear.

Necessitatis etiam tempore convenientissimum erit, si potui immixtum fuerit oleum olivarum purissimum.

Summæ etiam efficacix est Aqua Aurea nostra, de qua in casu necessitatis cochlear unum post alterum præpinabitur.

Quo tempore catharri summo impetu (quod est paroxysmus) decumbunt in fauces, æger collocandus in sellam, fricanda brachia & pedes, pectus tegendum vesticulis calidis, ær etiam frigidus irruat in faciem, Quod si fenestras astantes aperire nolint, ventulum ipsi faciant flabellis, ventilabris, aut patinis etiam ligneis. Et tantum de medicamentorum usu: de Diætâ pauca.

Modus statuëtur exquisitus cibo & potui. Nisi enim Diætâ manus auxiliares præbuerit medicamentis, oleum, certò perdiderimus & operam. Caveat sibi æger noster ab aëre nebuloso, frigido & humido. Vitet moram sub dio, sub pluviis. Caput nunquam pileo careat. Vitet moram sub sole, ut & violentiam ignis caminarii. Absint ab ipso fumus, vapores, exhalationes, qualescunque eriam. E mastiche tamen, vel pulvere H. fieri poterit suffumigatio. Cibus vitet cacochymos, dyspeptos: è quorum censu, carnes fumo duratæ, capita & pedes animalium, aliique ejus fursuris cibi. In cibum veniant hœdi, vituli, boves juvenuli, gallinæ cujuscunque ætatis, galli castrati, perdices, aves montanæ & campestris. Aquaticæ aves in solidum arcentor, ut & caro cervina & aprugna. Pisces non benè conveniunt, tum quod frigidum generent sanguinem, tum, quod non leve est, ventriculus iis concoquendis non sufficiat.

Varietatis tamen gratiâ indulgendi quandoque lucii, auratæ, gobii, fluviatiles, percæ.

Eleguminibus concessa sunt pultes nucum pinearum, pistaciorum, amygdalorum dulcium: pruna itidem ungarica, semen hordei in

molâ præparati : pira similiter tam assa quam cocta , ut & citonia , post mensam tamen. Proderunt quoque pulmenta cerevisiaria , ova recentia mollia , ova liquidius frixa. Absint taganitæ , placentæ tornatiles , stribilitæ , liba ex ovis , lacticia , juscula.

Ordo etiam servandus in ingerendis cibis , ut & carnes cum piscibus nunquam confundendi. Quod si id evitare non possit , pisces præmittuntor , subsequuntor carnes. Memor sit ipse versus , quem commendant Medici :

Sic bibito ut sitias : sic ede ut esurias. Motus corporis non sit nimius. Proinde saltus , pugna , discursus , ambulatio , omnia mediocria. Vociferationes , interruptasque & longas perorationes vel recitationes cane & angue pejus devitet. Si nox ad lectum non intret Luna fenestris. Alvus nunquam sit constipata , sed semper suum faciat officium , sive arte fiat , sive naturâ.

DEUS Deorum clementer benedicat. Fiat , fiat , &c.

CONSILIUM XXXIII. IN ASTHMA TE.



Effectus , quo mater tua laborat , vocatur Asthma , cujus primaria & ultima , retro eundo , causa est ventriculus frigidus , vitiosis atque corruptis humoribus scatens.

Inde enim multi vapores ascendere , in capite congelascere , & ad pulmones relabi , bronchiaque eorum obstruere , unde necessario difficultas spirandi evenit , solent.

Quin etiam in iis moram trahentes , temporis diuturnitate , pulmonumque calore magis magisque incrassantur , lentescunt , atque ita angustiam augent. Hocce loci quæritur , unde inæqualis tussis , unde etiam illa , inæqualis tamen spirandi difficultas ? Breviter si materia est in canna pulmonis sentitur gravitas & oppillatio in partibus gutturis , & fit excreatus facilius cum tussi parva & rascatione.

Si verò sit in ramis parvis tracheæ arteriæ distantibus à canna non fit screatus nisi cum tussi multa.

Si verò materia contineatur in vena arteriali vel arteria venali frequenter est Asthma sine tussi , & si est tussis est sine sputo , & fit pulsus tremulus , maximè quando materia continetur in arteria venali propter tremorem sive pulsum cordis tremulum , cui pulsus arteriarum proportio-

natur,

natur, & hoc asthma perducit frequenter ad tremorem cordis confirmatum & syncopen & mortem si verò materia contineatur à carne molle fit scretus secundum plurimum cum tñ si multa & laboriosa.

Si verò asthma pendeat à ventositate sentitur extensio sive gravitas, quæ aliquando permutatur, & si sit in pectoris spacio, id est inter pulmonem & pectus fit difficilis inspiratio, & pulmonis dilatatio.

Si verò contineatur in pulmone, fit difficilis expiratio & pulmonis constrictio. &c.

Malum certè curatu, utpote in sene, satis difficile, ut taceam tempus hyemale & causam morbi pituitosam, quæ non nisi per longa intervalla expugnari potest. Etsi autem malum hoc adimi prorsus nequeat: ineunda tamen est curatio, propterea quod leniri, diuque justis remediis adhibitis, vita prorogari possit. Mature igitur id agendum: ne vitalis facultas, cujus fovendæ pulmones magnum pondus obtinent, labascatur: aut etiam ægra, catharrho novo affatim allapso, repentinâ, quod haud paucis contigit, morte & suffocatione intereat.

Itaque ventriculus quidem & caput roboranda erunt calefacientibus atque adstringentibus, humoribus tamen vitiosis è ventriculo prius eductis quod pilulis potissimum tentare utile fuerit: ex n. diutius in illo morantes exquisitius etiam illum unâ cum capite expurgant. Materia autem pituitosa consistens in capite, evacuetur errhinis. Apophlegmatismorum usus hoc in loco non videtur esse tutus, quippe qui morbificam materiam magis ad pulmones præcipitare possit. Antequam verò id fiat: præparanda erit calidis incidentibus & detergentibus. Materię etiam motus è capite ruentis inhibeatur, revellentibus atque intercipientibus, ut ligaturis & cucurbitulis non scarificatis, capiti aut etiam brachiis scapulisque impositis: reprimentibus quoque, ut sunt: ribes, berberis, uva spina, & alia adstringentia, angustantiaque. Syncipiti etiam lini aut cannabis stuppa, thurè, mastiche & sandarachâ suffumigata utiliter imponi solet.

Ratione materię impactę conducent incidentia, detergentia, aperientia & expectorantia. Pulmones ipsi, ne tam promptè suscipiant, roborentur.

In paroxismo, quia suffocationis periculum imminet, utiliter exhibetur dimidium cochlear aquæ ruffæ vel aureæ meæ descriptionis, posteaque ad causam demolendam rursus via reflectatur.

Ad victus rationem quod attinet, aërem eligat temperatum, aut subcalidum & siccum, ferenum, purum, nec aquarum aliarumque foerentium rerum expiratione inquinatum. Non sit conclusus, aut fumò obscura-

tus. Sensim etiam mutandus est : nec quicquam ferè magis nocivum, quam si ex aëre frigido in æstuarium impensè calidum patiens se se conferat : liquatur enim humor, affatimque impetum in pulmones facit. Cibi sint concoctionis facili, calefacientes, incidentes atque exiccantes, magisque idcirco assi quam cocti : aut si coquantur, addi debent serpillum, rosmarinum, origanum &c. Aquatilia hæc obsunt. Potus sit vinum non vaporosum : & cerevisia mediocris consistentiæ & ætatis.

Exercitia subeantur ante prandium & cœnam, quiete tamen ante cibum, horam unam, aut minimum dimidiam interpositâ. Somnus horas septem vix excedat : caveatur pomeridianus. Observandum præterea ne decumbat supinus : sed in latus alterutrum capite elato, nequaquam demisso. Alvus quotidie sit aperta nisi naturâ, chystere tamen aut balano. Sudor maximè circa caput si fluat, in declinatione, valdè conduxerit : quo nomine capite probè munito semper dormiat.

Mucus manè probè emungendus, & sputum expurgandum. Gaudium procuretur, vitatis animi mœroribus, & solitudinibus. Reliqua ex dictis facile addi poterunt, quæ in rem hujus ægræ fuerint.

Adjiciam hoc loco Medicamenta, communiter Asthmaticis à me perscribi solita :

Pilulæ sublinguales in Asthmate.

Recip. *Myrrha electa*
Olibani ā, ʒj
Tragacanth.
Gum. Arab. ā, ʒiij
Croc.
Succi liquirit. ā, ʒj
Cern. dactyl. n.

Cum sapâ s. pillul. sub linguâ tenenda, vel potius ad gingivam.

Looch ad Asthma & tussim.

Recip. *Looch sani* ʒij
Cons. Hyssopi ʒj
Carm. Dactyl. n. j
Rad. Enula ʒj
Ireos ʒss
Sem. fœniculi
Anisi ā, ʒss

Cinamomi ℥iij

Zinzib. cond. & incis. ℥s

Cum modico Syr. de glycyrrhiza, f. Electuarium
pectorale.

Looch ad Asthma.

Rec. Loock sani & experti ℥ijs

Cons. Satureia ℥s

Cardamomi gr. vj

Cubebæ. ℥s

Rad. Ireos

Angelica ā. ℥ijs

Baccar. Lauri ℥s

Sulphuris in aq. scabiosa loti ℥ij

Cinamomi ℥iij

Cum Syrupo de glycyrrhiza

F. Loock.

Decoctio ad Tussim & Asthma.

Recip. Herb. Scabiosa ℥ij

Hyssopi

Satureia ā. ℥ss

Fol. Senna ℥vj

Polypod. quer. ℥ss

Passular. enucleat. ℥j

Rad. Glycyrrhiza ℥ij

Sem. Fœniculi ℥js

Agarici albi. ℥iij

Zinzib. albi ℥s

Ligatur agar. cum Zingib. in petra, & decoq. in
aq. comm. ℥ij

Vini lib. j. & mell. ℥ij

Vel ejus loco. Syrupi violac. ℥ij, pro die altero, al-
ternatim. Coq. ad tertia partis consumptionem,

& in fine decoctionis add. Rad. Ireos conquass. ℥j

Despumetur, cum albumine ovi clarificetur & F.

Apozema, alternis diebus ℥iijss.

Rotulæ ad Asthma.

Recip. Pinearum præp. ℥ij

Rad. Ireos

Glycyrrhiza rose ā. ℥ij

Bb 3

Trā

*Tragantb. ʒß**Sem. anisi ʒj**Fœniculi**Urtica ā. ʒß**Rad. Angel. ʒs**Cinamomi ʒiiij**Storac. calamit. ʒß**Sachari penid:**Candi ā. ʒjs*

Cum aq. scabiosa, vel aqua vitis alba qua appropriata dicitur ad hunc affectum, fiat Confectio in Rotulis.

S. Rûchlein, rc.

CONSILIUM XXXIV.

IN ASTHMA TE PRO QUODAM
EPISCOPO.

Cenerosus Nobilis, proceræ staturæ, natus annos circiter triginta, exercitiis paucis aut ferè nullis utens, maximâque ex parte in ocio vitam transigens: temperamenti frigidi & humidi: parenchymate pulmonum raro, laxo & molli; conflictatur catharris crassis, à capite sensim quidem ad vesperam arteriam, & inde ad bronchia pulmonum defluentibus, ibique lentescantibus, nonnunquam tamen tanto impetu & copia, ex improvîso (præsertim quando vel quietis vel somni causa decumbere tentat) tam de die quàm de nocte irruentibus, ut omnes pulmonum meatus planè obstrui: respiratioque anheloso suspirio superveniente, planè auferri suffocatioque subsequi velle videatur. Quibus omnibus additur appendicis loco, medicorum qui hactenus consulti sunt, unanimem consensum esse, talem affectionem asthma appellari.

Ex historia ad me missa planum est affectum, quo cum nobiliss. vir conflictatur esse Asthma, seu motum depravatum pulmonis, secundum elevationem & depressionem scilicet celeritatem & frequentiam in expirando & inspirando, dependentem ex materia seu exeunte præter naturam mutato, pituitoso, ex capite destillante: copiâ, crassitie & visciditate, angustiam

angustiam in bronchiis pulmonum excitante talem, ut aëri, qui vitæ causâ pro eventatione scilicet cordis & arteriarum, & expulsionem fuliginum attrahendus est, præcludatur via: sæpè adeò arctè, vehementer & atrociter, ut nonnunquam suffocationis, imprimis quando decumbere incipit, periculum mineretur. Quoniam autem motus iste depravatus accidit ob angustiam in pulmonibus, idcirco necesse est de tribus capitibus diligentem institui disquisitionem, ut nimirum fundamenta & indicationes curationis, non modò ritè & exquisitè eliciantur: verum etiam sic instituantur, ut nobilissimus vir ex usu medicamentorum præscribendorum manifestè deprehendat naturam morbi & causarum hujus, exquisitè cognitam & omnia secundum artem & methodum debitè & convenienter inventa atque directâ esse.

Primum igitur nonnihil dicendum est de viscere, in quo affectus dominatur, nempe de pulmonibus ipsis. Deinde de causa continente, angustiam & obstructionem efficiente, ad eam quæ impeditam respirationem fovente. Tandem de materia, à qua affectus suam habet dependentiam in esse & conservari.

DE PRIMO.

Satis ex historia liquet, pulmones esse humidiores naturâ, frigidiore autem non solum naturâ, sed etiam habitu. Cum enim defluxio pituitosa longo tempore durarit: dubitandum non est à nativâ intemperie in tantam latitudinem frigiditatis deflexisse, quanto major est efficacia humoris frigidi continuo fluentis in alterando subjecto, in quo longo tempore commoratur. Unde quoniam parenchyma ipsorum est molle, rarum & laxum: non modo materiam transmissam facillè suscipiunt, & obstructionem in bronchiis admittunt: sed & ipsum parenchyma & carnea substantia ex alimento seu sanguine propter labefactatam in ipsis coctricem, crudo & in substantiam ipsorum non perfectè & debitè immutato & appposito, ita repletur & inebriatur, ut planè permadescat, & gravius ponderosiusque & ad perspirationem & aëris transitum ad cor permittendo inhabilius ineptiusque fiat. Argumento est, quod præter difficultatem respirationis ex obstructione bronchiorum factam, suffocationis periculum statim exacerbari incipiat, atque vir nobilissimus, sive de die sive de nocte id tentet, se se lecto componit. Cujus sanè alia causa stabilis & certa reddi non potest, nisi quod pulmones nobilissimo patiente in alterutrum latus decumbente se se mutuò comprimant & coarctent, quod magis accidit, quando pulmonum lobi seu carnes præter jam dictum frigidum & pituitosum mucum in substantia sua contentum, etiam deflu-
xione

xione tenui à capite, (quod frequenter Astmaticis usu venit) plusculum gravantur. Tum enim ex dextræ partis de cubitu lobi sinistri dextris, aut contra sinistri dextris instar ponderis incumbentes bronchia pulmonum (multâ viscida & crassa pituitâ ex destillatione satis superque antea repleta) itâ deprimant & coarctent, ut etiam asperas arterias multò magis quam antea angustent & occludant. Quo fit, ut hunc in modum non solum aëris transitus impediatur: verum etiam calor cordis effervescens, & fuligines auctæ, tanto impetu & anxietate exitum quarant: nobilissimus patiens decubitu ulteriores indulgere nequeat: sed ut suffocationis periculum ac metum devitet, surgere vel erectus sedere cogatur. Neque tamen propter copiam fuliginum collectarum & auctum in corde calorem hujusmodi situ liberiores omnino respirationem semper percipit: sed nonnunquam metum suffocationis tantum sustinet, ut neque recto & elevato capite sedens neque stans aëre tanto, quando pro expulsionem distarum fuliginum & respiratione eventationeque cordis opus est, propter impedimenta pituitosa in bronchiis pulmonum liberè & sufficienter inspirando potiri possit. Quæ quidem difficultas tum maximè exacerbatur, quando catharrus tenuis (cujus paulo ante memini) in tanta lucta suspiriosa anhelationis, & cerebrioris respirationis à capite tanquam à scaurigine, per calorem cordis & concitatum laboriosumque motum pulmonum, tanquam à cucurbitula attrahitur. Quod evidentius evadit iis, qui diligenter, dum talibus ægrotantibus assistunt, animadvertunt. Si quidem experimentoprehendunt, paroxysmum suffocationis per circuitus & anticipantia intervalla ad horas aliquot motum sistere, & vicissim motu ex levi aliqua causâ externâ exacerbato, repetere: medicamentis etiam catharro sistendo idoneis & aliis rebus externis ritè dispositis & institutis salubriter, nonnunquam intercipi & prohiberi.

Dicat hic fortè aliquis, si sic se res habeat, eaque vera periculi suffocationis causa sit: quod cotidie & singulis quidem noctibus, nobilissimo ægro decumbente tales paroxysmos metuere oporteat. Hic si consideret, quod manifestum sit, catharrum à pulmonibus non subinde, continenter aut cotidie attrahi: propterea quod pro victus ratione aeris constitutione & aliis causis externis, materia in pulmonibus majori vel minori copia coacervetur, atque sic minus repleantur: exindeque eorum lobi minus graves ponderosique & ad compressionem causandam inhabiliores sint, facile conquiescet. Minus etiam locum habere hic potest ratio, quæ anhelosi suspirii causa refertur, quod scilicet pituita magis nocturno quam diuturno tempore moveri soleat. Id enim si liquidò verum esset, de die nul-

nullus suffocationis paroxysmus facilè metuendus foret : quod tamen asthmate conflictati, nimis crebro experiundo refutare possunt, & nobilissimo patienti subinde accidere in historia commemoratum est.

DE SECUNDO.

QUoniam motus pulmonis depravatus est propter angustiam, idcirco necesse est, causam efficientem eamque continentem istius motus depravati, esse angustiam, eamque ortam ab obstructione, quæ accidit in bronchiis pulmonum : verum cum hæc angustia aliundè dependeat, nempe à materia pituitosa eaque syncera (nulla enim fit mentio in historia alicujus qualitatis nonnaturalis) nihil etiam indicet utile, non opus est de angustia plura verba facere, sed de materia & causa hujus : quod sublatâ materiâ cessatura sit angustia : & quod in consideratione subjecti, videlicet pulmonum aliquoties efficientis causæ mentio facienda erat, adeoque satis superque & quidem abundè de eâ ibi sit differtum.

DE TERTIO.

Materia autem quæ bronchia pulmonum obstruendo morbum in via producit, & symptoma est in genere excrementi pituitosi, consideratur dupliciter : primum quidem, quatenus alibi genita in pulmones decumbit : deindè quatenus in pulmonibus generatur. Hoc modo non producit asthma : sed morbum exasperat & saviozem reddit, adeoque paroxysmos suffocativos promovet : illo modo, causa est morbi materialis, à quâ angustia (motum pulmonum depravatum efficiens) dependet. Quatenus igitur aliundè in pulmones destillat : generatur hæc pituita in cerebro, labefactata scil. ejus alteratrice, primum ob intemperiem frigidam & humidam, eamque nativam, quemadmodum ex historia, quæ affirmat, temperamentum totius esse frigidum & humidum manifestò liquet : deindè propter externum errorem desumptum à causâ internâ, nempe ab alimento pituitoso, crudo & crasso. Cum enim vitium primæ coctionis non emendetur in secunda, multoque minus in tertiâ : necesse est ventriculum, qui officina est pituitæ, cibos ingestos non probè concoquere, inde chylum crudum ab epate imbecillo in sanguinem pituitosum mutari : qui sanguis deinceps cerebro objectus imbecillo, facit, ut actio ejus magis frustretur : & pro bono alimento excrementum : illudque pro copia sanguinis copiosum : quatenus autem ultimam coctionem sustinet, crassum generetur : tantaque, crassius & copiosius, quantò magis hæ internæ causæ ab externis adjuvantur & foventur : nimirum quando lenti, crudi

& frigidi succi cibi, & potus crassi ac turbidi copiosius absque ordine & observatione temporis modi præparationis, promiscue & sine discrimine, & sæpè non probè masticati (quæ inter cæteras causas non ultima est) ingeruntur.

Quibus non minus adjumentum adferunt, ocium & intermissio exercitiorum: quod inde calor nativus ignavior ad agendum reddatur: somnus debito longior, evacuationes intermissæ, excrementorum negligens excretio, & maximè aër frigidus ac humidus, austrinus, aut ex austro in aquilonem repentè mutatus, cæteræque res necessariò occurrentes. Accedit augendæ pituitæ in cerebro & hoc, quod vitio ventriculi depravatè coquentis maxima copia vaporum crudorum continuò sursum feratur, ibique collecta & in humores versa, excrementum pituitosum augeat, & deinceps expultricem nonnunquam copia, interdum pro conditione ingestorum, qualitate ad excernendum stimulet, & catharrum ad subito & confertim irruendum exuscitet & præcipitet. Vaporibus succedunt flatus, qui ex errore aliquo externo in victu sæpè hypochondria tendunt, & pulmones adeò comprimunt, ut malum quasi ex improvviso in asthma terrificum & suffocatorium degeneret. Non minus etiam intemperiem cerebri in hoc nobilissimo viro fovere & expultricem irritare puto, quod aerem sive calidus sive frigidus is sit, à capite non usque adeò diligenter arceat. Solent enim in aulis viventes frequenter capita nudare, nec eam diligentiam, quæ à catharrofis requiritur semper adhibere: undè aëre frigido substantiam cerebri efficaciter alterante & quasi comprimente, facile cogitari potest, multos paroxysmos periculosos ab hac causa frequenter commoveri.

Cæterum hunc in modum genita & à capite partim transmissa, partim propter declivem situm & calorem cordis ac pulmonum, ut supra relaturn est, attracta ruit per cava spacia choani & infundibili ad foramen palati & secundum latera asperæ arteriæ ad ipsos pulmones & obstruit leves ipsorum arterias, ipsaque bronchia. In quibus cum naturâ sint molles, & ad expellendum debiliores, moram trahit, & postea calore tum pulmonum ex motu, tum cordis ob prohibitam ex obstructione aëris frigidi attractionem aucto, tenuem & subtilem portionem dissipante, lentorem acquirit talem, qui tanto majorem difficultatem excretionis, & consequenter inspirationis & expirationis producit, quantò visciditas ista est pertinacior, & sic pituita obstruens difficilior à bronchiis pulmonum liberari & excerni potest.

Ex quibus omnibus manifestum est pituitam crassam à cerebro ex alimento ob vitia ventriculi, epatis, ac nonnullas causas externas, pituitoso, diminutè conquirente genitam destillare ad pulmones (& naturâ & ex diuturnitate fluxionis susceptâ imbecillos) & in illis ob calorem tum cordis, tum pulmonum ex metu crebrioris respirationis causatum, viscidam & pertinaciter adhærentem, parere angustiam & depravatum motum pulmonum, qui vitæ periculum, interventu ablatae respirationis, aliquando asferre possit.

Hicce igitur ut maturè occurratur necesse est, primum, ut totum corpus à saburrâ pituitosa liberetur, deinde intemperies capitis siccantibus & calefacientibus emendetur: Tertiò pituita quæ à capite ad pulmones destillat, derivando & revellendo intercipiatur. Quartò materia pituitosa, quæ in pulmones fluxit, incidentibus, attenuantibus, detergentibus & expectorantibus educatur. Quintò virtus & tonus pulmonum (cum virtute totius) corroborantibus confirmetur. Etsi autem morbus est vehemens, quod non modo caput, utpote membrum principale, sed etiam pulmones tanquam instrumentum respirationis, cujus actio ad vitæ conservationem est necessaria, maximopere sint læsa, adsit etiam copia pituitæ crassæ & viscidæ, nonnunquam magno impetu ruentis: difficultas non contemnenda sese offerre videatur: num scil. curando tam diuturnum pertinax & magnum malum superari: scopique commemorati expleri perfectèque absolvi possint: attamen si opponamus virtutem nobilissimi patientis, quæ satis est robusta, & ætatem, in qua calor est vegetus, & ad conquendum materiam morbi maximè potens & efficax: tandem etiam promptitudinem nobilissimi viri ad usurpanda remedia & ad toleranda auxilia habilitatem: non video, cur de successu medicamentorum usurpandorum salubri dubitare, non potius optima quæque sperare debeamus.

Quod verò ad remedia attinet, sunt illa in triplici ordine: quædam enim referentur ad universum corpus, quædam ad partes, scil. caput & pulmones: nonnulla verò ad insultum horrificum, quando scil. suffocationis periculum imminet.

Ad universum quod attinet, neque scarificationem, neque venæ sectionem in præsentī casu plurimum adjumenti ferre posse arbitror: quod habitus corporis in nobilissimo patiente sit frigidior & humidior, venæque cacochymia pituitosâ abundant.

Cauteria maximâ ex parte subcutanearum defluxionum materiam fructuosè vacuare multipliciter & sæpe expertus sum: excrementum vero cerebri rarò salubriter expurgare deprehendi. Scio Hippocrati, Rhafis

Haliabbathi, Mesueo hos secutis, Tralliano, Herculano & Montagnanæ, admoventibus cauterium futuræ coronali, ut affluens copiosius, sive alimentum sive excrementum evacuando minuatur, Galenum 9. de usu part. contradicere, & potius per alias vias, quas natura expurgando cerebro destinavit, materiam pituitosam ducendam & evacuandam, & revellentibus atque divertentibus medicamentis intercipiendam: capiti verò, ut parti nobili, maximeque sensibili, jam acerbo dolore, qui unctione excitatur, parcendum esse: & assentire Galeno simpliciter, nisi defluxio in præsentī casu esset nimis atrox & periculosa. Quare si necessitas urgere videretur, nec medicamentis id, quod sollicitè speramus, proficeretur: non diffiderim supra futuram coronalem cauterium efficaciter & fructuosè, ut ad satis longum tempus fluat, applici tum iri. In insultu suffocationis cucurbitulæ siccæ, ligaturæ & frictiones maximum fructum adferre experientia multiplex edocuit. Præter chirurgica auxilia opus est, prius totum corpus à materia pituitosa, quâ totus habitus venosus scatet, liberum reddere: quod quidem vel fieri debet antecedente præparatione, vel eâ intermissâ, mox institutâ evacuatione. Non volo hîc aliorum medicorum rationibus adversari, sed hoc saltem monere: metuendum scil. esse, si multâ coctione materiæ, sub initium curationis uti velimus, ne materiam tenuatam præcipitemus: & paroxysmum suffocativum exuscitemus. Vidi enim aliquoties materiam talibus medicamentis à quibusdam Medicis commotam, summo impetu ruinam in pulmones præcipitasse. Quare securius futurum puto, si mox materia etiam electivè purgantibus, ut per pilulas cochias, de hierâ cum agar. vel electuar. diaphoenicon. aut aliquâ potiunculâ ex Turbith, agarico & foliis senæ factâ commoveatur: postea tali syrupo, de quo ʒiij aut circiter, pro bonâ tolerantia cotidie, aut alternis diebus exhiberi possent,

Recip. Rad. Cichorii ʒj

Pimpinell.

Tussilag.

Gentiana

Eleni

Angelica

Fœniculi ā. ʒß

Iridis ʒvj

Glycyrrhizæ ʒx

Sem. cartham. conquass. ʒj

Citri ʒiijss

Polipodii ℥j
 Anisi ℥j
 Aquilegia ℥ijs
 Urtica ℥js
 Fœnugraci ℥ß
 Passular enucleat. ℥j
 Fugubar
 Sebesten ā. n. viij
 Caricar. ping. n. v.
 Fol. tussi laginis
 Hyssopi
 Botyros
 Pimpinella Ital.
 Scabiose
 Prassij ā. Mj
 Thimi pjs
 Herbar. capill. ā. Mß
 Cichor. Mj
 Flor. Stæchad. Arab.
 Anthos
 Melissa ā. pj
 Coq. omnia in s. q. aqua pro ℥ij in qui-
 bus colatis iterum coquantur ut decet,
 Turbith. opt. ℥ijs
 Zinzib. ℥iiij
 Sub finem addendo, ut ebulliant
 Fol. Senna sine Stip. ℥ij
 Epithym. Cret. ℥j
 Stent in infus. per 3. horas, & colentur sine
 expressione. In colatura ferve facta ite-
 rum infunde per noctem agarici trociscati
 ℥v. & si forte opus sit ratione bilis Rha-
 barb. opt. ℥j spica odorat. ℥j. Expres. ad-
 de Syrupi de hyssopo, de succo cardui bened.
 De marrhub. alb.
 Oxymel. squillit. ā. ℥js
 Sachari q. s.

F. Syrupus coctus ad mediocrem consistentiam. Possunt autem cuiusvis dosi, ne ventriculus flatulentus offendatur, duæ vel tres guttulæ vel Ol. anisi, vel macis, aut nucis guttulæ vel similis facultatis affundi. Soleo ante usum huiusmodi Syrupi statim post primam evacuationem per pilulas factam, sequentem sacculum vel in vino vel in cerevisia ita per noctem infundere, ut quatuor aut quinque digitos superemineat: postea expressione, ut decet, factâ singulis prandiis haustum satis magnum defundere, & ubi prandio mediocriter peracto potus desideratur, primum haustum præbere, quo facto jubeo vel vini vel cerevisiæ haustulum superbibere, ut ingratus sapor evanescat: postea prandium ut decet peragere. Possum affirmare in tali casu ad evacuandam nullam occasionem efficaciorē mihi datam esse, nec felicius quicquam successisse. Cum enim in Asthmaticis inferior venter flatibus & cruditatibus undiquaque sit refertus: mirum dictu est, quantum harum, & pituitæ in membris nutritoriis diu latitantis & retentæ, felicissimè & cum summa tolerantia patientis sit excrementum: adeò ut non solum cæteris medicamentorum purgantium modis prætulerim: sed etiam sæpè sub cœnam usum ejus, ut scilicet materiam deorsum magis promoverem, flatûsque educendo coercerem imperaverim. Est autem materia sacculi talis.

Recip. Rad. Cichorij ʒvj

Gentiana

Angelica

Pimpinella ā. ʒij

Glycyrrhiza ʒij

Sem. carthami ʒvj

Aquilegia ʒij

Card. Maria ʒj

Fol. Senna ʒij

Epithym. Crec. ʒj

Agar. troscaria ʒvj

Rhabarbari (si opus sit) ʒj

Spica gr. viij

Fol. Tussilag.

Anthr. alb.

Hyssopi

Card. bened.

Scabiosa

Botrys ā. pjs

Beton. Mj
Flor. Stæchard. arab.
Ambros. ā. pjs

Pulsa omnia ligentur in sacculo.

Cum autem materia ex alto trahenda sit, non incommode accipiuntur

3ij Turbith.
℥ Znzib. 3j

etiam pulveri sata ea in sacculo ligata: primum coquuntur vel in cerevisia, vel vino: & postea refrigerata affundantur vel vino vel cerevisiæ prioris sacci & cotidie exprimantur. Priori autem biduo, dum æger ex sacculis bibat, consuevi tantum potus affundere, quantum defusum erat: deinceps verò nihil, donec totum ebiberent. Hunc in modum materiâ mediocriter evacuatâ, iterum per pillulas satis fortes existimarim satis commodè materiam electivè evacuari: de quibus non opus est prolixius monere, cum paulò antea dixerim.

Verùm cum morbus sit longus, & non facilè cedat remediis: habitus etiam venarum, haud dubiè, multo sero pituitoso abundet, non opinor magis quicquam ex usu nobilissimi patientis futurum esse: quam si ulteriori evacuationi materia prius adequetur & ità coquatur, ut & exquisitius totus habitus venarum à pituita retundante purgari, & integritas temperamenti, quoad ejus fieri potest, restitui possit. Fieri autem coctio poterit, per medicamenta ea, quæ non solum concoquendi, attenuandi, incidendi & detergendi facultate prædita sunt: sed etiam per ea, quæ materiam per sudorem dissipandi & mediocriter exiccandi vim obtinent, & pectori appropriata sunt: quale est sequens decoctum, cui lignum Guaiacum causâ exiccationis magno successu admiscetur.

Recip. Rad. Cichorii 3j
Irid. Illyr. 3vj
Pimpinella 3vj
Gentiana
Aristolochia rot. ā. 3j
Polypodii 3vj
Herb. Pulmonar.
Scabiosa
Card. Bened.
Marrub. alb.
Hyssopi
Betonica ā. Mj

Ligni

Ligni Guaiaci limâ triti ℥iiij

Passular. Corinth.

Iujub. ā. ℥j

Sem. fœnugraci ℥ß

Aquilegia ℥ij

Coq. in libys aq. Cichorii & lib. js aq. betonica, & ℥j aq. russilag ad medietatem lento igne. Colatura adde

Syr. de Hyssopo ℥iiij

De succo Cardui bened. ℥ij

Mis. f. potio. de quo dentur ℥v pro vice bis de die.

Exhibent nonnulli Medici lignum Sassafras decoctum cum rad poly-pod. ex juscule carniū vel galli antiqui, cum carminantibus, sicut describit Mesu es: cujus usus jam dicto decocto instar succedanii esset. Sunt nonnulli ægrotantes eâ temperamenti proprietate præditi, ut à potionibus omninò abhorreant; iis prodesse solitus plurimum pulvis ex juscule carniū, vel ex decocto hordei ex brodio pulli facto, & croco aromatizato, ad ℥j pondus, manè & vesperi loco digestivi exhibitus.

Rec. Rad. Glyzirkiza ℥iiij

Gentiana

Aristoloch. rot.

Irid. Illyr.

Enula ā. ℥j

Pu'mon. vulp. præp. ℥js

Fol. Hyssopi

Marrubii sicc. ā. ℥ß

Sem. Pœonia

Fœniculi

Anisi ā. ℥j

Aquileg. ℥js

Cinamomi acuti ℥ij

Croci oriental. ℥s

Spec. Diaireos simp. ℥s

Salomon. ℥j

Sachari candi ℥s

Post hæc syrupus supra scriptus, nodulis prius usurpatis, exhiberi, & tandem electiva evacuatio per pillulas fortiores subjungi: denique uni-
verso

verso corpori ; partibusque singulis confirmandis ʒj Theriacæ veteris cum ʒj Spec. Diatrag. frigidi exhiberi posset.

Universi hunc in modum ratione habitâ, capitis robur exuscitari, & materia in pulmones illapsa talibus medicamentis attenuari, extergi & per tussim expelli tutissimè videtur. Sunt autem primum Tabulæ sequentes, quarum de die sæpè duæ vel tres, ut sensim liquecant, in ore tenendæ.

Recip. *Extracti Irid. Illyr. gr. xij*
Ext. glycyrrhizæ gr. vij
Sem. melon. excort. ʒj
Specier. diatrag. frig. ʒij
Ol. nuc. moschat. destill. gr. vj
Sachari alb. solut. in aq.
Scabios. & cinamom. ʒiij
F. confect. in rotulis.

Deindè non minoris efficaciz est Looch sequens, si frequenter portio nucis avellanæ ore excepta paulatim liquefcere, & per tracheam defluere sinat.

Recip. *Looch sani & experti*
De pulmone vulpis
De pino ã. ʒß
Emula condita, contusa & hume-
ctata aq. card. bened. ʒij
Spec. diatreos simpl. ʒj
Sem. fœniculi
Anisi ã. ʒß
Aquilegia ʒj
Glycyrrhizæ ʒß

Cum Syrupo de hyssopo q. s. F. Looch liquidum. Quando autem materia pertinaciter hæret, Looch tale sæpè plurimum profuit.

Recip. *Looch de pulm. vulpis,*
sani & experti
De pino ã. ʒij
Pul. emula
Ireos
Gentiana ã. ʒjs
Cum syr. violar. & de hyssopo a. q. s.
F. Mixtura.

Commendant Itali & Galli Looch ex radice dracunculi, ari & gentianæ cum amigdalis & melle factum: item illud quod ex Therebinthina cum melle, sacharo, aut butyro recenti paratur. Mesueus utitur Looch ex squilla, quod crassam & lentam pituitam non solum ex bronchiis, sed etiam ex parenchymate pulmonum potenter liberare affirmat.

Electuarium diabutyrum ab Italis vocatum, ut maximi à multis fit, ità etiam mirificè pituitosos humores ex pectore liberare multoties magno successu vidi: hisce annumerari potest oleum sulphuris therebinthinatum \mathfrak{ss} , quæ modò retulimus, admistum, aut nonnunquam ad guttulas x. ex cerevisia bibitum.

Quibus eclegmata talia displicent, \mathfrak{ss} syrupus sequens frequenter exhiberi potest ad $\mathfrak{z}\beta$ vel $\mathfrak{z}\text{ij}$ vel circiter.

Recip. *Extract. card. bened.*

Scabiosa \mathfrak{a} . $\mathfrak{z}\beta$

Extr. hordei gr. vij

Glyzyrrhizæ gr. v.

Sachari albi $\mathfrak{z}\text{ij}$ *soluti in aq.*

Scabiosa.

Quibus adde Syrup. de hyssopo $\mathfrak{z}\text{j}$

De prassio

De jujubis \mathfrak{a} . $\mathfrak{z}\mathfrak{s}$

Aq. Cinamomi $\mathfrak{z}\text{j}$

Mis. Efficacissimum est remedium ad reserandos obstructos pulmonum meatus, & liberiores respirationem promovendam. Et cum sitis propter crebriorem respirationem vehementer urgeat, illi demulcendæ prodest sæpè exhibere cochlear unum vel alterum ex aqua sequenti.

Rec. *Rad. Enulæ condita* $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$

Cort. citri,

Arantior. a. $\mathfrak{z}\beta$

Incisa contendantur in mortario, postea affusa aqua card. bened. $\mathfrak{ss}\text{j}$ scabiosæ $\mathfrak{z}\text{ijj}$. Colentur fortiter exprimendo: aquæ claræ adde aq. cinamomi $\mathfrak{z}\text{j}$. Non experientur tantum sitim sedare, sed etiam liberiores aëris frigidi attractionem & pituitæ excretionem promovere.

Decoctum hordei ex brodio pulli & glyzyrriza cum croco arimatisato similiter anhelitum liberiores reddit & sitim sedat. Eadem intentio promovetur etiam medicamentis forinsecus admotis, quibus os pectoris inungitur, ut nimirum materia in pulmonibus facilius, libereretur & exsernatur; quale est unguentum sequens:

Recip.

Recip. Ol. amigd. dul.

De croco

Cbeirin. ā. ℥iij

Pingued. cap. ℥js

Pul. iridis

Hyssopi

Enula ā. ℥ss

Croci gr. v.

Cera parum. Mis. f. liniment.

Plurimum Asthmaticis emolumenti adferre vidi, ad expectorandam materiam pituitosam tale cataplasma.

Recip. Caricar. ping.

Dactylor. ā. ℥j

Herb. malva

Bismalva

Flor. melilot.

Chamomel. ā. ℥ij

Farina lini

Fenugraci ā. ℥j

Rad. malva

Althea

Lilior. alb. ā. ℥j

Herb. Hyssopi

Marrub. albi

Pulegi

Scabiosa

Tussilaginis ā. ℥ij

Rad. ari ℥iij

Decoquantur ad mollitiem, postea adde stercoris columbini. ℥j, pul. sem. fenugraci ℥j pingued. anatis, gallina ā. q. s. ad sufficientem pinguitudinem, f. Cataplasma molle, applicandum pectori.

Sunt qui ex rapis exiccatis & in aq. card. bened. coctis & contusis cum pulvere hyssopi & pinguedine gallinae cataplasma factum maximo & laudabili successu admovent. Præter hæc etiam opus erat medicamentis, quæ virtutem cerebri & pulmonum peculiariter determinentem adjuvarent, proportionem scil. mistionis formarum elementorum.

Verum cum talia iis medicamentis, quæ hætenus usurpanda præscripta sunt, semper admiscere oportuerit: supervacaneum esset, de iis peculiarem sermonem instituere,

De catharri à capite diversione & revulsione nihil arbitror dicendum, suppono enim antea facta esse à Medicis præsentibus: & posset usus Theriacæ supra consignatæ frequenter repeti, & ex oleo nuc mosc. destillato & speciebus rosatæ novellæ, item diamoschi dulcis, & diambra tabulæ continuari, mirificè utiles, quales sunt sequentes:

Recip. Spec. Diambra

Diamoschi dul.

Aromat. ros. ʒ. 3ß

Diatrag. frigid. ʒij

Margarit. preparat. ʒj

Sach. cand. albiß. soluti in aq.

cickorii, tussilag. & beton. ʒiiij

F. Confect. in rotulis.

Extrîsecus convenient sacculi sive cucuphæ & pulveres bregmati inspersi, & odorata, item capitis lotiones, quæ omnia abundè facta nequaquam ambigo.

Accedo ad ultimum caput, nempe ad ea medicamenta, quæ paroxysmum impediunt, leniendo, & alvum apertam retinendo, materiam in pectore detergendo, & per urinam blandè & moderatè ducendo quales sunt pillulæ ex therebinthina & hyssopo concinnatæ ad pondus ʒij exhibitæ.

Parantur autem hunc in modum:

Rec. *Therebinthina Cypria, diligenter lota ex aq. hyssopi ʒj*

Ebulliant affusa aqua hyssopi lbj in vase vitreo mundo ad consumptionem aqua, postea infunde in vas frigidum repletum aq. hyssopi frigida; & cum incepit aqua tepescere, manibus probè malaxetur therebinthina, add. rad. Ireos pulveris. ʒj subinde manus immit-tendo in aq. frigidam hyssopi, fiantque pillula ad formam siccum rubeorum.

Cui intentioni plurimum prosunt clysteres ante coenam frequenter usurpari.

Quando autem omnibus ritè hunc in modum peractis, nihilominus suffocatio nobilissimo patienti molestiam facessit: ad duo respiciendum esse supra monui, nempe ad calorem in pulmonibus, ex lobis ipsorum (dum nobilissimus patiens decumbit) mutuò sibi incumbentibus & expulsionem fuliginum, aërisque attractioni viam præcludentibus exortum, & materiam pituitosam, crudam ac tenuem attrahentem: deinde ad materiam in bronchiis adeoque parenchymate pulmonum contentam. Illud quando fit requirit medicamenta humectantia partim & refrigerantia atque adstringentia sistentiæque affluxum materiæ tenuis, Qualia sunt spiritus sulphuris

phuris acidus per campanam factus, mixtus cum aqua fontana. Infunduntur autem tot guttulæ, quot sufficiant cyatho uni aquæ fontis, ut manifestum acorem præ se ferat: & sæpe exhibetur cochleare unum: sanctè affirmare possum, me, cum primum viderem exhiberi, quasi obstupuisse. Nam statim rediit liberior respiratio: & paroxysmus non modo infrequentius reiterabatur, sed etiam quotiescunque repetere velle advertebatur hoc remedio compescebatur: tantò autem citius impetum humoris tenuis refrenat, quantò aqua magis ex isto spiritu est acida. Præstat item rhob ex berber. ad quantitatem cerasi paulatim deglutitum.

Non minùs est efficax, quam ex spiritu sulphuris medicamentum. Veteres ~~oxyphacum~~ squilliticum saluberrimè commendant: nam & ratione aceti catharrus sistitur & materia in cannis pulmonum inciditur, attenuatur & detergitur, & aëri transitus paratur. Vidi aliquando virum magni nominis ad decem horas, asthmatico paroxismo conflictari, ità ut planè de vita desperaretur: cui cum fortè ab astantibus mulierculis offerretur spongiola in aceto rutaceo intincta, ut vires colligeret, subito fluxus interceptus, & ità paroxysmus quasi miraculo quodam sedatus est.

Hoc verò cum accidit, nempe quando paroxysmus asthmaticus ex pituita pertinaciter hærente & aëris inspirationem efficaciter impediante, oritur, necesse est medicamentis validè aperientibus, materiam dissipantibus & discutientibus uti: tale est sequens remedium de quo frequenter exhibentur cochlearia duo: potenter dilatat pectus & respirationem juvat.

Recip. Extracti cardui bened. ʒß

Sachari albiß. soluri in aq. scabiosa ʒjss

Syr. de hyssopo ʒjss

De prassio ʒß

Aq. cinamomi ʒß

Misce.

Si extractum gentianæ veræ in parato esset, similiter solvi & exhiberi posset, non minori successu. Quod si neque ratione paroxysmus debellari posse videatur: pro panacæa erit sequens potiuncula in duas partes divisa & exhibita.

Rec. Rad. fœniculi

Asari

Iridis Illyr. ā. ʒij

Glyzyrrhiza rasa ʒij

Cog. in aq. fontis ad causam tertia partis Colatura Rec. ʒviii, in quibus dissolve, Ammoniacy ʒj, oxymel. compes. ʒß. Syr. de prasio ʒij.
Misce.

Vidi aquam ex floribus raporum cum croco & pauco moscho miramur tam miraculosè Asthmaticis restituere respirationem liberam.

Nonnulli accipiunt Ammoniacy 3jss. Malaxat. addantur pulveres glycyrrhizæ & sachari penidii q. s. formantque pillulas n. xx. ad deglutientem eodem fine quatuor vel quinque exhibent.

Extremum & nunquam fallens habetur potiuncula subsequens

Recip. *Ammoniacy 3jss*

Aq. hyssopi 3iij

Vinirheumani 3ij

Misce ut decet

Tantâ efficaciam suffocatione liberat, ut præclarissimum remedium noster viderim.

Accedo ad victus rationem, quæ virtutem ægri & robur naturæ conservationem, & morbi profligationem non minus quam medicamenta omnia procurare potest: adeò quidem, ut non frustra ab Arctæo dictum sit, turpem calamitatem esse victus rationem in morborum magnorum & longorum curatione negligere.

Et si autem non dubitem nobilissimum ægrotantem de substantiæ qualitate & quantitate ciborum, ordine & tempore abundè commoveri fieri, ut planè actum agere vel videri possim: tamen hoc adjiciendum putavi, quod pluralitas ferculorum, in hoc casu maximum momentum obtineat ad paroxysmum terrificum causandum: quemadmodum & comessationes, quæ in multam noctem extenduntur.

Contrà verò abstinencia à cibo & potu sub noctem, securitatem paroxysmi interceptionem certam pollicetur.

Cerevisias etiam nobilissimum patientem bibere, puto limpidas nimis refrigerantes, qualis est Einbeccensis, nec nimis etiam caput plentes & turbidas.

Vinum sit recens & subdulce.

Si posset hydromelite Litvanico potiri, esset non modò potus convenientissimus, verum etiam medicamentosus, & concoctioni ventriculi & emendandæ cacochymiz pituitosæ utilissimus. Quod si Litvanicum hydromel præstare non posset, fieri poterit ex aquâ mulsâ, capillorum. Veneris, hyssopi, thymi, cardui benedicti, glycyrrhizæ passularum decoctis.

De reliquis rebus non naturalibus nihil addam, nisi ut nobilissimus patiens palustria & ædes aquis undique circumdatas aut vite

ut aërem suffimigiis calefacientibus & siccantibus maximâ curâ altere studeat.

Quibus omnibus misericors Deus pro clementiâ suâ felicissimum largatur successum. Quod ut fiat, toto pectore oro.

CONSILIUM XXXV.

IN PERIPNEUMONIA, ET INCIPIENTE TARTARO PULMONUM.

MOrbus tuus, Illustris N. N. est initio ad Tartaream pulmonum διαθεσιν.

Materia hæc pulmonum, è capite illac depluit. In caput ea exspirat è ventriculo, cujus orificium superius (ita cant) post assumptum cibum nequaquam clauditur.

Præsentes tui Medici aulici vehementer occupati, in regione pulmonum undiquaque fovendâ, ungendâ fricandâ. Sed (ut dicam quod res, & δόλος καὶ ἀπάτης) nil quicquam solennitatibus iisdem proficient.

Hoc enim pacto, vasa pectoris dilatantur, frictiones & linimenta torosa major sequitur affluxus, sicque copiosior materia aliundè illuc versitur, eidemque aliundè accersitæ via panditur, fenestræ aperiuntur. Id ergò quicquid est, pro tempore missum fiat. Quin potius de orio ventriculi tenaciter repagulando sint solliciti.

De nocte nihilominus lambitiva, quibus momenta quædam auri po-tilis immixta sint, salubriter offerentur.

Caput quoque sequenti sapone quandoque demulceatur.

Recip. *Sapon. Venet. opt. ℥ijß*

Agarici ℥jss

Irid. florent. odoratiss.

Caryophyllor. ā. ℥ij

Ol. majoran. gr. vj

Spica gr. ij

Inde duplici vase, sine empyreumate fiat sapo cephalicus.

CONSILIUM XXXVI. IN TUSSI ET SANGUINIS SCREATU.



Obilissimus Dominus, postquam ex febris maligna laborasset, incidit in tussim cum screatu sanguinis quandoque rubri, quandoque nigricantis & grumescantis.

Si in pectore colligitur sanguis, fit id aut per *διαπύθνεσιν* transudationem: aut per *ἀνασφύσησιν* osculorum venarum aut vasorum resolutionem, aut per *ἀγίρεσιν* seu solutionem unitatis.

Sed neque tanta est in hoc corpore vel sanguinis tenuitas, vel tunicarum in venis raritas, ut *διαπύθνεσις* habeat locum: neque vel internæ vel externæ causæ præcesserunt, ut cibi vel medicamenta acria aut calidiorum balnei &c. quæ vasa reserare atque aperire potuerint. Nam vinum quod utitur, præterquam quod familiare ei est, non adeò est potens, ut *ἀνασφύσησιν* inducere queat. Quid? quod maximâ ex parte data sunt medicamenta contrariis prædita viribus, emplastica nempe & adstringentia.

Quod si *ἀγίρεσις* facta esset vasis alicujus & soluta unitas, necessè esset fieri propter *ἀγίρεσιν* erosâ venâ arteriâve, aut propter *ρήξιν* ruptum aliquo vase.

Erosionem nullam subesse ex eo colligo, quod sua dominatio non conqueritur de ulla qualitate acri vel salsa eorum quæ rejiciuntur; à quâ erodi vas posset.

Nihil autem verisimilius videtur esse, quàm continua illa in vehementi tussi, ruptum esse vas aliquod, è quo sanguis ille effluxerit & in grumum concrevit.

Verum enimverò, quo minus hanc quoque adesse statuam, meo veor primum paucitate sanguinis excreti: quem quidem multò major cum copia atque etiam impetu in ista diuturnitate & vehementia tussis vena rupta ejici necesse esset. Atqui, inquiet aliquis, effluit quidem sanguis è vena rupta, sed detinetur in thorace, neque propter conformationis defectum excerni potest. Ego verò, etsi concedatur fieri posset quod dicitur, de quo valdè dubito, non video tamen quomodo collecto copioso sanguine, sive in thoracis musculis, sive capitate pectoris, vel non statim succedat tumor, dolor, inflammatio, febris, vel tussis tam posset esse mitis, ut non nisi rarioribus intervallis nobiliss. diminueretur.

minum infestet. Facit huc, quod sanguis rejectus non uno semper colore conspicitur.

Concludo, igitur sanguinis sputum non per *πρωτοπάθειαν* ἢ *ιδιοπάθειαν*, hoc est, morbum aliquem in vasis pectoris, sed potius cum pituita ex capite destillare.

CURATIO.

1. Respiciendus Catarrhus.
2. Abstergenda in pectore materia, & studendum ne grumi in pectore putrescant: & in piis abientes vicinas partes exulcerent.
3. Uno oculo ad hypochondiacum malum respiciendum, ne viscerum obstructions augeantur, vel flatus cumulentur. Hujus autem curatio alterius est deliberationis,

Explebuntur hi scopi: Venæ sectione in sinistro brachio, portione leniente & abstergente cum levi adstrictione, vel in forma solida aut elegmatis aut lupinis.

Pro liene electuarium ex Chalybe.

Pro catharro & sanguinis spreto, syrupus ex si liquidis vel diacodion Montani, vel rotulæ sequentes:

Recip. *Spec. diatrag. frig.*

Diapenid.

Diatreos

Sem. 4. frigid. major. ā. ʒʒ

Sem. papaver. albi

Urtica ā. ʒʒs

Succi glycyrrhiza

Rad. Elenii

Pulmon. vulp. ā. ʒj

Sachar. alb. q. s. cum aq. scabiose

dissol. f. Rotula.

CONSILIVM XXXVII.

IN TUBERCULO CRUDO, ET SANGUINIS SPUTO.

Priusquam de hoc casu meum exponam iudicium, candidè, imò ad verbum, ea adscribam, quæ de ægri statu Medici ægro huic nostro omestici, singulatim retulerunt.

E e

Sic

Sic ergò ad verbum Relatio:

„ Coqueritur Dominus NN. de difficultate Anhelitus, maximè si
 „ concitatio gressu longiusculum excurrit. Tantum autem illi faceffit
 „ negotii, ut quamprimum confidere cogatur, aut si scalas paulò altiores
 „ ascenderit, proximis inniti apertis fenestris, liberiores auram hauri-
 „ vendi & captandi gratiâ: quibus inordinatè tamen, succedit improvisa
 „ & inopinata *πλόγῳ* aut calor febrilis. Omnium verò partium ex-
 „ ternarum totius corporis extenuans macies, suum sibi pectus vacuum
 „ videri refert, crebrioribus est obnoxius destillationibus, à capite ad
 „ gulam delambentibus subsalsis. Unde frequens tussis, absque tamen
 „ ullius, vel saltem cum pauci admodum sputi ejectione. Elapso qui-
 „ dem vere, & jam instante autumno, tussis adeò exacerbabatur, ut &
 „ sub noctem ingestum in coenâ cibum revomeret, & rubicundi sangui-
 „ nis spumosi, quantum binarum manuum volis contineri potest, reji-
 „ ceret. Hinc succedit *ἀνορεξία καὶ ἀποσιτία*, somnus irrequietus, lassitudo
 „ aut potius imbecillitas omnium partium, cum sublevi lypothymia.

„ A purgantibus abstinemus, metu colliquationis virium, nisi, quod
 „ crebrius usu venire solet, alvus durior evadet, tunc enim enemate in-
 „ duratas & adustas feces educimus, de jure galli non saliti, syrupo vio-
 „ laceo solutivo, saccharo Thomæo, diasebesten cum diagridio & vitello
 „ ovi parato. Singulis diebus manè jus pulli cum sacco betonicæ, ci-
 „ chorii & Endiviæ propinamus, vel in eodem nodulum ex radicibus
 „ scabiosæ, floribus Pœoniæ, margaritis & corallis rubeis, atque ejus ge-
 „ neris aliis, confectum aliquantulum maceratum & expressum infun-
 „ dimus. Loch de portulaca, de caulibus, cum syrupo de prassio, ad
 „ pectus consolidandum exhibemus, quod & optimè fert. Ex siliquis
 „ etiam dulcibus, & aliis appropriatis eclegma conficimus, additis aliis
 „ corroborantibus, variâ medicamentorum formulâ subindè immutatis.

Haftenus verba Medicorum domesticorum, historicæ relationis loco.

NUnc quid de proposito mihi videatur casu, meis explicabo verbis.

Symptomata commemorata partim sunt vetera, partim recentia. Illa morbum in via: hæc in solutâ unitate ostendunt.

Morbus in via originem traxit ex materia in ipsâ pulmonum substantiâ collecta, tuberculumque in eâ crudum efficiente, & respirationem adeò impediende, ut æger ad quemvis motum corporis paulò concitatio-rem, non modò impeditè, & difficulter respiret, sed & propter fuligines, quibus non libera conceditur expulsio, calor præter naturam excitetur.

In so-

In solutâ unitate sit morbus, propter apertionem venarum in pulmonibus, sive in catharro falso eâ exesâ sint, sive ab excussione graviore ruptæ: quamvis ruptionem esse, magis opinemur, quàm exesionem.

De temperamento agrotantis, cuperemus aliquid additum fuisse narrationi, ut de catharri falsi causis exquisitius differere potuissemus. Et quamvis difficile non sit, quæ illæ sint, ex consignatione colligere: præstant tamen, si aliquid tale fuisset additum, quod putemus, intemperiem nativam visceribus inesse, ad phthiseos productionem proclivem. Curatio difficilis est futura, & egebit solerti diligentique tractatione, tum quod malum videatur habere aliquid nativæ imbecillitatis, tum quod curationes ex parte futuræ sint contrariæ. Si enim tuberculi crudi *δερανιδαν* instituire velimus, necessum erit, ut humectantibus, emollientibus, & temperatè solventibus, maturationem vel resolutionem instituamus. Si econtra venas ruptas respiciamus, glutinantia incrassantia, cum leviter expectorantibus & consolidantibus erunt necessaria.

Intercipiendus insuper venit catharrus incrassantibus & divertentibus, ne amplius ad pulmones defluat, ruptionemque eam periculosiorem reddat.

Quod igitur crudi tuberculi attinet maturationem, ex usu futurum arbitramur cataplasma sub litera A. descriptum, admovendum pectori.

Potio etiam ad aliquot dies exhibenda, pro concoctione materiæ crudæ, nisi simul & consolidatione venarum, sub charactere B.

Postea purgatio ex Manna commodissimè institui posset, quæ literâ C. notata est.

Ut ne interim agglutinatio & consolidatio venarum ruptarum negligatur, potest in cotidiano usu haberi Electuarium D. vel loco ejus (permutatim tamen) Mixture E.

Ac si fortè excretio materiæ è pectore sufficiens fieri non posset, syrupo F. procuretur: quamvis ut ne quid dissimulem, loco syrupi jujubar, syrupus è siliquis rectè usurpari possit. Non abs re etiam futurus est syrupus Ferneli ex consolida, qui plerasque intentiones, quibus nobis hoc in ægroto opus est, obtinet.

His ità ritè adhibitis, non dubitamus, successurum lepidè, quod volumus.

Quod si sanguinis excretio uberior eveniat, necesse esset, exhibere trociseos de Carabe, de terrâ sigillatâ, de spodio. Experti etiam sumus maximam vim Olei, non spiritus Vitrioli: si nempe hujus grana sex ex aq. plantaginis ꝯv. exhibeantur mire sanguinem è Venis erumpentem sistit.

Catharro sistendo cerota fieri possent exiccantibus: cucurbitulæ etiam non futuræ essent inutiles, ut & syrupus depapevere.

De victus ratione non arbitramur opus esse monere præsentis Medicos: nisi quod existimemus, rectè eos facturos esse, si juscula frequentia cum papavere albo & amigdalibus exhibeant. Bibat etiam emulsiones seminum melonum, cum pistaceis pineis & amygdalis, ex decocto hordei factas. Juscula ex avena depilata plurimum profunt. Inter cætera autem mirificè pulmonibus in exulcerationem pronis prodest pulvis subtiliter G. cujus ℥ij vel ℥iij immediate ante cibum cum jusculo sumere poterit.

De cæteris præsentis Medici facile constituent.

Recip. *Farina Sem. malv.*

Albea ā. ℥js

Hordei

Fœnigræcæ

Lini ā ℥j

Herbar. russilæginis

Capill. Veneris

Adjuncti

Scabiosa

Hyssopi ā. ℥ij

Rad. malvæ

Ireos

Albea

Glycyrrhiza rasa ā. ℥j

Filinum ping. n. vij

Injubar.

Sebesten ā. n. ℥x

Uvar. pass. enucleat. ℥j

Fiat decoctio pro cataplasmate, cui add.

Tragacanth.

Gum. Arab.

Boli armeni ā. ℥ss

Ol. amig. dul.

Lini r. alb. ā. q. s.

Pingued. Gallinæ

Anacis ā. ℥ij

Butyri rec. loti cum aq. ros. ℥jss

Maf. F. Cataplasma A.

Recip.

Recip. Hordei mundæ M^{ss}

Passular.

Glycyrrhiza rasa ā. ʒj

Rad. ruffilaginis ʒiij

Consol. major. ʒj

Fen. uli

Enula Camp. ā. ʒjs

Althea ʒij

Gummi Arab.

Tragacanth. ā. ʒij

Amg^{ls} ʒjs

Herbar. centummorbia M^{ss}

Plantaginis

Pimpinella Ital. ā. p. j.

Adianchi nigri Lugd.

Scabiosa

Tassilag. ā. p. j.

Decoq. vel in bradio pulli, vel in f. q.
aque pro ʒij. Dentur pro dosi ʒiij

S. Potio B.

Recip. Iujubar.

Sebesten ā. m. x.

Glycyrrhiza munda

Passular. enuclear. ā. ʒjs

Rad. Ungula caball. ʒijs

Sem. citri ʒj

Decoq. in f. q. aq. hordei, pro ʒiij

In quib. dissol. Manna ʒjs.

Sig. Potio C. ad solutionem
alvi.

Recip. Confer. rosar. vetustiss. ʒij.

Corall. rub. ʒij

Boli armeni veri ʒj

Spet. Diarhod. Abbas. ʒjs

cum Syr. ros. ex rosis siccis


F. Electuarium D.

Recip. Thuris, mastice, amyli ā. ʒj

Gum. Arab.

Tragacanth. ā. ʒi
Penidiorum ad pondus omnium.
Cum syrupo ex symphyto Fernelij
Fiat. Mixture E.
 Recip. *Syr. Fuzubini ʒij*
Deglycyrrhiza. de tussilag. ā. ʒß
De hyssopo ʒiij
Mis. S. Cassi F.
 Recip. *Sem. papaveris albi ʒiij*
Acciose
Endivia ā. ʒij
Plantaginis
Portulacæ ā. ʒß
Som. melonum.
Cucumeris
Cucurbitæ
Citrulli ā. ʒij
Gum. Arabici
Magaganth.
Amyli ā. ʒß
Pulmon. vulp. præp. ʒj
Succi glycyrrhizæ ʒij
Penitior. ad pondus omnium.
Fiat Pulvis G.

CONSILIUM XXXVIII.
 IN CORDIS ANGORIBUS, VELLI-
 CATIONIBUS, RATIONIBUS ET PAL-
 PITATIONE.


 Onqueritur Illustrissimus Princeps aliquot abhinc septimanis de magnis potissimum cordis angoribus, vellicationibus, rationibus ac velut palpitatione: iisque primum interpolatis, nunc continuis: quibus jungantur omnium facultatum actiones depravatæ, lassitudo imprimis crurum: ac syncopen, pthisin, & alia grandiora symptomata metuit,

Quæ sanè cordis molestiæ , ut præsupponantur adesse : neque enim leviter de palpitatione addubitare licet , utpote cujus , si vera sit , motus à pulsu alienus existat : In suæ Cels. autem pulsu , etiam palpitationis tempore , nulla mutatio nisi in altitudine percipiatur.

Suppositis inquam , istis , ex causis suis faciliè illa pendetur , tam externis , mœrore ; quam internis , melancholia hypochondriaca.

Cum enim Cels. sua ex obitu illustrissimæ conjugis , tantum mœrorem conceperit , atque eundem satis diu foverit : haud mirandum , Cor (in quo affectus veluti in sede consistunt) spiritibus per mœrorem confectis , refrigeratum , hinc calorem ad alia membra influentem , debiliorem multò , illis communicatum , sicque actiones nonnullas imminutas vel potius depravatas fuisse. Ità nimirum Plato , omnes penè corporis morbos ab animo oriri docet , & Galenus à propria cordis temporis universas facultates gubernari , earumque actiones perfici , monet.

Unde ipsum quoque Cor , quod primam sentit læsionem , hujus reliquias adhuc percipit , angustias scilicet quasdam sive interpolatas sive continuas.

Accedit Melancholia Hypochondriaca dicta , cui S. Cels. non leviter est obnoxia : quantum ex symptomatis primum patere , potest pathognomonicis , mœsticia , timore , cum abjectione rugitu hypochondriorum. Deinde ex causis remotioribus , & quidem efficientibus , ventriculo frigido , ut ex copioso pituitæ proventu colligere est , cruditatibus , ructibus insipidis , juvamento ex calidis : & epate ac venis calidioribus , ut ex lentore phlegmatis patet , urinis copiosioribus calore manuum à cibo , oris quandoque ariditate & phlegmatis ibi collectione ; ne alia à corporis habitu desumpta signa adducantur : Liene demum obstructo & succis melancholicis referto , ut ex decubito in sinistrum denegato constat , dolore quandoque hypochondrii sinistri , evaporatione fumorum ad superiora , excretionem nigrorum. Materiali rursus , humoribus diversissimis , phlegmata crasso , viscido , vitreo : Bile quandoque vitellina , succo melancholico nigro , ut per excreta patuit : vaporibus quoque atris & malignis , inde symptomata illa tam molesta.

Subjecto præterea apto , mesaræo , pancreate & ramis quibusdam venæ portæ , quæ cum alias sentina statuantur excrementorum totius corporis , majorem illa excipiendi ob copiam scilicet , occasionem adiunguntur.

Externis tandem , in ordinata victus ratione , nimis & in tempestivis exercitiis , & erratis in singulis ferè rebus non naturalibus. Unde

de non tantum calor natus imminutus, sed & in æquales viscerum intemperies, cruditas, consequenter obstructionum causæ principales.

Ex causa quoque illa patet propinquiori, obstructione scilicet: crassis illis & inæqualibus ramorum quorundam, venarum, mesaræum pancreas & lienem permeantium: ut ex effumatione vaporum quasi continua, colligitur, rugitu seu murmuribus intestinorum, anxietate cordis & mentis.

Quod sanè obstructionis ratione fit, ut humores ibi tempestivè non expurgati, sed conculcati incalescant, imò quasi per elixationem quandam rarefiant: atque à natura quæ nunquam ociosa est, sed utile ab inutili fecernere conatur, agitati, fumos de sese crassiores vel tenuiores spargant unde symptomata postmodum de quibus S. Cels. potissimum queritur, oboriuntur. Vapores enim illi atrii & crassi, soli aut flatibus aut aliis fumi ventriculi & lienis permixti, ad cor delati, pravâ suâ vel etiam alias molestâ qualitate, anxietatem illam & veluti palpitationem cordis, dum hoc, quod molestum sibi est, expellere conatur, producant.

Ac sub finem plerumque primæ coctionis, initium secundæ, intenditur malum: quando nimirum distribui chylus per mesaraicas debet, sed propter obstructiones regurgitare cogitur (unde murmura frequente exaudiuntur) vel quando prima coctione cum labore quodam & imbecilliter (ob calorem nativum imminutum) finita, nova succedit, secundæ coctionis in crudiorum illum chylum, à venis & epate, actio. Unde etiam in sinistrum latus decumbere tam facillè non licet, dum arteriæ quæ copiosiores (inter omnia reliqua viscera) à corde ad lienem deferuntur, incalescunt, sic humores agitentur, consequenter fumi semper novi, excitentur.

Quæ eadem ratio est, cur ab exercitio vel alio motu concitatio (agitata scilicet materia) symptoma illud ingravescat. Neque verò quod S. Cels. continuò se isto malo affligi conqueratur, per essentiam cor affectum, concludere necesse est: cum neque in pulsu mutatio, vel exigua deprehendatur: neque vellicationes seu rosiones sint incensæ: effumati autem illa possit esse continua, vel relinquere cineres quasi quosdam, vel acridinem quandam imprimere: vel certè motus iste continuus sedes suam, cor nimirum, per mororem valde debilitatum, afficere continuè queat. Fumi porò illi ad cerebrum delati, vel etiam quod instar cucurbitulæ illud sit, attracti, dum faciem prætervolant, coloris in illa quodamque mutationem gignunt; & spiritibus animalibus tanquam lucidis, il-

ut nigri si objiciantur, varia illa symptomata: melancholica, timor, mœsticia & varia periculorum imaginatio: itemque ex alto & quasi cum gemitu veluti respiratio, exoriuntur. Qui & ipsi fumi cerebro sese insinuantes, vigilias aut somnum perturbatum conciliant, cum benigniores fumos somni materiam esse, notum sit. Quemadmodum si in cerebro densentur, deorsum ad principia nervorum ferantur, & leves obstructions pariant, tremores quandoque, frequenter autem lassitudines illæ artuum oboriuntur: unde per sudorem quoque facile discutuntur: quæ tamen lassitudines ex crassioribus etiam lienis fumis dependere possunt, quemadmodum in scorbuto experimur. Hoc verò malum licet non admodum facile tolli soleat, propter causarum quendam introductum habitum: humorum contumaciam: intemperies viscerum & curandi intentiones contrarias: Attamen constitutio corporis laudabilis: ætas vegeta: facultatum tantum quarundam actiones non abolitæ, sed depravatæ saltem, aut quodammodo imminutæ, optimè sperare jubent.

Tolerantia verò interim præstanda, quod nullus Medicus citò ea sanet, quæ naturæ per se difficulter sunt sanabilia.

Curandi igitur intentiones quod attinet, ex relatis facile patet, obstructions imprimis esse referendas: materiam visceribus & vasis hærentem incidendam & educendam: intemperies viscerum corrigendas: ipsa postmodum per appropriata roboranda.

Quas sanè intentiones aggrediendo, secundum triplicia Medicorum instrumenta seu auxilia. Diætam quod attinet magna illius ratio habenda, quod absque illa reliqua medicamenta nil possint: & secundum Galenum illâ unicâ diuturni ferè curentur morbi, subtracto fomite, scilicet cruditate.

Aër igitur sit temperatus tam in activis quàm in passivis qualitatibus: imprimis verò vitandus frigidus & humidus: itemque mutationes aëris subitæ, v. g. à frigido valdè ad calidum, & contrà: vitandus quoque non perflatus vel conclusus, quo non caput oneratur tantum, sed humores qua si eolliquantur, hinc destillationes. Possent quoque tempore frigidiori vel humidiori, trochisci parari ex ligno rosæ, thure, succino, styrace calamitide, caryophyllorum, ligno aloes, benzoi, &c. atque ijs fumus in cubili vel vaporario excitari.

In cibo observetur & qualitas & quantitas.

Quantitas quidem ut de mensa surgens S. Cels. appetat adhuc, neque unquam cibo sese repleat, quin illius desiderio adhuc teneatur: præerea ut coena sit parcior, quandoque etiam nulla.

Qualitas verò ut sit attenuans ex §. de l. a. 2. neque varius, sed quoad licet simplicissimus: cum simplex licet paulò deterior, tamen non noceat, quantum multiplex, licet melior, ob inæqualitatem succi & coctionis. Utiles verò sunt carnes gallinarum, caponum, avium in aëre tantum degentium, vervecina, hœdina tenera, bovina tenera, vitulina satis adulta: & alii cibi facilis digestionis, qui probè noti sunt.

Fugiendi autem crassum & viscidum succum gignentis, quales sunt frigidi suâ natura, pisces & carnes crassioris substantiæ, aves in locis palustribus viventes, v. g. anseres, anates.

Lacticinia, caseus imprimis (si modo illo vescatur S. Cels.) vetustior. Ejusmodi quoque sunt pingua, sale vel aromatis nimium condita, fumo exiccata, frixa, acida, caput petentia (v. g. cape, porrum, sinapi) flatulenta item, ut sunt rapa, legumina, castaneæ. Ex fructibus potissimum conveniunt cappares, limones: & permittantur fraga, cerasa, perfica benè matura.

Assis potius utendum quam elixis (cæteris paribus) quod hæc fluctuent in ventriculo.

Ordo quoque in cibis servandus, scilicet ut liquidus ex jusculis gallinarum, ptisana, præcedat, solidiores sequantur, & inter hos primum elixi, deinde assi. Justum quoque oportet esse spacium inter prandium & coenam, ut scilicet prior cibus prius digeratur, quam alius ingeratur.

A cibo assumenda, quæ effumationem vaporum quodammodo prohibeant v. g. pyra, cydonia, Confect. anisi, coriandri aut fœniculi: quemadmodum ut dictis confectionibus aut diacydoniate uti liceret: vel pulvere tali peptico.

Recip. *Pani albi tostii* ℥iiij

Coriand. præpar. ℥j

Cinam. elect. ℥ij

Galenga ℥j

Masticis 3ß

Sach. rosat. tabulat. ad Pondus

omnium, f. s. a. Tragea.

Pani quoque quo vescitur S. Cels. Scm.

carui, coriand. vel fœnic. misceri posset.

Potus magna habenda ratio, cum citò & multum nutriat; neque eo carere possimus. Cerevisia itaque sit rara, limpida, vetustior parumper non fœculenta: Vina generosa fugienda, crassa item & adstringentia: quemadmodum omnia alia in nimia quantitate: utendum albo, tenui, oligo-

oligophoro, quale est Rhenanum tenue, vel neccarinum. Commodum verò valdè esset medicato uti ex borragine vel scolopendria, imprimis verò melissa: parant nonnulli & vinum purgans.

Non statim à cœna dormiendum, sed ad minimum per horam unam aut alteram deambulandum moderatè, aut tempus qualitercunque fallendum. Diurnus verò somnus omninò improbatur, quod excitet quidem & elevet vapores, sed non perficiat, nisi assueverit S. Cels. vel nocturnus brevior fuerit: tunc enim sedendo illi indulgere poterit.

Exercitium sit moderatum jejuno stomacho, & excrementis rejectis, ambulando vel equitando, eousque donec corpus madeat, non autem sudet: vel quando ex anhelitus mutatione, calorem satis excitatum sentiat. Ac manè quidem validius paulò, quam vesperi: nunquam verò valentius, cum immoderatum noceat, non tantum absumendo spiritus, sed & sanguis & humores agitentur, sic incalescant, hinc effumatio major. Nequè instituatur illud à cibo, cum ità crudi succi per totum detraherentur. Neque cibus ab illo statim sumendus, sed quando corpus à motu non amplius calet, id quod ex respiratione facillè patet: ne scil. cibus justo citius ad viscera rapiatur, sic obstructions novæ gignantur, vel priores augeantur. Monent hic nonnulli, vestes haud oportere esse strictas, potissimum circa thoracem, collum, alas, inguina: itemque ligaturas circa genua, non arctas fieri debere: ne scilicet vasis compressis transitus spiritibus & humoribus liber intercludatur, sic incalescant & fumes de se spargant.

Excrementa cotidie deponenda, vel sponte vel arte, passulis scil. purgantibus, enematis vel aliis assueris. Caput (vacuato corpore) manè peccendum ad sua discutienda excrementa, mox frusto agarici crudi primum, post panno asperiori fricandum.

Balneo si S. Cels. uti voluerit, quo vapores melancholicos per cutem dissipari, aut saltem demulceri, certò constat: ventriculus prius inungendus oleo mastichino vel de nuce moschata.

Animi tandem affectus sint moderati, tristitia potissimum, animi mœror, & motus, qui aliis sunt vehementiores, & à cibo meditationes: dum vel ferventiorum reddunt sanguinem, vel interius calorem cogunt, vel spiritus exhauriunt.

Cheirurgiam quod spectat: licet nauseantem, quique debilioris sunt ventriculi, phlebotomiâ minimè uti debere, vulgò statuatur: attamen cum & Epar sit calidius, præterea adsint obstructions, & morbus hic possit fieri magnus (ratione symptomatum partim junctorum, partim sub-

secutorum) consentientibus imprimis viribus & ætate (quæ tria ex Hippocr. & Galeni præcepto, venæ sectionem indicant) vena dextri vel finistri brachii in vere & autumno secari poterit: cum præsertim s. de loc. aff. 2. testetur Gal. Omnes qui palpitatione cordis laborarint, venæ sectione adjuutos fuisse: ac quemadmodum refert, annuâ sectione malum illud præcavisse: semper tamen illud attendendum, quod 1. ad Glauco. II. & 3. de loc. aff. 7. diligenter monemur, calorem & substantiam effluentis sanguinis observandum esse, ita nimirum, ut ater & crassius liberius paulò emittatur, tenuis verò & clarus contra.

Hæmorrhoides quoque si aliquando fluxerint, apertioni earundem studendum rursus, per pilulas aloëticas, vel alia auxilia nota. Et cucurbitulæ quandoque affigendæ naibus ad materiæ derivationem, itemque ob emulgentes calidiores.

In paroxysmo quoque vehementiori (post vacationem totius) duæ cucurbitulæ regioni cordis, una parti anteriori altera posteriori affigi possent: quæ statim & vehementer causas morbificas à corde evocare solent.

Neque frictiones omittendæ parium inferiorum deorsum versus, itemque lotiones quandoque pedum ex decoct. hyssopi, absynth. ruthæ, salviz, abrotani, puleg. chamemel. & id genus aliis.

Possent quoque fonticuli de more in cruribus excitari, cum potiora symptomata ex pravis potissimum & atris vaporibus, qui à partibus inferioribus in cor & caput feriuntur, pendeant: ambigo tamen an S. Cels. illos sit admissura: quemadmodum & dubitatur, an in malo hoc contumaciori & obstructionibus præsentibus commodi simpliciter illi sint futuri.

Medicamenta tandem quod attinet, humores illi crassi & visciidi, obstructionum causæ, ex Gal. rursus s. de l. a. 7. attenuandi & incidendi, hinc detergendi, malignitatem vaporum & mesaræi & viscerum non negligendo v. g. decoto rad. eryng. cichor. scorzoner. filis. pentaphyll. aperitivar. cort. cappar. thamaris. med. frax. fol. Ceterach. agrimon. spicanth. veron. card. bened. borragini meliss. beton. cichor. endivia sem. carminant. & frig. major. citri, basilicon. flor. cordial. anthos &c. & syr. de pomis, de cort. citri, bisant. &c.

Hinc vacuandi vel continuis vicibus apozema parando purgans: vel interpolatis, infusione (liquidæ enim formæ solidioribus melius subeunt venas obstructas) rhabarb. fol. fennæ, agaric. & paucis elleboro: neque enim fortioribus utendum monemur, ne subtiliores partes vacuentur, relictis crassioribus, vel etiam humor ille melancholicus, utpote rebellis, efferantur.

Vacuato ita corpore, fortioribus obstructions aggrediendæ videntur, quales in officinis prostant Troisci & confect. aromaticæ illis appellatæ & commendantur valde radix scorzonæræ à Mercato lib. 2. de morb. mulier. c. 6. ubi etiam modum exhibendi varium diligenter describit: potiores autem sunt præparationes chalybis, quæ longo ordine ab eodem Mercat. dicto lib. c. 6. & 18. afferuntur: & eligi aliqua ex illis, vel similibus huic illustri individuo apta, parari posset.

Simul verò & viscera corrigenda seu roboranda, per Conservas, condita, & species appropriatas, itemque alia partibus principibus peculiaribus (diversis formis, rotularum, morsulorum, electuar. condit. pulverum, ne natura uni assuescat, vel una forma sic tædiosa) addendo illis aliquid lapidis Bezaar: quemadmodum & hoc solo uti liceret eo modo quem Gartias docet lib. 2. hist. arom. c. 45. vel Merc. loco cit. cum præter: trui ad melancholicos morbos multum illum facere experientia edocuerit. Commendabat valde Cardanus Chrysolitum lapidem, quo plures melancholicos se curasse gloriatur, & alii præstantissimi Medici illum imitantur exhibentes gr. 6. vel 7. cum aq. scolopend. manè & vesperi.

Mithridaticum quoque ex usu esset bis in mense, ʒß vel ʒij (vel etiam ʒj pro sudore) cum conf. rosar. ʒij permiscendo. Ac lassatras cum cortice ligni (hi enim quod nullam sitim inducant, temperati magis statuuntur) per aliquot dies continuo usurpari posset, non pro sudore, verum digestivo, scil. ut cum gallina vel capone, more solito coquatur, & colaturæ seu jusculi haustus, hor. 2. vel 3. ante prandium assumatur: Quod si quis caliditatem vel siccitatem ejus metueret, facile additis floribus & foliis appropriatis alterari illa posset: quamvis ventriculum S. Cels. satis frigidum & humidum, & tantum aliàs proventum pituitæ adesse intelligam. Cujus quoque ratione non incommodum videretur, si elixir aliquod peculiare ex aromatis & aliis ventriculo & cordi appropriatis pararetur: Itemque cor cervinum cum malvatico & dictis ventriculo & cordi appropriatis (palpitationis ergò) destillaretur: ob pituitæ enim præsentis copiam calor istorum, & incendium mēstræi haud timendum videtur, cum præsertim & per sandala, corallo, margaritas, conservas & condita attemperari posset: usus quoque tempore, syrupi si non de corticibus citri, saltem acetos. citri aliquid permisceri posset: tandem in spiritus potius, quam humores illa transeant, qua ratione alii olea destillata exhibere non verentur.

Topica quoque minimè negligenda, ad lienem potissimum, in quem usum Cerotum nonnulli ex ladani & ceræ partibus æqualibus valdè com-

mendant : & aliàs fofus ex aceto vini, extinctionis chalybis vel marchafitæ ignitæ ; vel ex foliis rad. & cort. appropriatis : itemque unguenta & emplafta, lieni quoque peculiaria, nota funt. Ventriculi verò habenda per fua, ratio : & caput dum lavatur, lixivium & fapo peculiaris parari poffent : quemadmodum & errhina, & malicatoria utiliter præfcriberentur. Scuta tandem facculi, linimenta epithemata cordialia nota quoque funt : de fomentis tamen addubatur, cum calidum in frequentiori ufu §. aphor. 16. carniū effaminationem, id eft languorem & imbecillitates inducat : dum fcil. & hoc loco fibras laxat & folvit, quo fit, ut fpiritus per carnes fparfi diffundantur, fic viscus laxius & imbecillius reddatur.

Quæ quidem confignare de morbo illuſtriſſimi Principis nunc potui, aliorum præſtantiffimorum virorum ſententiam expectans.

CONSILIUM XXXIX.

IN MACIE, CORDIS PALPITATIONE SPURIA, ET ARTUUM IMBECILLITATE.



Affectus, puius Generoſus adoleſcens, annos natus novendecim, temperamenti calidi & ficci ad quinquennium moleſtatur, opemque medicam cum ad præſervationem, tum curationem expectat, magni ſunt momenti.

In vitalibus enim partibus motum quendam cordis corruptum, reſpirationem frequentiore, viriumque imbecillitatem ſentit : in naturalibus, intemperies jecoris calidior, indeque corporis macies notatur : In animalibus, ingreſſivæ atque apprehenſivæ debilitatem, poſt quemlibet levioſorem etiam motum, difficilem ac laſſum ſe ſentiens, percipit : ut benè prudens regimen diligens vitæ ſubſequentis expetat. Quod ut petitioni ejusdem reſpondent, neceſſarium omninò fuerit, ſedulo ſymptomata dicta perpendere, eorum accurratam cauſarum investigationem inſtituere, fontem malorum quærere, indeque curationem convenientem deducere.

Tardior itaque motus artuum cum ſit affectus ſpirituū animalium, hi verò ex vitalibus, vitales autem ex bona partium diſpoſitione generentur : utique in harum læſionem illum referendum veriſimile eſt, cum
nulla

nulla nec capitis, nec partium extremarum principalis affectio appareat. Ac quamvis annuo spacio tumores in collo, cubito sinistro, itemque in præsentia femore dextro exorti sint malæ tamen potius nutritiones quam harum partium imbecillitates causæ horum censendæ veniunt. Cum enim ob temperamentum jecoris calidius & siccus, cui reliquarum partium crasin consentire multa demonstrant, sanguis calidior, ac pro corporis mole copiosior producat (nulla præsertim observata præservativa victus ratione) non mirum viscera, & totum non benè nutriri, lienem ob copiam excrementi crassi, in attrahendo & regulando paulatim deficere; pulmones inepto alimento nutriti, malè concoquere, tardiores ad motum fieri, indeque celeri tractione aëris copiam compensare: spiritus vitales pauciores, eosque impuriore, ratione vaporem calidorum, produci; cor inde æstare, ac facultate pulsifica, naturali illa, attractice scilicet & expultrice frustrata; illa quidem ob materiæ copiam ventriculos cordis replentem impedita; hac verò ab eadem materia noxia irritata, ad expellendum insurgente, motum talem, id est, frequentem & velocem, ad similitudinem follium fabrorum edere. Uti autem actio hæc cordis potius ob errorem externum depravetur, sitque palpitatio notha, quam cordis aliquam medicam intemperiem; quamvis hujus constitutionem cum toto eandem, concausam motionis materiæ eò, aliquali præsertim supra sinistram cordis regionem exuperantia hanc attestante, existere non negemus. Redarguit præterea harum causarum dictam originem, cum præcedens curationis ratio, qua per frequentia calidiora & sicciora purgantia, alterantia seu confortantia, intelligo medicamenta, parum adjumenti sensit: imò contrariis, temperatis nimium atque humidis melius se juvari percepit: tum quod massa sanguinea limosa, adusta, & absque omni ferè ichore, ex aliquali sanguinis missione innutuerit. Quibus hunc in modum constitutis, jam ex Methodicis Medicorum placitis opus erit, sanguinis massam ac jecoris intemperiem pederentim immutare, simulque cum totum tum partes præcipuas, per temperata (non frigidiora; quæ cum Avicenna ut ramo quidem id est cordi opitulantur, ita radici ejusdem, id est, calido innato officiunt) humidaque; alterare, atque cor ipsum, totalis ejus virtute considerata, corroborare.

Quæ sanè assequi in generoso hoc patiente quamvis arduum videatur, cum cordis affectus ex vehementia dignitatis plerumque multum timoris ciere, ac ex Avicenna ad syncopen & ad mortem permutari soleant: quia tamen non est legitima hæc palpitatio, de quâ prognostica autorem sinistra intelligenda veniunt: cordisque caliditas in habitudine, nec

nec ulla vehementia insignis ratione essentiae aut facultatis totum regentis ex cordis vitio adhuc apparent; ac adsit experientia hominis palpitazione notha (in qua violentia motus ille non est morbi, pro causa eum sumendo, sed solius naturae; ac in praesentia magis expultricis, quam attractricis, quarum distinctio non raro Medicis imponit, ignoratioque ægros abstulit) detentos ad extremum senium pervenisse: non dubitamus, quin affectus dicti & praeservationem & curationem, licet difficilem ac tardam, cum praecipue dicto æger obedientissimus, admissuri sint. Ut ergo, spe hanc concepta, ad notatas Indicationes omnes actiones ejus conspirent, non intempestivum fuerit, cum intemperies hujusmodi non nisi longiori tempore, quemadmodum insurgunt, tutissime auferri soleant, Medicas materias iisdem accommodare.

Venæ itaque sectionem materiam remedii optimi censemus: quod etsi annis hisce adolescentiæ non frequens sit, semel tamen vel iterum annuatim, sub paucâ praesertim quantitate, eo uti consultum erit: praeterquam enim quod copiosior inde, quam pro partibus excarnibus nutriendis sanguis demitur, melancholicus adustus alteratur, etiam viscera intetiora per accidens commodum sentiunt, refrigerium & allevationem: idque potius saepius à dextrâ parte, quam opposita. Quod si juvenili aliaque ætate hujus loco quandoque sanguinem demere cucurbitulis sacrificatis placuerit, eas potius natibus aut lumbis, quam aliis partibus non convenientibus apponere faciat.

Eadem enim cum parum moveantur, imbecillioresque sint, frictionibus potius mediocribus praesertim crura, quotidie matutino tempore agitandæ, iisque corroborandæ sunt: sic enim venæ minores à majoribus melius & plus utilis alimenti referunt, fietque appositio commodior, ac nutritio plenior. Ac quandoque etiam non nocuerit eadem extrema vino bono, odorato, roremarino fovisse: quemadmodum & totum lenissime fricasse, indeque oleo amygdalino absque igne expresso, cum vini muscatellini tertiâ parte commixto, manibus calidis injungere, praëque cæteris colli atque dorsi spinas. Pro cruribus etiam lotio fiat saepius, eaque ex aqua origano, majorana chamemelo her bis alterata, cum pro corroboratione eorundem (cum praesertim ex refrigeratione aliqua passi) tum verò aliquali à partibus superioribus revulsione.

Cui etiam balneum ex aqua dulci tepida, vel blandè in initio calida, adjungere optimum erit, tum pro caloris attemperatione, tum benigna totius humectatione; in æstuario blandius calefacto, absque ulla

violenta sudoris expressione ; hyeme semel in septimana ; æstatis verò temporibus bis ; reliquisque anni partibus , prout ad eadem accesserunt. Nec aquam multum alterare opus sit ; sufficiat sacculum habere , cui indatur aliquid florum chamomeli , aliquot item manipuli hordei atque tritici ; atque super hunc in labro aquam ferventem primum fundere , dein attemperare , eidemque insidere : atque eum post usum aliquem innovare. Post quem itidem conveniens erit inunctio paulo antè notata.

Cauterii seu fonticuli alicujus usum ; ad revulsionem à cordis regione nondum præcipio , quia in aliis lenioribus spem adhuc multam habeo. Quod si verò , quod Deus clementer avertat , iisdem diu diligenterque adhibitis , malum non cederet , utique illud arte excitare in dextro crure commodissimum fore judico ; longeque commodius , quam mole medicamentorum , purgantium præsertim & calidorum alterantium corpus vexare , massamque sanguinis crassam atque adustam detractis partibus tenuioribus exagitare , ac ad alendum ineptam reddere , indeque mala omnia augere potius , quam minuire.

Ob quas rationes & nunc & totius vitæ tempore à calidioribus abstineat , itemque à purgantibus validis. Ut sufficiat alvum leniri cassia , manna , quandoque melle rosato ratione ventriculi ; purgari verò elect. lenit. diacatholicon cum paucissima portione , idque rarissime confessionis Hamech ; tantum enim nocumenti non infert hujusmodi corporibus hisce benignis decies repetita , quam ex validioribus electivè ut loquuntur , ducentibus unica evacuatio. Hocque intellectum velim de medicamentis per os sumendis : quantum enim illa fortiora , ut est benedicta laxativa , Conf. Hamech , elect. item diasenæ dictum exhibita nocent ; tantum inferius per clysteres injecta conferunt , idque tam ad evacuandum , ut nec spiritus nec humores totius multum inde alterentur , quàm ab sollicitanda naturam , ut nusquam aliò , quam naturalem hanc sentinam excrementa & superflua mittere assvescat , eoque commodissima revulsio contingat.

Præparantia porrò quod attinet , malo eadem desumantur ex alimentis , quàm medicamentis. Itaque usus juris ex carne bubula vel Gallinæ sit quotidianus ac diuturnus ; nisi alia necessitas quid diversum postularit. Sub qua tamen svadeo , ut alia hisce jusculis commisceat potius (ut tempore frigidiore paxillum ex macis pulvere : quandoque in iisdem ebullire faciat pugillum dimidium ex capillo Veneris , aut fol. Endiviæ) quam aliis syrupis aut apozematibus assvescat.

Alterantia alia & confortantia non sint vehementer ealida , cum vir-

cutis substantia seu quantitas indedissolvatur ; nec taliter frigida , cum ejusdem inde qualitas refringatur , nec nimium adstringentia , ne excrementa corporis diutius hærere faciant , cumque attemperare non calefacere hic animus sit , hoc absque his benè licitum est. Ut hinc nil magis laudari possit , quam usus feri caprini optimè more Italico depurati , sub initium veris ad dies viginti vel ultra incipiendo à lib. ß usque ab lib. ij vel etiam iij , idque quandoque purè quandoque cum succo borraginis , dein fumatiæ , iterumque dosim minuendo sincere.

Quantum enim hujusmodi annua alteratio hisce corporibus beneficium præstet , quotidiana docet experientia. Intra illud tempus in usu habeat Morfulos inferius præscriptos , deque his cum brodiis continuus usus sit.

Quorum item loco laudare licet Electuarium ex sacharo borraginis , violar. cum ligno vel aloes vel sassafras confectum cujus item forma infra. Itemque (ne naturâ uni tantum assvescat , utque potius sæpè & parum negotio leviori , quam rarius & multum difficiliori ; corporis calor nutrimentum digeret) panem Martium dictum , modo inferius notato , deque eo frustrum loco merendæ sumat.

Cæterum cum parum juvaminis ex hujusmodi remediis pro venire soleat , ubi victus ratio , adeoque omnes consuetæ homini actiones non consentiant , cum consensus harum demum ille sit , qui & bonam sanguinis mutationem & viscerum jucundam , naturalem , eamque facilem alterationem inducere soleat ; propterea & ad subsequencia omni cura attendat oportet. Primum ad Admovenda ; inter quæ cum sit Regio ; patriam ei convenire non dubito , ut puta in ortum & septentrionem extensam. Aër : cum si domus vel particularis habitatio inconvenientem præbet , is utique per suffitus commodos (ut si calidior , humidiorque , ex violis , rosis , santalis , thure) corrigatur. Aliàs sit temperatus & purus ; ac ubicunque degat potius ejus ventilatio in cubiculis , ut ab ortu & septentrione fiat , quam oppositis plagis procuret.

Frigidiorem etiam eidem rariori cutis texturâ prædito insensissimum credat.

Anni tempora ; ex quibus præcederis autumnum ob inæqualitatem & frigiditatis siccitatisque reciprocos motus periculosum , censeat ; ut hinc vestibus corpus benè tegere undiquaque commodum fuerit , iisque mutandis idipsum mundum semper servare. Ac cum hujus rei gratia , tum ad aliquam corroborationem sacculum tenuem & latum quemadmodum

dum exemplum ejus inferius positum est, sub pectore gestare bonum erit, illumque subinde vino madefactum vel aspersum alterare.

Inde ad gerenda; ad quæ referuntur somnus; qui sit nocturnus, nunquam diurnus seu pomerianus: octo horarum, ac quandoque etiam plurimum, si præsertim sub introitum lecti non bene quieverit.

Motus item, qui cum deplex sit, internus seu animi, hic sit moderatus in omnibus affectionibus; inde ab amore nimio, tristitia, ira maximè sibi caveat; potiusque gaudio, musicis instrumentis, colloquiis jucundis sese exhilaret; Et externus, seu corporis; is levior convenit; unde exercitia validiora fugiat, temperatis incumbat, obambulationibus scilicet ante pastum, unctionibus, equitationibusque placidis.

Ipsa quoque Venus moderata erit conveniens, cum refrigerando & revellendo calidam temperiam immutet, corporaque sicciora humectari & pingvescere faciat.

Tertiò ad educenda; per quæ superflua omnia è corpore expellantur, ut quantum licet, ab omnibus excrementis, semper mundum servetur. Hinc manè fiat diligens capitis pectinatio, sordium aurium, excrementorum narium & oculorum sedula emundatio; utque alvus ad minimum semel de die respondeat advertat.

Quæ si quandoque diutius subsideat, convenientissimum fuerit ante cibum pomis coctis sachari portione adpersâ, aut prunis leniter aqua calida tumefactis iisque æstate frigidis hyeme calidis eam emollire.

Ac pro certo credat, se quam diu alvus benè fluxerit, commodè vivere posse; indeque si dicta non suffecerint, clysteribus assvescere discat, ac eos domi (cum alia defuerit occasio) ex aqua alterata per decoctionem chamæmeli floribus, herbis borrag. violar. seminib. carui, fœniculi, vel aliis similibus, aut brodio carniū vel gallinarum confici sinat, cui mellis, olei aut butyri saliti portio; vitelli item aliquot ovorum addantur.

Restant assumenda; per quæ alimenta duntaxat intelligo; in quibus ut & cæteris diligenter animadvertat, ut omnia ipsius intemperiem augentia fugiat, ut puta multum calida & sicca, qualia sunt allium, porrum, cepæ, raphanorum omne genus, piper, plurimisque aromatis condita, nimium salita, ac fumo indurata (nisi oblectamenti gracia buc cellam unam vel alteram cum aliis sumserit) edulia. Dein potius elixi, quàm assi sint cibi, puta plus humectantes, hinc etiam jusculis quotidie uti non desinat.

Quod si aliquando ventriculum laxum & quasi lassum ex usu humidiorum (quod quandoque contingat) sentiat, tum aut copiosorem panem eduliis addat, aut hunc leniter assum per se iia siccum, vel vino madefactum cumque pulvere aliquo stomachali, qualis sub finem Receptarum additus, inspersum eduliis reliquis semel atque iterum superaddat.

Attendat quin etiam in tempora, ac constitutionibus humidis parcius corpus humectet; siccis verò & calidis magis: insignem etenim vim ad corpora nostra alteranta aëris ambientis & attracti esse, experientia diligenti percipiet.

Panis sit pridie coctus, non recens, isque boni saporis ex zea vel tritico, albus, non nimium fermentatus. Pisces saxatiles & carnis durioris, itemque exiccatos, boni nempe nutrimenti, assumere potest.

Carnes omnis generis, præsertim ex juvenibus animalibus, iisque domesticis; sylvestrium itaque & avium sit parcius usus: utque summum dicatur, virtus optimi succi pauci excrementi. Ex fructibus amygdalæ proderunt: poma item dulcia, manè assa sumta, vesperi verò ante coenam cruda ex vino, adjuncta præsertim buccella panis, quandoque etiam pyrum unum vel alterum à cibo, sæpius assa cum notato pulvere, rarius cruda sumendo. Uvas passas minores, quandoque etiam majores rejectis acinis, ut & caricæ pingues laudamus. Potum tandem quod spectat, vinum illi ciborum vehiculum esse nolumus, sed tantum ratione ventriculi parca manu quandoque remedium, sequentibus præsertim juvenilibus annis. Nec etiam Melicrati continuum usum svademus, quod etsi abstergat, multum tamen calefacit, ac consequenter exiccat.

Hinc utatur bonâ quadam cerevisiâ eaque pauculo lupulo ac bitumine infecta, atque potius ex tritico quam hordeo, cum minus refrigeret & melius humectet, confecta; cui etiam Nodulum ex floribus violarum & pulvere stomachico, æstatis præcipue temporibus, indere optimum est: servatâ in his omnibus convenienti mensura, qua non continuata, etiam diligentissimus in qualitatibus ordo pro nihilo est. Ac postremo notet etiam, ut nunquam cibum vel potum absque appetitu sumat, & priori non perfecte concocto, cum inde quotidie plurima incommoda contingere observemus.

Atque hæc sunt, quæ pro auferendâ malâ Generosi & insignioris indolis adolescentis dispositione & valetudine rogati notare volumus; eaque benedictioni divinæ; excellentiorum Medicorum prudenti judicio, diligenti ac sensuali experientiæ committimus atque subicimus.

Recip.

Recip, *Cassia jam extrahenda* ℥ss

Manna electa ℥ij

Aq. borragini.

Violar.

Mentha ā. ℥j

Mis. & add. ℥ss. pul. ligni sassafras s. potiuncula, detur in fictili calida.

S. Durglerträncklein.

Recip, *Rad. althea incis.* ℥j

Herb. malva Mij

Meliloti Mjs

Flor. chamomel. Mj

Sem. carui

anisi ā. ℥j

Prunor. ungaricor. n. XX.

F. decoct. in aq. Endivia

Chamemel. ā. ℔j.

Ad consumptionem animidij

In colatura assolve,

Elect. lenitizi ℥j

Confect. Hamech ℥iij

Syr. ros. simpl.

Ol. lilior. alb.

Anethini ā. ℥vj

Ovi vicell. n. j.

Mis. pro Enemate.

S. Clostier.

Recip, *Carnis seu muscutor. interior.*

Capon. junior. minutiss. incisor. ℥js

Nuc. pineor. recent.

vel amygdal. dul. ℥ss

Pnl. rad. cichor.

Cinamomi acuti ā. ℥j

Sachari albiss. aq. rosar. dissol.

℥iiij s. Morsuli pond. ℥ss. dentur in scatula.

S. Morsellen.

Recip, *Conser. rosar. recent.*

Cichorij ā. ℥ss

Borrag.

Violar. ā. ℥jss

Pul. ligni sassafras

Spet. diamoschi dul. ā. ℥ij

Cum syr. de cort. citri f. Elect.

S. Latwerge.

Dosis ā ℥ij ad ℥ss.

Recip. Nucl. pineor.

Pistactor.

Amrydal. dul. ā. ℥ij

Macerentur 25. hor. in

aq. rosar. & Violar. ā. q. f.

Deinde add. pulv. rad. cichor.

Ireos. ā. ℥ss

Sem. papaver. albi ℥j

Sacharē albiss. ad duplum Mis.

Fiat q. pasta seu panis Martini ut
artis, dosis ab ℥ss ad ℥j

S. Marzipahn.

Recip. Flor. rosar. rub. Mj

Borrag.

Bugloss.

Vio'ar. ā. Mss.

Melissa pj

Santalī citrini pul. ℥iiij

Cort. citri pul. ℥j

Ex incisīs & pulveris. f. sacculus quadratus latitudinis & longitudi-
nis spithama ex linteo molliori, interpastetur diligenter.

S. Herbsäcklein.

Recip. Pulv. ligni sassafras

Santalī citrini

Flor. rosar. rub. ā. ℥j

Confection. coriandri ℥iiij

Anisi ℥ss

Mis. propulvere. Detur in scatula.

S. Pulver aufs Effen.

CONSILIUM XL. IN FEBRI HECTICA,

Non hic de essentia hecticæ disputabo : quin potius rectè ad therapeusin convertar.

Constat enim inter omnes affectum hunc esse calidum & siccum, in habitu & carne cordis & totius corporis venarum & artenarum, id quod ex velocitate & parvitate pulsus indicatur. Quapropter indicationes curativæ erunt, infrigidare & humectare. Non verò absolute frigida conveniunt, sed quæ temperatis permixta sint. Calor id natus postulat, qui ne unà cum præternaturali extinguatur, sollicitos nos esse monet. Frigus itaque externum, corpus ut ne attingat, cavendum. Inspirationi verò aër competit frigidiusculus. Motus excalescivi præscribuntur omnes: uti & omnia hydrotica, sitis fames, absque tamen nimia repletionem.

Cibi sint è gallinis, caponibus, agnellis, hordeo, pullis Gallinaceis, cum primis verò horum omnia probantur juscula. Pisces sint bdellæ, lucii minores, funduli, gobii fluvialis, mustelæ nostræ, id est, bellionii.

Cerevisia sit Belgranensis, aliæque leviusculæ, quæ parum habeant lupuli, & quarum potentia non nimis sint tostæ, id quod colore agnoscitur. Sorbitiuncula quandoque vini oligophori conceditur. Vitentur sæviores animi affectus, ut & purgantia omnia, nisi fortasse putrida huic hectica non simplici conjuncta sit. Balneum ex aqua fiat fontana tepidâ, quæ nec ebullierit, nec sudori causam præbeat. Nequæ in eodem inleßu diuturnas moras trahas, sed quamprimum egredere, corpore linteolis temperatis benè absterfo & desiccato. Singulis auroris & vespertis dorsum linimento præscripto inungatur, ubi & renum regio. Contra tremorem cordis particulam electuarii capiat, castaneæ quantitate, hor. 8. antemerid. & hor. 3. postmerid. cum hoc quandoque permutetur Aqua nostra destillata odorata. Si palpitatio incidat cordis, panis triticeus in lacte infusus, cum terrâ sigillatâ flesiaca cordi imponatur. Aliàs ferè semper scutum cordiale supra sinistram gestandum mamillam.

Hiscæ ipsis ferè medicamentis eodem in affectu ante 25. annos nobilem quendam præcipuum felicissime curâram.

Recip. Censfer. Bugloß.

Cort. citri condit.

Succ. citri non limon. ʒ. 3ß.

Lactuc.

Lactuc. condit.

Melissa ā. ℥iij

Doronici tri i aq. endivia ℥ij

Os. de corde cerri ℥j

Succini albi ℥s

Fol. auri puri n. j.

Corall. alb.

Santal. alb. ā. ℥j

Prunor. de prumell. ℥j

Permisc. & cum succo violarum

F. Electuarium.

Recip. Pisana in liquidiorem pulciculam redacta ℥iij

Capon. de plum. num. j. aut loco hujus carn. badina una cum ossibus con-
tusa ℥ijs. Medulla panis siliginis flore lactis caprilli inebritate ℥ij.

Conserva rosar. ℥ij

Flor. tunica

Borrag.

Bugloss. ā. ℥js

Scobis ebor. ℥ij

Corall. rub. prapurat. ℥ij

Pomor. arant. ℥j

Spec. diamargart. frig. ℥js

Mis. & granulis aliquot muschi optimi in proboscide
capitelli, cum serico crudo suspensis destillentur.

S. Aqua destillata odorata.

Scutum pro sinistra mamilla.

Recip. Unguenti rosar. Mes. ℥j.

Spec. cordial. temperat. ℥s

Theriacae ℥j

Corall. rub.

Carab. alb. crystall. moschum redolentis ā. ℥j

Cort. citri ℥j

Sarici crudi ℥j

Moschi & ambra ā. gr. iij

Cerati santalini q. s. ad stiffum

Cerotum, quod in aluta extensum

Argenti & auri sic soliducatur.

Recip

Recip. Olei rosar. ℥j.

Violar. ℥s.

Nymph. alb.

Amygdal. dulc. ā. ℥ij.

Butyri recent. insulsi.

Medulla cruris vitul. lot. aq.

acetosa ℥ijs.

Pingued. anatis & gallinae ā ℥js.

Mucillag. sem. psyllii, cydoneor. aq.

violar expressa ā. ℥s.

Cera per aq. rosar. subacta pa-
rum. f. linimentum.

CONSILIVM XLI. IN MARASMO SENECTUTIS.

Senectus ipsa Morbus est, rectè dictum. Quà propter de radicali curatione nil quicquam polliceri habeo. Causæ senectutis ex sese notæ sunt. Marasmi verò causa est, quod præsens ægrotus lue olim infectus fuerit venereâ, tum ex accidenti, cum à nativitate, eoque in affectu vel non plenè restitutus, vel medicamentis restitutus aliquantum detrimentosis. Cum autem hætenus medicamentis nostris, literis A. B. C. D. E. F. G. notatis, effectum, ut asperrimæ illæ & saluginosæ in pectus decumbentes defluxiones jam sint inhibitæ, jam nihil prius & antiquius nobis esto: quàm bonâ uti Diætâ, & ne præproperè nimium Marasmus ille legem exequatur falcidiam, magnopere cavere.

Diætâ quippe hoc loco negligenda neutiquam. Rectè enim Hippocrates: Turpissima est calamitas, victus rationem negligere in curandis morbis.

Aere pluviosô & nubilô in publicum non prodeat. Vitet etiam radios Solis de die, & Lunæ de nocte. Cibi non nisi ὀχρῶς καὶ ὀρεῖος offerantur ventriculo. Sint ij amygdalata, pineata, hordeata. Pruna portugallica levem habent vim abstringendi, movent appetitum, & resistunt ventris fluxui. Reliqua pruna cave. Cydonia, passulæ, vitellique

ovorum, (ni calor adsit) sobriè usurpari poterunt. Gallinæ limacibus nostraribus depuratis minutimque concisis alantur. Non nimium comedatur, sed cum voluptate desinat. Cancros (gammaros intelligo) non edat, nisi sine affuso liquore cocti sint. Pisces comedat saxatiles: neque etiam eosce cum carnibus commisceat. Potus sit purus putus, & si calor absit, Malvaticum cum pane. Affectus vitet nimios. Confusiliter dominus Licentiatu sibi caveat, ne nimis licentiosè carnes comedat die Veneris.

Therapuescos loco, sequentibus utatur.

Potianculam A. quinque absumat auroris. Sudet ut par est, post sudorem morculos & rotulas B. C. D. in usu habeat, quibus ipsis & aliis, quocunque placet tempore, perpetim & permutatim frui poterit.

Cubitum se collaturus succulentis liquoribus E. & F. uti & Tragæa G. permutatim utatur.

Alvam singulis mensibus vel anni quadrantibus Enemate H. aperiat.

Pulverem I. stuppâ madidâ, vel malsâ quacunque excipiat, verticique sub cucufa adliget.

De Mixtura K. in fluxionibus quantum placet capiat. Spinam dorsi unguento L. nonnunquam inungat. Sacculum M. corporis regioni vino vap. dum applicet. Decocto Tormentillæ utatur in fluxu ventris. Hisce ægrotum nostrum annare & perennare jubeo.

SEQUUNTUR MEDICAMENTA.

Recip. *Mass. pillular. cochiar.*

Azajareth.

De hierâ. agar. ā. ʒj.

Cum. Syr. de tussilag.

F. Pill. n. xxvij.

S. Pillen. A.

Recip. *Flor. Stæchad. Arab.*

Cordial. trium ā. ʒj.

Rad. Fœniculi

Petrosel. ā. ʒß.

Pimpinell. Ital. ʒvj.

Cichor. ʒj.

Tussilaginis

Polypodii ā. ʒs.

Glycyrrhiza ʒv.
 Sem. citri ʒij.
 Bombac.
 Cotoneor.
 Anisi ā. ʒij.
 Ficum
 Dactylorum ā. n. v.
 Injub.
 Sebesten. ā n. vij.
 Herb. Scabiosa
 Tussilaginis
 Pulmonaria utriusque
 Cichorii
 Endivia
 Capill. omnium
 Origani
 Calamintha ā. Mj.
 Gum. Tragag.
 Arabici ā. ʒij ligat. in petia.
 Fol. Senna f. stipit. ʒij.
 Epithym. Cret. ʒv.
 Coq. pro lʒj. in colat. per noctem infunde.
 Agarici trociscati ʒvj.
 Ireos Florent. ʒs.
 Cinamomi ʒjs
 Expressioni fortiter facta adde
 Syr. capillor. Veneris
 De succo violar. ā. ʒij
 Sacchari ʒvj. Coq. ad consistentiam syru-
 pi mediocris aromatificum ʒiij Spec.
 Diarrag. frigidi.
 S. Syrupus B.
 Recip. Flor. Stæchad. Arab.
 Epithym. Cret.
 Violar.
 Salvia
 Cichorii ā. pj.
 Rad. Cichorii
 Hb 2

Acerosa ā. ʒv.
Rad. Consolida
Tussilag.
Pæon. ā. ʒvj
Sem. carthami. conquass. ʒv.
Rad. Plantaginis
Glycyrrhiza rasa ā. ʒij
Passular. ʒj
Fujub.
Sebesten ā. n. xv.
Dactylorum n. vj.
Sem. Pæon. ʒij
Anisi ʒjs
Althea ʒs
4. Frigidor. major. ā. ʒij
Portulaca
Endivia ā. ʒjs
Herb. Cichorii
Endivia
Scariola ā. Mj
Pulmonaria vulgaris & maculosa
Scabiosa
Tussilaginis
Veronica
Plantaginis
Origani
Capill. Ven.
Adiantum nig. Lugdun. ā. Ms.
Coq. l. a. ad. sufficientiam, in locat. ferventissima
ebulliant parum sol. Senna ʒijs
In colatura sine expressione facta lbj ʒij iterum
coquantur parum,
Rad. Elleb. nig. styriac. ʒij
Charyophyll. ʒijs
Post dum adhuc omnia fervent infunde lb. vij.
Agarici troc. ʒvij.
Rad. Ireos ʒs
Cinamomi ʒiiij

Rhabarb. opt. ʒs

Schamantb. gr. v.

Bulliant iterum quatuor fervoribus & exprimantur fortiter. Ex-
presso adde.

Syr. de succo portulacæ ʒiij

Capill. Ven. ʒij

Sachari opt. ʒviij, f. Syrupus coctus, aromatizandus cum ʒs spec. dia-
trion: santal. sine camphora & ʒij spec. diatrag.

S. Syrupus C.

Recip. Thuris masculi

Sandaracæ

Santal. cintrini ā. ʒjs

Rosar. rub. ps.

Contundantur & incidantur grosso modo.

S. Pulvis. D.

Recip. Sy. de succo violar.

De portulacæ

Capillor. Vener. ā. ʒs

Decocti plantaginis, portulacæ, cichorii & pulmonaria ʒiij
Mis. f. haustus, reiterandus quoties postulabitur.

S. Haustus

Recip. Sem. papaveris albi ʒijs

Portulacæ

Malvæ ā. ʒijs

Cucumeris

Melonum

Citrulli

Cucurbitæ

Cydonior. mundat. ā. ʒjs

Gummi Arab.

Tragag. ā. ʒj

Amyli ʒs

Spodii

Succi glycyrrhizæ ā. ʒj

Sachari penid. ad pondus omnium.

F. Pulvis. S. Pulvis. F.

Recip. Rad. Salsaparill ʒjs

Ligni Guaiaci pul. ʒiij

Cord. ejusdem ʒj

H h 3

Passu-

Passular.

Pinear. ā. ℥s

Pistacior mundat. m. xx.

Glycyrrhiza

Anisi ā. ℥ij

Cinamomū ℥js

Aquar. Cichoris ℔vj

Scabiosa ℔iij

Tussilaginis ℔ij

Fervescentis aquis, cetera omnia confusa & concisa, infundantur per H. XXIV. postea in olla vitreata coquantur ad ignem luculentum sine fumo ad medietatem: ubi per se refrixerint, fiat Colatura cujus dentur ℥v. pro dosi.

S. Decoctum ligni. A.

Recip. Feces prioris decocti & adde

Liquiritia, passulorum, sem. anisi ā. ℥ij. Cinamomū ℥j aq. hordei simplicis ℔xv.

Coq. ad consumptionem tertiae partis, ubi per se refrixerint Col. & S. Elschtranc.

Recip. Pistacior mundat. ab omnibus pellibus ℥j

Pinear. preparat.

Amygdal. dul. ā. ℥vj

Sem. melonum

Cucurbita ā. ℥s

Spec. Diatrag. frigid. ℥ij

Diarhod. sine camphora

Distrion santal. ā. ℥js

Amyli ℥iij

Penidii ad pondus omnium.

Sachari q. s. dissoluti in aq. borrag. & scabiosa s. conf. in Morsulis.

S. Morsuli B.

Vel.

Recip. Penidior.

Bechior. alb. ā. ℥j

Sem. melon. excort. } infus. in aq. tussi-

althea } lag. ā. ℥j

Spec. Diapapaver. alb. ℥iij

Margarit. preparat. ℥j

Extracti scabiosa gr. xv

Succi glycyrrhiza ʒs

Sachari soluti in emulsione sem. melon. & papaver. facta ex aq. tussilag. q. s. f. Conf. in rotulis.

S. Rotule D.

Recip. Caput papaveris albi n. viij.

Glycyrrhiza rasa

Siliquar. dul. ā. ʒjs

Sem. cydonior.

Bombac. ā. ʒjs

Fugubar. n. viij

Coq. in s. q. aq. tussilag. pro t̄s, in qua iterum ad consistentiam mellis currentis coquantur sachari penidii, sach. cand. ā. ʒjs resat. ʒvj.

S. Nachtsafft E.

Recip. Syr. de siliq. & liquirit.

De Fugubis ā. ʒjs

Ex succo violar. ʒj

De papavere ʒs

Balsami sulphuris ʒj

Mis. S. Gafft F.

Recip. Sem. papaveris albi ʒijs

Pontulaca

Malva ā. ʒiij

Gucumer. melon. citrulli.

Cydoneor. cucurbit, ā. ʒjs.

Gummi Arab. Tragag. ā. ʒj

Amyli ʒs

Spodij

Succi glycyrrhiza ā. ʒj

Pulmon. vulpis prepar. ʒij

Pulverisentur & misceantur omnia subtiliter, postea leviter torrefactis admis. sachari penidii ad pondus omnium.

S. Tragea G.

Recip. Herb. malva althea. violar. ā. Mj.

Parietar. Mercurial. ā. Mjs

Flor. chamomel. Ms

Sem. fœn. graci ʒvj. anisi ʒiij.

Passular. ʒi.

Coq. pro ʒij. in colat. discol. Cassia retens extracta. Elect. lenit. ā. ʒs.
vitell. ovor. n. j. salis ʒj. olei comm. butyri non saliti ā. ʒjs.

Mis. f. Enema. S. Clyster. H.

Recip. Thuris masculē

Sandaracæ Arab.

Santa i citrini ā. ʒjs.

Rosar. rub. ps

Ligni aloes ʒj

Ambra gr. v.

Pulverisentur omnia grosso modo

S. Pulvis l.

Recip. Mithridat. opt. ʒj.

Conser. flor. violar. ʒiij

Spec. diatrag. frig. ʒi

Cum. syr. violaceo f. Mixtura K.

Recip. Olei amygdal. dulc.

Sesamini

Rosacei

Pingued. gall. ā. ʒs

Cera Citrina ʒiij

Aceti ʒj

Mis. F. Linimentum L.

Recip. Flor. borrag. buglossa ā. ʒs

Meliss. rosar. rub. ā. ʒij

Ozymi garyophyll. ʒjs

Seri i crudi ʒy. helenij ʒj

Croci ʒs. ligni aloes. santali rub. ā. ʒs.

Cinnamon ʒjs

Omnibus subri iter pulverisatis adde

Ambra, Moschi ā. gr. ij

Mis. f. sacculus aliquoties interbassandus.

S. Sacculus Cordialis M.

CONSILIUM XLII. DE FEBRIBUS MALIGNIS PETE- CHIALIBUS.



Febres, à Maculis quæ nonnunquam apparent, petechialis dictæ, hoc tempore grassantes, non sunt ex genere earum febrium, quæ interventu putredinis in massa sanguinea, continuo incendio, calori nativo negotium faceffunt: sed ad earum classem pertinent, quæ (quod actiones corporis vitales exiguo temporis intervallo prosternunt) malignæ, à nonnullis autem pestilentes vocantur. Etenim statim atque malignitas cor, & arteriosum genus inficit, omnes virtutes resolvi, & periculum non contemnendum pati depræhendimus.

Cæteræ verò actiones, tam animales quam naturales nihil aut parum ad sensum patiuntur.

Si enim animalem actionem examinemus, & mente constant, neque secundum visum, auditum, gustum, olfactum & tactum male habent aut depravate agunt: neque secundum motum aliter quam natura fere, sunt constituti, solis, iisque exiguis jactationibus (sub initium) cum quâdam inquietudine exceptis.

Neque dolores capitis, perinde ut in alijs febribus mox affligunt: nisi vel ratione plethoræ vel putridæ febris, quæ huic sæpè conjungitur. Accusant enim solam gravitatem, non dolorem. Si verò naturalem examinemus, cibum primis diebus non fastidiunt, & benè etiam concoquunt; nisi ructus & circa ventriculum gravitas quædam sit conjuncta: Excreta secundum naturam habent, imprimis urinæ, quæ sanis plerunque sunt similes, & si recedunt parum tinguntur colore ruffo, idque dum accidit, cum ichorem sanguineum malignitas simul infecit.

C A U S A.

Qua propter existimandum est, harum febrium causam esse malignitatem venenatam, pestiferamque inficientem principaliter omnes spiritus & horum virtutes, quarum mineras statim atque infectio facta est protinus depravat, & actionibus perficiendis inutiles reddit.

S I G N A.

Invaserunt autem hæcenus nullo aut exiguo horrore, adeò ut fur-
tim potius quam aperto Marte congrediantur.

Primò enim triduo adeò sunt leves ut maxima pars ægrotantium , morbum vel dissimulet : vel non admodum curet.

Nam exiguum aut penè nullum , quod dixi dolorem capitis , præter gravitatem , quam non nisi interrogati , referunt , percipiunt.

Lassitudines spontaneæ & inquietudines concitantur : quas si medico exquisitè sciscitari velit , ex jactatione potius & interrogatione , quam spontaneâ ægri querela , sub initium cognoscet. Vultus hominis sani ; soli oculi sublachrymantibus similes sunt.

A tribus mensibus frequens in nonnullis nausea , vomendi desiderium & ructus frequentes , dolorosi , & molesti simul has febres comitari cœperunt. Quos sæpè fluxus alvi consequens sedavit. Pulsus à naturali parum recedens , etiam peritos sæpè fefellit.

Calor magis circa cor (quod propter venenositatem anxietate laborat) quam in reliquis membris sentitur , in quibus est mitis , acrior tamen ad tactum , quam in febrilephamera simplici. Ideoque primo ut dixi quatruiduo non admodum est molestus , nisi malignitas cum alia febre sit conjuncta. Hic suos habet typos & exacerbationes : sub tempus enim somni sensibiliter cum querela ægrotantis augefcit , adeò ut nonnunquam vigilias aut somnum perturbatum producat. Manè vicissim est remissior , & mitescit perinde ac (licet non veniat ad aliquam intermissionem) omninò intermisisse videatur : Quo intervallo pulsus tam naturali est similis , ut sæpissimè arbitratus sim , omnem jam discessisse febrim , quæ tamen sub noctem de novo exacerbari cœpit.

Atque hoc intervallo & cibi & medicamenta ut infra dicam sunt exhibenda.

Sæpè etiam hoc intervallo intermediæ sunt exacerbationes , pro diversitate ægrotantium , nonnullis enim circa octavam matutinam , nonnullis circa duodecimam , nonnullis circa primam aut tertiam vespertinam leviuscule exacerbantur.

Sub his signis blandis morbus ad quatruiduum tam fraudulenter agit , ut sæpè ægrotantes non prius velint periculo fidem adlibere , quâ cum omnia ingravescunt. Verum cum ab eo tempore ut plurimum augeatur , usque ad septimum vel undecimum , multiplices in eo intervallo crises eveniunt.

Nonnunquam quarto Natura insurgit , ad expulsionem , & (si ichores sanguinei præter spiritus vitales sint infecti) vel rigore vel horrore præcedente , malignitatem sudore exterminat , ita ut febris omnis cesset , nec morbi aliquid amplius supersit. Interdum tremorem per universum cor-

pus sine horrore aut frigore excitat: nihil tamen aut imperfectè expellit: sed solum materiam venenatam nervis & panniculus intrudit, & talem tremorem spasmosum & dolorem quandoque ingentem propter suam acrimoniam excitat.

Non rarò horrorem cum frigore copioso, febre tamen non cessante incassum movet nuncios si magnitudinis morbi ob infectionem tam potenter factam, ut neque virtus ferre, neque uno impetu ex corpore expellere possit: quo fit ut nono vel undecimo die similem crisin vicissim tentet. Quod si ne dum febris cesset, mors in vicinia insidiatur.

Sæpè cutis tingitur maculis, quales sunt morsus pulicum: in quibus observandum, ut die critico, quarto videlicet, septimo, nono vel undecimo erumpant: si quarto & non sequatur mitigatio febris, infectionis magnitudinem: si septimo & allevietur natura, virtutis robur, & spem bonam promittit: si undecimo, & nulla sequatur mitigatio, naturæ imbecillitatem, & materiæ multitudinem, morbi que longitudinem arguit: si diebus extra crisin constitutis, inordinantur naturæ motum, & malum eventum prodit.

Ruffæ maculæ cum tolerantia facili, securitatem portendunt: nigræ verò & violacæ, lethales sunt: virides & flavæ in medio consistunt. Quæ si ad reliqua signa sive bona sive mala regulentur, vel vitam vel mortem pollicentur.

Quibus in hoc morbo urinæ per omnia sanis similes sunt, ij rarò aut nunquam evadunt. Quod malignitas cordi insidens ex spiritibus in partes solidas pereptet, & eas prosternat.

Qui morbum non negligunt, & statim sub initium idoneis remediis utuntur, ij facile etiam liberantur: nonnunquam ante septimum, nonnunquam XI. XIV. vel XVII. Qui verò curationem differunt & acrem liberum non devitant, diutius decumbunt, & sæpè etiam succumbunt.

Desinunt hæ febres plerumque inpestilentes & pestem ipsam: propter augmentum malignitatis, quæ impuritate quorundam corporum transit in pestilitatem.

Curatio consistit in eo, ut statim à principio adhibeamus medicamenta ea, quæ malignitati resistunt, eamque à corde ita amoveant, ne incrementum sumat.

Secundum hanc intentionem caloris remissio molienda est. Et non viceversa, ut plerumque fieri solet.

Si enim magis solliciti simus de sopiendo calore, quam venenositate obtundenda, idem nobis continget, quod iis, qui magis de impluvio tollendo, quam tectis refarciendis, laborant. Rectè igitur rem aggrediemur, si exhibeamus medicamenta ea, quæ membra principalia à proprietate corroborant, venenositati malignæ resistunt, & putredinem in corde & contentis ejus, reprimunt, simul etiam moderatè refrigerant & calori medentur.

Id fiet commodissimè si medicus vocatus, non protinus ad copiosè & exquisitè, sive per pharmaca, sive per venæ sectionem vacuandum, se convertat.

Sed primum in corporibus multa humorum crudorum saburra redundantibus levi clystere vel supposito alvum moveat, vel si non opus esse, aut tempus ferre opinetur, mox ad ea quæ malignitatem à corde propellant, & extra habitum corporis exterminent, accedat.

Talia sunt pulveres subscripti ad drachmam unam vel sesquidrachmam bis primo die ex aqua cardui benedicti, scabiosæ & borraginis exhibiti, eâ lege ut ad horam dimidiam aut amplius supersudent, & ante coenam & prandium hujusmodi medicationem instituunt: vel loco pulverum aqua bezoarticâ destillata, ad unciam unam vel sesquiunciam iisdem horis ex aqua acetosæ propinari potest.

Recip. Rad. tormentillæ

Zedoar.

Diptam. albi

Gentiana

In aceto maceratarum per noctem & iterum exiccatarum ā. ʒjss

Cornu cervi usti ʒiiij

Succini albi ʒij

Boli armeni veri

Terra sigillata ā. ʒij

Margarit. preparat. ʒiiss

Sem. citri excori.

Acetosa ā. ʒj

Cardui bened. ʒj

Mis. f. pulvis

Recip. Rad. & herb. pentaphylli.

Fol. Scordij

Card. bened. ā. Mj

Calendula Ms

Rad.

*Rad. angelica**Tormentilla**Morsus diaboli**Petasitidis* ā. ʒvj*Sem. citri* ʒs.*Croci orientalis* ʒij*Conserva acetosa* lbß*Theriaca veteris* ʒj*Aceti vini acerrimi*,*Aq. vitæ optimæ*,*Vini cydoncor.**Succi citri (vel aq. acetosa)* ā. lbjss

Stent. in infusione per 24. horas.

Postea adjecto salis Mj. destillentur per cineres igne lentissimo: materia tamen in duas partes divisa, aut tres pro magnitudine vasorum. Possunt eadem per balneum in instrumento capaci simul destillari, sale non adjecto: postmodum fecibus addi aliquid salis, & affusâ aq. acetosæ per arenam urgeri, & prodibit aqua non minus efficax. Aquæ verò destillatæ infunde in nodulo.

Zedoaria ʒiij*Camphora* ʒß*Croci* ʒß.

Absoluto sudore, cibi, quales in hujusmodi morbis conveniunt, exhibendi, & cætera admovenda sunt, quæ venenositatem ab omni parte profligare, & cor atque mineras spirituum & caloris innati roborare, instaurare & contemperando fovere possint. Qualia sunt inter externa epithe-mata noduli odorati, aut alia odorata moderatè refrigerantia & malignæ venenositati adversantia: inter interna verò pulvis cordialis cum nuce vomica vel sine nuce vomica, qui talis est.

Recip. *Margarit. preparat.* ʒjss*Fragment. smaragdi**Sapphyri**Hyacinthi**Rubior. ā.* ʒß.*Off. de corde Cervi n.* iij¶ *si conjuncta sint multi ructus molesti, granorum**Paradyfi n.* iij*Fol. auri n.* iij

Mis. f. pulvis

Por patientibus verò tenuioris fortuna.

Recip. *Margarit. preparat. C. C. usti præp. ā. ʒij*
Fol. auri n. ij

Mis. f. pulvis, cui etiam grana 4. paradysi, ru-
etibus molestantibus, admisceri possunt.

De hoc pulvere sæpè & indefinenter de die ʒs vel plus minusvè ex aqua cardui benedicti exhiberi debet: aut loco ejus manus Christi cum periis, vel rotulæ ex hoc pulvere sic factæ:

Recip. *Hujus pulveris ʒij*

Sachari soluti in aq. rosar. ʒij

F. confectio in rotulis.

Ordinariè autem manè & vesperi circa tertiam ʒj hujus pulveris cum aqua cardui & acetosæ ʒiiij exhiberi debet loco digestivi: aut si æger dulcia ferre possit (quod plerunque in hoc morbo non fit) præparetur digestivum ex succo cardui & acetositatis citri, & una cum pulvere exhibeatur. Possunt similia cordialia ex conservis, si medicis illa conferre depræhendantur parari: solutiones etiam margaritarum, corallorum & aliorum lapidum preciosorum plurimum prosunt. Vinum cydoniorum multum etiam, confert, præsertim alvi fluxu conjuncto.

His medicamentis progrediendum est ad quartum usque. Neque vena secanda nisi vel summa plethora vel humorum putredo urgeant.

Atqui cum omnes morbi sua habeant tempora: observavi à quarto usque ad septimum plerunque incrementum morbi esse: in nonnullis ad nonum aut undecimum, pro modo scilicet infectionis, & analogia temperamenti ad venenatam infectionem. Ideoque necesse est, nos in incremento omnibus enarratis strenuè cum ægrotante contra morbum pugnare: & crisin si qua fortè eveniat, solerter juvare. Modo alvum clysteri subducendo: modò signis coctionis apparentibus leniter evacuando per cassiam cum rhabarbaro, vel decoctionem ex myrobolanis citrinis, fol. sennæ rhabarbaro, manna & cordialibus: omnibus scammonitatis & validdè ducentibus diligentissimè vitatis.

Rectè etiam fecerimus, si loco aquarum cardui, tum pro siti (quæ tamen sub initium rarò comitatur) tum pro expellenda malignitate & moderatè refrigerando, exhibuerimus emulsionem sem. cardui benedicti, cardui Mariæ, & si alvi fluxus jungatur, melonum ex aqua cardui factam.

Hiscē ita progressus fui ad tempus status, quod plerunque incidit in nonum vel undecimum diem aut decimum quartam: sæpè etiam maturius vel tardius, pro conditione ægrotantis & malignitatis magnitudine ingruit. Atque tum observavi Crisin futuram, ea autem sive bona sive mala fore mihi videretur, eventum prædixi. Interim tamen nihilominus remediis prædictis institui; verum ita, ut pro aquis vel juscula cocta ex carne, pullis aut similibus cum succo citri & cardui, loco digestivi, & pro re natâ, atque symptomatis etiam diversimodè affligentibus, alia atque alia exhiberem.

Tandem crisi factâ, & morbo declinante, imperavi quietem, perrexī expellentibus reliquias criseos aut promoventibus crisin, veluti cucurbitulis, lotionibus & similibus, sæpè etiam evacuantibus.

Symptomata, qualia sunt fluxus alvi colliquativus, dolor capitis, delirium (quod svave & placidum est) linguæ scabries, sitis (quæ in augmento morbi accidit) fluxus sanguinis narium, vigiliæ non aliter atque in aliis febribus pestilentibus aut malignis tractavi. Tria tamen maximè observanda sunt, nempe capitis gravitas, tussis & demum dolor juncturarum: Hæc cum sint supervenientia & comitantia crisin & decrementum morbi, peculiariter etiam secundum artem medicamentis tamen venenositati adversantibus, tractari debent. Maculæ verò erumpentes tali oleo ad superficiem trahuntur:

Recip. Olei chamomelini

Amigd. amar. ā ʒss.

Scorpion. ʒss

Nitri pulverisati ʒiij

Aq. chamomel. ʒj

Coquantur ad consumptionem aquæ, & postea inungatur totum corpus.

Victus ratio conveniet cum victu febrium pestilentium: ideoque hic nihil dicendum, hoc saltem observandum, quod cibus pro temporibus paroxysmi, in hisce febribus contingentibus, bis de die exhiberi debeat nempe manè circiter horam nonam, & vesperi paulò ante quartam: in quo tamen oculi convertendi sunt ad conditionem cujusque ægrotantis, quæ alios morbos cum hac febre complicat. Atqui cum loco digestivi juscula ex carnibus vel pullis confusis, aut coctis, aut hoc oleo paratis alteratisque supradictis remediis sæpè exhibeantur, modus etiam cæteris statui poterit. Vinum nullum stante morbo exhibendum, sed potus aquæ hordei aut Julep tale:

Recip.

Recip. *Aceti vini acerrimi ℥iij*

Acetositis citri ℥is

Saccari ℥iij

Aqua hordei cocti ℔iij

F. s. a. lulapium, cujus aciditatis pro voluntate agrotantis ve-
augeri vel minui potest.

Aër sit temperatè refrigerans, vel naturâ conclavis vel arte. Nempe irrigationibus & sparsionibus florum refrigerantium aut similium herbarum. Excedens verò aër in frigiditate neutiquam convenit, adeò, ut neque sine noxa aër apertus, quamvis nobis satis calidus videatur agrotantem ambiat. Sæpè enim observavi morbum jam declinantem ex aère ambiente ad suam malitiam rediisse, nonnunquam recidivam excitasse. Cujus rationem si audierimus, tantò facilius rectè monentibus obsequemur, quantò majus est malum, quod inde nascitur. Est autem ratio hæc : in hujusmodi febribus natura malignitatis expulsionem, ut ex petechiis seu maculis liquet, perinde ut in papulis & morbilis ad superiora molitur, quæ excretio, quantum fieri potest, à medico remediis sudorem cientibus promovetur : at aër ambiens contrahit sic poros, venenositate expiraturæ vias claudit, adeoque hoc efficit, ut malignitas retrocedat ad cor, & incendium augeat : ideoque recuperandæ valetudinis cupidi, non minus liberum aërem in his febribus, quam in morbillis & papulis noxium vitabunt.

Quiescant quantum possunt : si dolor sit jucturarum, aut punctiones in articulis, inunctione olei chamomelini & amigdalarum amararum sedetur.

Evacuetur consilio Medici pro tempore morbi, non tamen sit alvus pigra, sed vel levi clystere, vel suppositorio irritetur.

Somnus non erit negligendus, si sit naturalis, quamvis autem in hac febre accidere soleat quidem sopor præter naturam, tamen adeò magnus non est, nec quicquam mali inde emerxisse memini, præter gravitatem capitis & tussim, de quibus supra. Sæpè tamen conjunctâ cum hac febre, synocho putridâ, gravis sopor accidit. Qui pro more isto etiam erit tranctandus.

De animi affectibus omnibus in hoc morbo constat, quod neque tristari neque irasci, sed bono animo esse debeant & firmâ

spe.

CON-

CONSILIVM XLIII.

DE FEBRIBUS LENTICULARIBUS.



Um Iterum Febres illæ venenosæ. Quas ob indolem pravam malignas, ob symptomata pestilentes vocant, aliquot ante septimanas tantâ violentia grassari cæperint, ut paucos intra dies ab ultimo puto Augusti, usque ad 10. Septembr. summo cum terrore & stupore ferè innumeros invaserint, officii mei ratio & utilitas publica exigere videbantur, ut febrium harum naturam, signa, nec non præcautionis accurationis rationem perscriberem; eò fretus spe, ansam me scripto hoc brevi & tenui præbiturum doctioribus quò penitus febrium harum naturam introspiciant, & remedia, si quæ fortè naturæ morbi convenientiora ex usu Artis & Methodo teneant, utilitati publicæ non invideant, meque, si alicubi à scopo aberrare visus fuero, in viam reducere non graventur. Etsi autem longiorem de febri hac meditatus eram & pænè absolveram disputationem: attamen præceps & inopinatus mali insultus eam anticipavit. Ex brevi tamen hoc tractatu tantum utilitatis percepturos esse plærosque, ut & malum prævenire, & divina auxiliante gratiâ, maturè ab eo liberari possint, spero. Pleniorẽ autem disquisitionem differam, donec de aliis morbis contagiosis, maximè autem peste, peculiarem, volente DEO scribam tractatum.

*DE APPELLATIONE NATURA ET ORTU
HARUM FEBRIUM.*

MULTI Medicorum in eâ sunt opinione, febres has Veteribus planè fuisse incognitas, ideo novum eas & inauditum morbi genus putant, & peculiaribus nominibus febres lenticulares, pestichiales, & peticulas nominant. Sed diligentius intuenti apud Aetium ex Herodoto, Rhafin, Jacobum item de partibus, earum fieri mentionem patebit. In Germania morbus Hungaricus, cum quo ferè febris hæc convenit, vocatur: Nostri die Hauptfrancst, capitis morbum appellant. καὶ ἐξοχλῶ, eò, quòd capiti maximè molestus & infestus esse solet. Aliqui puncticularem, das bunte Fieber, ob puncta, quæ extrinsecus, ut in morbilis, apparent plura, appellant. Ut ut autem indigitemtur, venenosas eas malignasque esse febres certum est, à peste tam quoad naturam, quàm symptomata non multum deflectentes, imò sæpè in eam degene-

rantes, hoc tamen discrimine, quòd non æquè ac pestis, lethales. Si modò rectè eis prospiciatur. Cum nostris a. loquens capitis morbum eas vocabo, eò, quod capitis molestias maxime accusent ægri, & rarò hodie appareant maculæ, longè, quàm aliàs, terminentur citiùs, & quod sic, de quo adfectu sit sermo, evadat manifestius.

Scire igitur, quid malum hoc sit, satagenti, respondeo, esse febrem venenosam, contagiosam, quæ invasione præceleri, & symptomatis horrendis pestem imitatur, interdum cum punctis pulicum moribus non absimilibus, variorum colorum rubris, lividis, viridibus, nigris, hærentibus intra cutem & carnem, citra tumorem, exulcerationem, mortificationem, pruritum & sudorem: interdum sine punctis aut maculis, quod hodie ægris accidit plærisque. Minera macularum est in sanguinis ichore & sanguine tenuissimo, in venis tantùm exilibus, nisi ipsa massa sanguinea sit impura & ad recipiendum fomitem disposita. Hinc calor ut plurimum in partibus externis, rarò internis percipitur, & caput maximè atque cor infestat.

Causa externa.

Primordia febris hæc ducit ex aëre impuro & infecto, qui sanguinem tenuem & spiritus in corde & cerebro inficit, & putrescere inimicamque induere naturam facit. Hinc iidem operationum & virium ante existentes authores, eas collabascere patiuntur. Aërem inquinatum quod attinet causæ ejus parum ex Astrologorum scriptis petendæ partim constitutioni aëris insolitæ & inæquali sunt adscribendæ. Quæ si cui minus obversatur, is repetat memoriâ frigus illud immane & intolerabile, tempore quadragesimali, quo multorum capita ita læsa, ut etiamnum tussi divexentur, & non parùm secutura tabes sit metuenda. Constitutionem etiam aëris inæqualem fructus hominibus pariter & brutis noxios anni elapsi experientia satis nos edocuit, ut adeo mirum non sit, sequi febres pestilentes, morbillos, variolas, &, quam Deus clementer avertat, pestem.

Causa interna.

Inter causas internas primas sibi vindicat ichor portio sanguinis tenuior, quæ ob hausta ex aëre veneni semina eò promptè procedit malignitatis, ut ad alendum corpus planè fiat inutilis. Alias hic recensere causas opus non est.

Differentiâ.

Differentes autem istæ sunt febres, Interdum n. cum ingenti calore interno & ardore cordis infestant, interdum sine insigni aliquo calore inter-

interno. Sed externo, qui quidem hodie adpatet maximè: Aliquando cum jecoris inflammatione & symptomatis aliis gravibus quod videre fuit paucos ante annos in Ungaria, Affrica & hisce nostris regionibus. Hinc haut tardo pede secuta est pestis. Aliquando eundem, quem petechiales sortitæ sunt eventum & terminum. Hodie ut plurimum intra 4. raro 7. dies finiuntur, nisi ob massam sanguinis, propter symbolicam dispositionem, infectam dominari ceperint.

Maculæ non unius sunt generis aliquando exiguæ, ut pulicis morsus; aliquando majores monetam triobolarem æquantes, nonnunquam totum dorsum & artus fædant.

2. Aliquando sigillatim apparent aliquando coacervatim per totum corpus excepta facie disperguntur.

3. Figura aliis est rotunda aut oblonga; aliis angulosa.

4. Color aliis ruber, aliis ex albo aut purpureo flavescent, lividus viridis aut niger.

5. Aliquando una post alteram; aliquando omnes simul & semel se ostendunt.

6. Non certo febris die accidunt. Jam enim in ipso febris insultu; jam tertio vel quarto die, aut tardius, aliquando, in ipso demum statu efflorescunt: aliquando cum natura coctionem aggreditur, sæpe ante, quam coctionis signa appareant.

Durationis tempus diversum est. Aliquibus enim statim, quibusdam cum ipsa demum febre disparent, nonnullis non quidem statim, ante tamen febris solutionem evanescent.

Ultimò etiam alia cum his conjunguntur symptomata, alvi profluvium aut obstructio. Item vomitus. Quæ omnia benè sunt observanda.

Signa.

Ut autem sine mora, & ante quam invalescat, morbo occurri possit, signa, quibus tam in principio quam reliquis temporibus possit dignosci, tradam.

Signa antecedentia.

1. Adest fastidium 2. totum corpus maximè pedes quasi fracti languent, moerore ac somniis turbulentis divexantur. 3. Accedit his cordis palpitatio 4. adest cephalalgia, vertigo. 5. Respiratio crebra thoracis compressio. 6. Tussis sicca. 7. Pleuridis. Symptomata hæc si hominem ante sanum præhenderint, is maturè sui rationem habeat, aliàs vapores venenosi cor & cerebrum (quæ maximè in hoc morbo adficiuntur) petunt, & inficiunt in eis sanguinem & spiritum.

Principium morbi.

8. Hinc oritur frigus & horror internorum magis, quàm externorum. Hæc excipit calor primò quidem mitior, sed subinde sumens incrementum, qui in nonnullis in externis maximè partibus percipitur.

9. Tum demum cor palpitāt vehementer, vapores venenosi omnia membra penetrant, eaque virium robore spoliata prosternunt, inprimis autem pedes pungendo excruciant. Hinc ægri

10. Plarumque dorso inquietè & incompositè incumbunt, huc & illuc volutantur, manus & pedes tremunt. Inde

11. Cum vapores maligni caput replent capitis dolor augetur, Somnus amittitur.

12. Aurium sonitus percipitur, & ut plurimum quarto die fiunt loquaces, & febris cessat, aut

13. Erumpunt rubræ, lividæ aut aliter coloratæ maculæ, primò in dorso thorace, deinde in brachiis & toto corpore, excepta facie. Figura, ut color macularum eadem non est, ut inferius docebitur. Maculis his interdum totum corpus florescit aut livescit.

14. Oculorum vigor concidit, rubescunt &

15. Quasi aquescent, facies calore intumescit.

16. Lingva & labra fiunt flava, & nigra, impura & rugosa, halitus gravis.

17. Nonnullos sopor tam profundus obruit, ut, nisi excitentur, dormientes expirent.

18. Aliqui parùm, aut planè non sitiunt, aliqui vehementer.

19. Quibusdam alvi profluvium, quibusdam ejus obstructio accidit, quibusdam vomitus biliosus & amarus, aut pituitosus.

20. Urina clara est Sanorum similis. Post turbida crassa & cruenta fieri solet.

Morbi Status.

Aliqua hæmorrhagibus supervenit, multis tumores & bubones sub aliis, & aliis locis consuetis protruduntur. Quanquam hi hætenus non apparuerint. Aliqui epilepsia corripuntur. Quibusdam die nono, undecimo & aliis diebus criticis sudor largus prorumpit, a frigus eos invadit. His materia maligna è corpore propulsa disparet.

Non autem omnium, quæ recensuimus, signorum concursu opus est. Sed aliqua & præcipua adesse sufficit.

Signa Prognostica.

Signa enumerata non solum in morbi cognitionem nos deducunt, sed ejusdem evendum præsagiunt.

Bonum

Bonum ergo.

Ægrum adhuc viribus constare, de morbo, capitis sc. dolore, langvore & artuum dolore non admodum conqueri.

Integra uti ratione.

Sumto medicamento corroborari & malum mitigari.

Vomitu aut alvi profluvio allevari.

Maculas subito prorumpere, sine virium lapsu, & cum febris mitigatione.

Macularum eruptione alvi profluvium aut vomitum fisti.

Maculas esse rubras, & non admodum magnas.

Post 4. 7. 9. 11. & reliquos dies criticos remissionem quandam ægrum percipere.

Urinas ante turbidas, crassas sine nubecula, clarescere & habere nubeculam.

Pulsus fieri validum, æqualem, nec adeo celerem.

Malum.

Maculas coacervatim prorumpere die non critico.

Diu persistere.

Alvi profluvium aut vomitum cum febre aut maculis durare.

Ægrum delirare, & strata vellicare.

Profundè dormire, ut vix possit excitari.

Pessimum.

Ægrum concidere, & frequenti syncope corripi.

Etiā mitia medicamenta sequi alvi profluvium.

Vomitu, ventris profluvio, maculis non allevari, sed ulterius prosterni.

Hæmorrhagia larga nihil juvari.

Maculas sigillatim pordire.

Eisdem subito evanescere.

Maculas esse lividas purpureas, nigras, virides pallidas, sigillatorum vestigia colore referentes.

Esse datas, magnas, ut dorsum aut artus contegant.

Post rubrar. macular. eruptionem morbum ingravescere.

Supervenire epilepsiam.

Bubones & tumores sub aliis & in cruribus, item parotidas gigni.

Urinam suppressi.

C U R A T I O.

Difficile est scripto adeo brevi mali tam acuti perfectam tradere curationem ob circumstantias & accidentia complura. Videndum enim est, an æger vir aut mulier, puer aut virgo, gravida aut puerpera: an morbus in principio, augmento, statu aut declinatione: an expulsio aliqua à Naturâ facta, & quomodo. Quæ circumstantiæ singulæ curationem variant.

Prolixitatem ergo, quam hæc parere poterant, ut evitem, paucis curationem tradam, non dubitans, me & sic adjuturum plurimos.

In his tribus autem consistit curatio.

Primum est, Rectus medicamentorum usus,

Secundum, Venæsectio.

Tertium, Recta victus administratio.

Cum autem morbus hic malignitate suâ cordi & cerebro insidietur, sine morâ ei occurrendum est. Sic enim maturè profligari potest, cum alàs diuturnus, periculosus & molestus esse soleat.

Si ergo quis dicta in se depræhenderit signa, is statim alvum, si obstructa, aperiendum curet clystere mitiore, quod sic parandum.

Recip. Jusculi galin. insusi cochlear. XXIV.

Sacchari Thom. ℥ijß

Olei Rosar. aut violar. cochl. vj

fiant clyster.

In defectu jusculi carnis,

Recip. Folior borragin.

Acetosæ.

Endivie & My.

Rad. Perasitæ ℥ijß

Coqu. in s. q. aqua ad XXIV. cochl.

fiant enema.

Si æger ab enemate abhorreat, sumat potionem lenientem è foliis senæ, officinar. horis tribus ante cibum. Sequens etiam potio non tantum lenit sed & veneno resistit.

Recip. Pulp. Thamar. ʒvj.

Micobat. ci rin. Ind. an. ʒß

Semin. Ciri ʒij

Zedoar ʒj

Folior. scordii. cardui ā. p. ij.

Flor. cordial. ā. p. j.

Coqu. in sufficienti quantitate aq. acetos. ut commodè sub finem parum incoqui possit fol. sen. ʒiʒ.

Colatur. ʒiijʒ adde

Syrup. rosar. solus. ʒij

vel

Manna ʒiʒ

M. fiat haustus.

Cui potio displicet, utatur glande supposit.

Cui nec hæc arridet, is sumat Cassiam Elect. lenitiv. diacathol.

Compressiones & compunctiones circa cor & thoracem sentiens, maximè pleurisin, loco potionis sumat *Olei amygdal. recens. cochl.* iij. cum *aq. card. bened. coch.* iv. Bibat calefact. horis tribus ante cibum.

Apertis ergo naturæ viis, venenum à corde & cerebro omni studio avertatur sudoriferis.

5. Ergo aut 6. horis ab enemate, aut sequenti die, post exhibitam potionem lenientem, potio sudorifera offeratur.

Recip. Tormentill.

Dictam.

Pimpinell. an. ʒj

Coquantur in s. q. aq. Card. bened. & Acetos.

Hujus

Recip. Cochl. vi

Succi Card. bened. aut Scordii coch. ij Aceti optimi
(præfertur rutaceum) *cochl.* ʒ

M. sc. fiat potio.

Addatur Mithrid. optim. ʒʒ.

Aut Theriac. Venetia ʒʒ.

Sumat calefact. & sudet.

Potionem averfans sumat pulveris sequentis ʒj aut plures pro ut naturæ robustioris, aut imbecillioris est. Ex aqua *Card. bened. aut Scordii*, aut si adsit calor major cum aqua acetos. Quanquam & supra scriptam potionem absque Mithrid. sumere queat, Pulvis hic est.

Recip. Rad. Tormentill.

Pimpinell.

Dictam.

Terra sigill.

*Boli Armeni.**Corn. cer. preparati* ā. 3ß.

Attendat quilibet, ne usu potionum sudorifer, incalescat nimis. Cum enim urina ægri non turbida aut admodum rubra est. Venenum nondum ad cor penetrasse indicio est. Et tum omnia proposita remedia profunt. Potio etiam purgans secundo & tertio die repeti potest, idque propter celerem morbi motum. Morbus n. in his quarto die finitur.

Urina turbida, crassa, rubra indicio est, non tantum ichorem sanguinis sed ipsam massam sanguineam esse infectam, & unā Epar aut aliud viscus inflammatum, & tum sudoriferis refrigerantia sunt miscenda, ut.

Recip. *Rad. Tormentill.**Acetos.**Dictam. albi.**Pimpin.**Zedoar.* ā. 3ŷ*Sem. Endiv.**Acetos.**Berb.**Citri.* ā. 3ŷ*Santali citrini.* 3j*Herb. Card. bened.**Scord. p. j.**Capill. Vener. Mß.**Lent. bis coctior.* 3ß*Lacca* 3iij*Flor. Borræg. Viol. an. Mß**Coq. in s. q. aq. Card. bened. & Acetos. ad Conthar. ß.*Hujus Rec. *cochl. vij* Adde*Succi citri**Acetos. an. coch. ij**Boli Armen.**C. C. preparati.* ā gr. X.*F. potio sudoris.*

Antequam potion. sumat. *Diascord. Fracastorii* 3ß aut 3j cum *Camphor. gr. j.* (aut hujus loco. *Mithridatii vel Theriaca veteris*) in potione dicta, aut hujus cochleari j. solvat & bibat.

Potionem sumat. 4. dieb. continuis *Mithridat.* verò aut *Diascordium* alternis misceat diebus. Interim aut morbus evanescere videbitur aut macu-

maculæ adparebunt, quod tamen hodie ob minorem malignitatem rarum; aut alia morbi apparebit facies.

Pauperiores sumant succi ex acinis sambuc. ʒij in aqua flor. sambuci. Aut coquant semen rapar. albar. cum aq. rap. alb. bibant coch. aliquot calida.

utiliter etiam ʒj

Mibridat.

Theriaca aut Diascord.

Fracast. ex aceto lilior convall. admisto pauco C. C. usu uti possunt. Ditiorebus unicornu præscribi potest.

Inprimis autem Lapidis Bezoar gr. iij. iv. aut v. cum aqua acedosa exhibita egregie sudorem provocare & vapores malignos reprimere observavi.

Si quis dicta remedia vomitu rejiciat, secunda aut tertia vice, donec deinceantur, exhibeantur.

Hujus generis remedia alia sunt complura quibus quis, pro ut Experientia est edoctus, uti poterit.

Sudor ubi sat diu stetit detergatur, aër autem frigidior prohibeatur. Æger confortantibus & vapores malignos à corde arcentibus reficiatur, Huic rei inserviunt. Rotulæ confortativæ, quæ sic appellatæ in officinis reservantur, quæ semel aut bis quotidie exhiberi possunt. Si siccas respuat, dissolvantur in aqua Card. bened. acetosæ aut scabiosæ.

Profunt etiam manus Christi perlata, Diamargar. Elect. de gemmis. Loco rotular possunt etiam sacchara corroborantia, sic officinis præscripta, dari. Aut ex saccharo rosaceo acetosæ, borrag. violaceo. Cerasis conditis succo berber. Coral. Cortic. Citri conditis confortans concinnari potest, adduntur Margaritæ præparatæ. Magnates smaragdum contusum addere possunt. Hic enim a multis in morbo hoc commodatur.

Vehementer sitientibus aqua caponum cum saccharo rosar; acetosa condita, destillatione extrahi potest, aut etiam Julepus parari.

Recip. Succ. Citri cochlear. ij

Julep. rosar. cochl. iij

borrag. cochl. iij.

Margarit. præparat. ʒjß

Aq. Borrag. & acetos. ā. cochl. xx.

Huc pertinent omnia confortantia, quæ in febribus pestilentibus calidis exhibentur, & à pluribus descripta habentur.

Inter reliqua hoc pro corde mihi placet. Si recipientur.

Margar. preparat. ʒj.

Smaragdigr. v. aut. vj

Cum aqua Scabiosa aut si femina sit, cum aqua Melisse & Acetosa.

Quod si maculæ (ut hodie fit plurimumque, dum & febris ipsa intra quatuor, septemvè dies ob malignitatem minorem terminantur) absint consultum esset, calori si augeri videatur, extrinsecus undiquaque validè resistere, quod assequemur aquis pro Corde & Epate præscriptis. Pro Corde autem.

Recip. Spec. cord. temperat. ʒß.

Corallor. rubror. ʒij

Santali rubri ʒj

Croc. gr. X.

Vini Matvatici cochl. iij

Aceti Vini acerrimi cochl. jß

Aq. Scabios.

Rosari

Horrag.

Italice & Germaniæ a. coch. viij

Misc. pro Epithemat. Cordis & puls.

Pro Epate sic hæc.

Recip. Santali rubri. albi, citrin. a. ʒj

Spodii de Ebore ʒß

Spice gr. X. Aq. Portulacæ

Cichorii.

Endivia a. cochl. viij

Aq. absynthii Roman. coch. j

Miscæ.

Intingatur pannus cæruleus, imponatur lateri dextro sub costis nothiis.

Qui aquam hanc ob precium majus habere nequit: is recipiat cichorium recens, incidat minutim, conterat in mortario cum aq. cichorii, succum exprimat.

Hujus accipiat coch. x. & addat aceti Vini coch. j. intingatur pannus, & applicetur, ut dictum:

At si propter maculas aquæ hæ applicari nequeant, inungantur præcordia hoc unguento.

Recip.

Recip. *Mithrid. veteris optimi* ʒj
Unguenti Santalini ʒvj
Spec. cord. ʒj
Diamarg. frigidi ʒß
Croci gr. X.
Cum acetorofaceo fiat Unguent.

Eadem ratione & pro Epate in officinâ unguentum præparari curavimus.

Et ut undique calori resistatur, inungantur lumbi unguento pro lumbis facto, item dorsum ab osse sacro, ad claviculas usque unguento, dorso dicato.

At si calor internus urgeat, & sanguis ferveat non incommodè à prandio hora tertia potio refrigerans offerri poterit, facta ex succo Cetri, Endiviæ, Acetos. Nymphææ cum aq. Endiv. Acetos. Cichor. aut aliàs temperamento ægri respondentibus. Addenda est portio C. C. ulsi magnitud. V. pisor. Die sequenti detur potio sudorif. simul refrigerans, quam ante docuimus, quò virus à corde versus exteriora propellatur, & morbus abigatur.

Tempore pomeridiano refrigerans iterum, quam præscripsimus supra, portio propinetur. Tertio die si ulus exigere videbitur, eadem administrabuntur remedia. Interim confortantia minimè negligenda sunt; sed subinde aut rotula una, aut sacchari confortativi, aut conditor. dictor. portio exhibeatur. Si morbus tertio aut quarto die non evanescit ad septimum, undemum, aut ulterius protrahitur.

Et tum dispiciendum, an natura maculas expellat (quæ rarius hodie adparent, quòd malignitas maxima ex parte hæreat in tenuissimo sanguine, qui putrefactus ratione tenuitatis non adipiscitur lentorem adeo tenacem, ut cuti adhæreat.) Quod si enim natura id conetur, adjuvanda est, ut inferius docebo. Quod si intra quartam diem nullæ adpareant maculæ, calor non remittatur, urinæ sint turbidæ & rubræ, non in conveniens fuerit, ægro venam secare. Iis tamen observatis, quæ inferius tradam, aliàs Venam secare in malo hoc acuto lethiferum potius quàm salutiferum est.

Cum vero naturam morbo acriter resistere videmus, non securi interim esse debemus, sed operam date, quo reliquæ sanguinis infecti, quæ tussim, compunctiones & quasi contusiones in artubus, destillationes item foveant & movent, purgante mitiori exturbemus, quod singulari cum iudicio faciendum. De eo hæc tractare supersedeo.

Venæsectio.

Cum morbus hic mineram in sanguine tenuissimo habeat, non ipsa autem tota massa sit infecta, admonitos volo quosvis, ne facile sibi venæsectionem persuaderi patiantur. Hac enim attestante Fracastorio plurimi in hoc morbo jugulati sunt, attracto sc. veneno per venæsectionem ad cor.

Quando autem urina est turbida, & tota massa sanguinea infecta, jecur etiam inflammatum, tum Venæsectio differri non debet, maxime in homine sanguineo. Cum autem hic errari facile possit, cum Medici consensu, Venæsectio ? instituenda.

Loco Venæsectionis cucurbitulæ cruribus, genuum flexui & fœmori cum scurificatione applicari possunt.

Symptomata.

Supra, non solum morbum curandum, sed & Symptomatum (quibus pestem febris hæc imitatur) diligentem habendam esse rationem dixi. Absque hoc enim, quod unâ manu extruitur, altera destruitur. Breviter ea ergo recensebo.

Macule.

Hæ cum apparent, promovendæ sunt : intrinsecus potione sudoriferâ & simul efrigerante : extrinsecus oleo sequenti, in quo pannus madefiat, eoquæ totum corpus bis de die fricetur. Oleum sic paratur.

Recip. Olei amygd. amarar. dulcium, aut
chamomali cochl. vj

Nitri contriti Zij

Aq. flor. chamom cochl. viij

Coq. ad aquæ consumptionem.

Interdum oleum amygdal. dulc. & chamomæl. miscetur prout usus requirit. Aliqui ad faciliorem Veneni extractionem addunt oleum scorpionum, quod idem præstant cucurbitulis pluribus corporis locis adhibita. Textura serica rubea strate imposita etiam maculas promoves. At, cum rarò appareant, non plura de eis scribo, redituras tamen eas metuo, si præsens aëris constitutio aliquandiu duraverit.

Cephalalgia.

Huic medentur cucurbitulæ scapulis admotæ, ut fœmori & genuum flexui. Sic enim dolor manifestè trahitur deorsum. Hoc qui facere veretur, aqua pro Epithemate in officina præparata utatur, aut sequenti emulsione dolorem potenter sistente.

Recip.

Recip. *Aq. Verbena. Betonica.*

Flor. sambuc.

Solan.

Rosar. z. coch'. V.

Amygdal. amarar. aut nucleor.

persuor. ʒjss

Papa veris albi 2. capitib.

F. Emulso & capiti circumvolvatur.

Multi brassicæ albæ caput diffecant, & cervici applicant, tollit calorem & dolorem. Potentius idem præstat raphanus contusus, cervici, plantis pedum & brachiis impositus.

Vigilia.

Somnum ut concilies, exhibe lac amygdalar. dulcium, aut papaveris aqua rosacea abluti aut sequentem potionem soporiferam.

Recip. *Caput. papav. albæ integrum.*

Lactus. Ital. Mj

Acetof. Mjss

Dactylos enucleatos n. ij.

Coqu. in s. q. aq. ad cochlearia viij.

Adde si adsit tussis, Succi Violar. pro succo papav. propina agro calefact. dormituro.

Consultius autem est exhibere jus gallinar. in quo lactuca bullierit, loco potion. refrigerantis. Possunt & folia lactucæ Italicæ capiti imponi. Extrinsecus adhibentur unguenta opium habentia, quæ tamen cautè usurpanda. Hæc in officinis habentur.

Inservit etiam scopo huic lotio pedum è *capit. papav. alb. n. XX.*

Solan.

Fol. viticis

Salicis rubr.

Populi an. M. ij

Flor. Chomomal.

Anethi an. Mj.

Coq. in s. q. aq. repleatur vas, cui ager pedes ad genua usque immergat.

Lotio hæc somnium conciliat, & dolorem deorsum trahit.

Paretur etiam nodulus, qui in aquam rosaceam intinctus ægri naribus sæpius admovetur, talis quidem.

Recip. *Cortic. Rad. Mandragora ʒij*

Semin. hyoscyami albi ʒj

Fol.

Fol. rosar. rubr. p. j.

Nuc. mosch.

Caryophyll. an. ʒß

F. nodatus, quem in aq. rosar. intinct. olfaciat.

Multā aquam hyoscy. capiti circumvolvunt, quod, si acutè fiat, i calore ingenti concedi potest.

Sopor profundissimus.

Sapè accidit, ut æger sopore profundissimo obruatur, & tum modis omnibus excitandus, alias dormiendo expirat, aut tumor frigidus, nisi jam adsit, oritur in capite. In hoc casu omnia soporifera amoveantur. Econtra piper tritum cum aceto Vini naribus instilletur, ac sternutationem provocandam. Aut.

Recip. Colocinth. gr. X.

Castores ʒj

Capillor. humanor. combustor. gr. XV.

Adde aq. Sampsuchi. in qua bullieris calaminta

Instill. aq. naribus.

Protest etiam vesicator: ex fermento cantharid. & aceto Vini, & sinapi juxta aures. Glandes etiam & clysteres acres injiciantur, ut materia à capite revellatur, aut fiat fomentum pro capite. Sed de hoc alias. Et si eo opus, consulatur Medicus.

Angina.

Lingva & fauces à calore interno & vaporibus flavescent. nigrescent siccantur, rugantur & squalida fiunt. Vulgus symptemat. horum concursum anginam vocat. quasi peculiaris esset morbus, cum tamen symptomata sint morbi hujus maligni. In hoc casu ferè omnes se medicos profitentur. At cum experientia testetur, quàm miserè cum multis, dum hæ oris sordes erant detergendæ, actum sit, hoc tantum monebo, linguam cautè esse radendam. Multis enim lingua rubescit, non quod naturâ talis, sed quia cautis detracta. Optimum ergo est sal ammoniac. lingvæ affricare: & aqua atque aceto Vini os colluere. Aut paretur gargarisma.

Recip. Succ. Moror cochl. iij

Vini è Punic. cochl. iß

(pro hoc substituitur moror. succus)

Rob. de nucib. cum ruffiunt,

Aq. rosar.

Plantag. an. coch. vj. M.

Commodè etiam tum lingua unguento hoc inungitur.

Recip. *Oxymel. cochl. iß*

Sinapis albi crasso modo contusi gr. v.

Glycyrrhiz. rasa gr. X.

It. Sacculus cui nucleicotonæor. insuti, aqua imbutus ori indatur.

Scapulæ scarificentur, Venæ sub lingua, urgente necessitate, aperiantur. Satiùs tamen erit calori interno succurrere, à quo symptomata hæc pendent.

Epilepsia.

In morbi vigore, dum periculi omnia plena, epilepsia, maximè pueris supervenit. Hæc etiam periculum in morâ. Plurimumque enim apoplexia & tandem mors sequitur.

Sequentia ergo remedia ægro instilletur.

Recip. *Succi Peoniæ cochl. ij*

Aq. è flor. tilia

Cerasis nigris an. cochl. iij

Mis. & bibant.

Parentur etiam unguenta gingivæ affricanda.

Recip. *Oxymel. scyllit. coch. ij*

Speci diamos. dulc. Zij

Succi rutæ parum.

Aceti rutacei coch. ß.

M. & inungv. linguam & gingivam.

Pentaphyllum etiam omnibus ægri cibus incoquatur.

Sitis.

Siti vehementi medetur lactuca Italica condita & ore detenta. Cerasa, Persica, Aurantia, Granata, Ribes conditi. Succus cerasor. in aqua Card. bened. & acetosæ dissolutus.

Inprimis tussi validè hæc resistit potio.

Recip. *Aqua acetabula vj. & 3xij. & 3xij*

Aceti Vini acetabulæ ij. 3iv. & 3iv

Sacchari lib. ß. dissolvatur & bulliat, despumetur, & refrigeratum coletur. Reservetur in cella & bibat.

Si alvi profluvium adsit offeratur emulsio melonum de nucleis melonum, & aqua acetosæ.

Prodest & aqua hordei, cum succo citri.

Qui gelidum bibere consuevit, aquam fontanam puram in qua portio panis tostii macerata, & cui parum aceti vini admixtum sit, bibere possit.

Pauperes serum caprini, aut alius lactes bibant.

Infantibus concedit Aetius lib. 4. c. 140. lac, cum quo tertia pars aquæ ad dimidii consumptionem cocta sit.

Pleuritis.

Propinetur oleum amygd. dulc. cum aq. card. bened. aut Vesicam oleo, chamomæl. aut aliis oleis impletam lateri impone.

Tussis

Ferina, sicca & difficilis est. Dentur ergo materiam incrassantia, ut syrupus de papavere, de Ros. siccis, succus viol. succ. de jujubis & spec. Diatraganthi frigidi, cum C. C. usto & Bolo Armeno. It. rotulæ de succo Scabiosæ, & similia.

Alvi profluvium.

Hoc non statim sistendum, sed per biduum, aut diutius etiam, nisi vehementius sit, sinendum. Sic enim materia maligna evacuetur, purgante aliàs educenda. Attendendum autem an æger hinc allevetur, nec ne. Quod si enim ulterius prosternatur, fluxus Symptomaticus est à colliquatione viscerum, imprimis epatis.

Post materiæ ergo malignæ evacuationem statim est cohibendus. Omnes ergo aquæ, quibus ægri cibi coquuntur, aliquoties chalybeentur. Edat prisanam hordeaceam percolatam, addatur emulsio melonum facta aqua chalybeata.

Possit in eundem finem lac papaveris albi admisceri.

Paretur etiam nodulus è seminibus Sumach, Berb. acetos. (& ervi) bulliat in cibus, qui ægro coquuntur.

Cum cibo apponatur succus cotoneor. liquidior, in quem panem intigat, item succus berber. Potus sit aqua hordeacea chalybeata, in qua aliquid succi cotoner. Citri Granator. acidior, aut Syrup. de myrtillis Italicis. Syr. de Tormentilla vel Bistorta sit dissolutum, nec noceret haustus largior Vini cotoneor. quod non tantum obturat, sed & fluxum sistit.

Cibo aspergatur pulvis diamargarit. frigidi, tormentilla trita, Bolus Armenus, terra sigillata, succinum. *Proferunt rotulæ è succo torment.*

Electuario cotoneor.

It. C. C. usti 3j

Trochis.

Trochis. de spodio. ʒj.

*Cum aq. Acetos. Card. bened. plantag. myrtillor. fragar.
aut portulaca.*

Satius autem est fluxum per Urinam revellere ejusmodi potione.

Recip. Rad. Acetosa.

Petrosel.

Gramin. an. ʒß

Nucleor. Melon. ʒj

Glycyrrhiz.

Passul. an. ʒiij

Papav. albi,

Semin. portular. an. ʒj

lujubas.

Sebesten an. N. viij

Citer. rubr. Mß.

Coq. in suff. q. aq. ad canthar. ß.

Recip. Hujus coch. vi. adde Syr. de capill. Ven.

coch. ij. Succ. Citri coch. j.

Utatur potione hac bis quotidie, manè hora quinta,
& à meridie hora tertia.

Totum corpus antè & postè inungatur oleo rosaceo, co-
toneor. Masticeis, & imponatur Emplastr. diaphœnicon.

Vomitus.

Nec hic statim est sistendus. Quia natura sæpè materiam veneno-
sam vomitu evacuat. Si autem diutius perseveraverit, ex fermento, ace-
to Vini, & mentha crispacum paucò oleo Mastic. fiat Emplastr. & cum
stupa præcordiis imponatur, sistitur vomitus sine mora.

Quò autem materiæ venenosæ naturam ad vomendum irritanti re-
sistantur. Sæpius ægro de pulvere hoc ʒß ex aq. acetos. in qua Rob.
ribium sit dissolut, exhibeatur.

Recip. Margarit. præpar.

Corallor. rubr.

Bol. Armen.

Terra Lemnia an. ʒj

C. C. usti ʒß.

Si hæc non profunt cucurbitula magna umbilico applicetur.

Satius esset, vomitum abesse, nisi die Critico id accadat, natura
ab humor. malignor. copia sese exonerante. Aliàs vomitus ut plurimum

malum est signum. Observetur: materiam flavam, viridem lentam & albam vomitu rejici, bonum, modo fiat prædicto modo.

Si ne sic quidem vomitus sistitur, materia medicamento lenienti per inferiora educatur. Et si nec sic inhibeatur ad Emplastr. è fermento est redeundum.

Singultus.

A materia malignâ Epatis aut lienis inflammatione ortus, ut plurimum mortem portendit.

Curatur Margaritis. corall. rubris, Bolo. Armen. pulveri satis cum paucis succo Rib. Citr. Berber. & Vino coton. propinatus. Aliàs fumant succi Menthæ crispæ cochl. ij. pulv. supra scripti 3j aut boli Armeni 3j. Si nec sit cedit, materia venenosa clystere revellatur. Later calefactus è ventriculi regione collocetur, ut jam docebo. Si etiam tum perseveret, periculosum est.

Dolor ventriculi.

Sapè in his febribus ægros de dolore ventriculi conquerentes audi vi, & indecenter sese gerentes vidi. Præstantius autem remedium non inveni, quam laterem leviter coctum, ignire, & aceto vini opt. ac pauca aq. Menthæ extinguere, eundem 2dâ vice ignitum, & solo aceto Vini conspersum & linteo involutum ad dorsum aut etiam ante è regione ventriculi collocare.

Syncope & cordis palpitatione.

Hic occuratur confortantibus supra præscriptis, it: aquis cordialibus & pulsibus dicatis. Paratur etiam nodulus, quem assiduè aquæ rosaceæ optimæ immersum odoretur. Nodulus sic paratur.

Recip. Rosar. Violar. an. pj.

Cinnamon. Agallochi opt. Macis.

an. 3j. incidantur minutim.

F. Nodulus.

Si his non cedat syncope, offeratur ægro portio panis similacei ex vino rubeo, ut & jusculum è caponibus destillatum.

Hæmorrhagia.

In Hæmorrhagia duo attendenda. I. an fiat stillicidium, an verò largum sanguinis profluvium. II. an 1. 2. 3. 4. 5. aut alio die accidat.

Stillicidium bonum non est, maximè quarto die. Indicio enim est, Naturam non sufficere materiæ malignæ expellendæ: aut materiæ copiam, & morbi longitudinem significat.

Quod

Quod si fluat sanguis, & quidem die Critico, 4. 7. 9. & simul adsint signa coctionis in urina, fiat insuper in statu, bonum est, nec sistenda hæc hæmorrhagia, donec æger imbecillior fieri incipiat. Sistitur sequenti Emplastro.

Recip. Cretam pulverisatam, adfunde succum agrest. & acetum rosaceum, ana. F. Emplastr. imponatur recens fronti, aut etiam collo, si opus fuerit, pro exsiccatis recentia substitue. Dissolvatur etiam camphora in aceto rosaceo addatur aqua rosacea, infingatur linteam, cujus odorem excipiat æger.

Recip. *Pilor. leporis ustor.*

Sangu. Diacon.

Boli Armen.

Gallar. immat. pulveris.

Fiat nasale, quod aqua rosar. agrest. imbutum & pulvere conspersum naribus indatur.

Assumat etiam putionem hanc frigidam.

Recip. *Succi Myrtill.*

Acetosa an. cochl. iss

Adde aq. portulac.

Plantag.

Equiset.

Bursa past. an. cochl. iss

At si primo aut secundo die hæmorrhagia oboriatur Stillando aut fluendo malum fit enim symptomaticè. Nam Venæ à sanguine ob venenum & bilem effervescentem acri eroduntur aut propter calorem & exagitationem sanguinis in capite rumpuntur: aut denique ob fractas naturæ vires elabitur. Conjicitur symptomaticus hic effluxus sanguinis inde, quod allevationem æger percipit nullam, calor fit vehementior, augetur delirium, amittitur somnus, & æger moritur, nisi robustioris sit naturæ, & tum morbi longitudo indicatur.

PRÆGNANTIUM CURATIO.

Prægnantes imprimis sui rationem habeant, aliàs facile in extremum vitæ conjiciuntur periculum.

Alvum ergo ut liberam habent, dentoperam, obstructam liberent clystere è jusculo gallin. & aqua, aut glande benigniori.

De Venæsectione hic nihil dico, consulant Medicos, cum hæc etiam aliis vix concedatur. Propinetur ipsis.

Pulvis hic ex aqua Card. bened.

Recip. *Rad. Tormontill.*

Bistort.

Zedoaria.

Margar. præp. an. ʒj

Addatur. Sacchar. cand.

Aut, si nolint pulverem, paretur hæc potio.

Recip. *Zedoaria.*

Bistorta.

Tormentill. an. ʒj

Coquantur in aq. Card. bened.

Rec. *hujus cochlearia vj.*

adde Mithridat. ʒj

Margarit. præpar. ʒʒ

Sumant & fudent.

Diæta sit ea, quæ aliis præcipitur ægris, nonnulla tamen præ aliis ipsis indulgentia.

Potiones refrigerantes. Purgantia & reliqua medicamenta, etiam ut reliquis, cautè tamen & cum consilio Medici ipsis sunt exhibenda.

In pueris ætas maximè attendenda est.

Infanti unius anni propinetur nonnihil C. C. usti cum margarit. præpar. ex aqua Card. benedict. aut detur ipsi aliquid pulveris supra dicti. Duorum annorum pueris aut adultioribus detur ʒj cum saccharo cando, & fudent. Ad arcendam sitim bibant Aquam Card. benedict. in qua rotul. confort. una aut duæ sint dissolutæ, caveatur obstructio. De reliquis agendis consulatur Medicus.

DIÆTA.

Diætam morbus his requirit accuratissimam. Facile enim fieri potest, ut Natura aut cibo obruatur, aut morbi concoctione ad cibi coctionem avertatur. Econtra si Diæta justo tenuior observetur, Natura & à morbo & fame prostermitur. Medium ergo omni studio observari debet.

Ut autem victus rectè administretur, sequentia diligenter attendenda sunt, quando & quoties, quid & quantum sit offerendum.

QUANDO ET QUOTIES CIBANDUS ÆGER.

Supra dictum est. Statim à deterfo sudore aliquid ægro esse offerendum, quod hic non repeto. Attendendum autem, quoties sanus cibari

cibari consueverit. Id enim & jam observandum est. Ut plurimum autem bis id factum est de die.

Et si autem febres istæ continuæ sunt & ad infebrecitationem non deveniunt, suam tamen habent remissiones. Hæc nonnulli sentiunt circa meridiem, nonnulli vespertino tempore & sub ingressum noctis. Ministri ergo manè hora sexta, post hora undecima cibum agris offerant, ut, cum horâ secunda aut tertia febris exacerbatur, Natura morbi concoctioni vacare possit. Hora nona aut decima sub noctis ingressum, cum calor nonnihil deferbuisse videtur, iterum cibetur, sit enim cibus & ægro gravior, & naturæ utilior evadit. Cibi sint concoctu faciles, & ad nutriendum, cum refrigeratione aliquâ, efficaces. Ex horum genere sunt juscula è ptisana hordei; avena, gallinis, carne boum juniorum excocta, aut aqua parata, quæ ægro primis quatuor diebus sufficiunt. Intra hos enim morbus plerumque terminatur.

Si calor sit ingens, ex usu ægri in his bullire poterunt, borragin, acetosæ, Endiviæ folia. Sic enim juscula & nutriunt, & potentius refrigerant. Exhiberi etiam potest jusculum ex amygdalis sine passulis paratum, maximè, si adsit alvi profluvium.

Juscula item efficacia ex carne bubula laudabili, aut carne caponum in vase stanneo parata, (quod artificium faminae callent egregiè) in syncope & vigore morbi benefaciunt. Ova etiam in aquam affusam, & aceto Vini imbuta (ob tussim tamen acetum vix admittitur) ut & ptisana hordeacea percolata benè & refrigerant & nutriunt. Sic Caro boum, gallinar. junior capon. & avium montanarum, succo Citri, aurantior. aceto Vini, imbui & cum Endiviæ foliis apponi possunt. Gallinar. insuper, aquaticar: caro haut difficilis coctionis. Ova nocte una prius in aceto macerata donec tremula fiant coquantur, eisque guttæ aliquot aceri aut aqua rosarum instillantur.

Cum Ventris adest profluvium, detur jusculum gallinac, cui radices tormentillæ incoctæ fuerint.

Succo item Cotoneor. cum Cerasis acidis, prunis silvest. exsiccatis prunis acidis. coctis pro embammamate utantur.

Ex usu etiam esset, hic morbi tempora discernere, ut victus iis accommodari posset. Sed tractatus desiderata brevitas prohibet: satis sit monuisse, ægro in morbi vigore sufficere jus gallinar. aut è ptisana avenæ, factum.

Potus.

Sit aqua hordeacea cum glycyrrhica & uvis passis.

M m 3

Potus

Potus è rapis passis & lentibus coctis virus è corpore promovet.

Gelidæ, cui aliquid aceti admixtum, aut in quâ panis maceratus, eam bibere assveto, haustus concedi potest.

Divites utantur aq. acetos. Card. bened. dissolvant in his rotulas confortantes, aut parent ex iisdem & aquis Julepuma efficax ? & caro caponum destillata.

Cerevisiæ Eimbeccensis usum mediocrem non improbamus, ac potus diversitatem & copiam planè dissuademus : Aquam tamen hordeaceam bibere solitus inter prandendum haustu cerevisiæ viribus prospicere poterit. Vinum autem planè est vitandum.

Aër frigidus diligenter cavendus, ne pori claudantur & venenum ad cor repellatur.

Conclavia aqua rosacea optima conspergantur sæpius, fiant & suffimigia.

Præservatio.

Hæc poterit eadem esse, quæ in peste ad frigidum tamen magis inclinans. De Victu non multa dicam. Annonæ enim caritas multos multis, à quorum usu aliàs abstinerent uti cogit. Divites autem de cibis salubribus etiam non moniti sibi prospicient.

Hoc tamen monebo acidos ut plurimum parari debere cibos. Aspergantur C. C. usto aut bolo Armeno. Assa præferantur elixis. Cum carne tamen elixa & aliis cibis ribes, berber, & uvas immaturas incoquere poterimus.

Medicamenta quod attinet, ea primum aëris requiritur constitutio, quæ vapores venenosos cælitus & aliunde emanantes & exhalantes exsiccat, Cerebrumque & Cor virtute vivificat & odorata recreet. In quem finem in officinis pomum ambræ præparatum asservari curavimus, Nodulum item, cujus odoratus in publicum prodeuntes præservet.

In domo fiant suffimigia tempore pestis usitata. Eadem utiliter fient ex pulvere à me præscripto, cujus ℥j, cum aqua rosar. & acetos. in ollam infusa super carbones locetur. Hinc enim gratus per totum conclavo spargitur halitus.

Eodem modo etiam ex santulo. Item tabulis è rosis, Benza & aliis fiunt suffimigia.

At si vapores venenosi jam ad cor penetrarint, medicamentis internis dissipandi sunt. Quod assequi poterimus morsulis è C. C. quos præ-

præscripti. Dimidium unius manè, & portiunculam, cum alias in publicum prodeundum ?sumendo.

Morbuloꝝ vicem, die altero, tempore eodem, subeat Elect : mei contra venenum portio magnitud. avellanæ major. aut castanæ. Et sic deinceps morsuli & Elect. per vices sumatur. Gravidæ eodem modo utuntur morsulis, pro gravidis, inscriptis. Pueris dentur morsuli & rotulæ liberantes. Os colluatur aqua & aceto Vini, in in quibus bullierint cortices citri, sub lingua teneantur rotulæ.

Proderit etiam per osiduum semel C. C. usti, boli Armen. an. 3ß ex aq. Card. bened. sumere & sudare.

Brevibus hisce plebeculam rudem, cum tam subito lues grassari coeperit, sine cunctatione erudire volui. Plura eademque elaborationa à me alio expectent tempore. DEUS nostri misereatur, & benedictionis suæ inexhaustæ imbre largo remedia licita rigare dignetur.

CONSILIVM XLIV.

IN DOLORE CIRCA VENTRICULUM, COR ET PRÆCORDIA.



Conqueritur Nobilis & Magnus Dominus N. de dolore circa ventriculum, cor & præcordia, adeoque sinistrum hypochondrium. Dolor iste non est simplex sed comitem habet anxietatem quandam vertiginosam, qualis usu venire solet iis, qui cordis, palpitatione nonnunquam simul infestantur.

Et si verò S. M. non usque adeò eò affligatur, tamen cum malum gravius metuat, maturè præcavere volens, Medicum Cæsareum consuluit. Qui de affectionis essentia & causis adeoque de ratione curandæ eâ doctrinâ & solertia scripsit, ut vix amplius aliquid desiderari posse videatur.

Quia tamen Magnus Dominus N. N. arbitratus est, me etiam hac in parte inter cæteros aliquid in commune consulere posse, vel quod plus videant oculi, ut inquit Aristoteles quam oculus, dicam quid mihi videatur, non quod meum iudicium tanti Medici doctissimis decretis anteponeꝝre aut opponere velim, sed ut & voluntati Domini N. gratificer, atque etiam muneris mei rationi ejusq; expectationi satisfaciam.

Primum autem dolor dependet à morbo nempe à solutione unitatis, id est à tensione & lincinatione partium circa cor & mesenterium

câ parte qua situs est ventriculus & splen & sursum ad diaphragma & cor tendit. Dein morbus non solum est intemperies Epatis calida & ventriculi humida & frigida, cruditates & consequenter flatus producents sed etiam fovetur ab intemperie splenis calida, & in esse conservatur morbo in via. Est enim conjuncta obstructio in venis mesaraicis, tendentibus ad splenem, in quibus materia partim melancholica partim cruda & pituitosa, mixta, hærens, incallescere & effervesce caput: cujus caloris actione, præsertim accedente siccitate splenis, perpetuæ fiunt ebullitiones, quas tandem attenuationes & resolutiones in flatus sequuntur. Flatus verò tales, cum proximè accedant ad naturam humoris melancholici, crassiores sunt, & propterea alicujus qualitatis acerbæ & abstringentis participes. Consequenter etiam propter alienam istam qualitatem adversariam cordi, non modò palpitationem qualis hypochondriacâ laborantibus frequens & familiaris esse solet, introducunt, verum etiam intensiones manifestas circa cor, orificium ventriculi & hypochondrium sinistrum exuscitant. Magis autem sinistrum hypochondrium affligitur, quod splen ut dixi, simul affectus sit. Nam cum flatus siccitate magis producantur nemini dubium esse potest, calorem extraneum ex obstructione mesaræi in splene exortum, siccitate splenis flatu frequentiores & copiosiores gignere. Qui facilius eo in loco colliguntur, quo magis ob externos errores est ad suscipiendum laxior & promptior: nam ex effrenibus vomitivis partes circa ventriculum, mesaræum & splenem vehementer tensæ & lacinatæ sunt laxiores factæ, atque proinde flatibus facilius transitum, & transgressis hospitium præbent. Hæc prout vel alienâ qualitate sunt præditi magis vel minus affligunt cor prout verò copiosi sunt, vel crassi & obscuri paroxysmum graviores longioremque producant caputque simul perturbant leviq; vertigine tentatur, imò metum atque tristitiam introducunt. Anxietatem a, circa ventriculum graviores, quanto majore impetu ad eum feruntur: minus verò anxietatis causant, faciliusque omnia symptomata evanescent quando facilius se ventriculus ructuum interventu exonerare potest.

Nec dubium est intemperies istas unâ cum obstructione tam mesaræi, quam obstructione splenis, quæ & à caliditate immodica renum non parum adjumenti nanciscitur, ex errore externo à causa interna profecto, nempe febre maligna primam originem traxisse. Sicut & externæ causæ non modo flatibus præbeat initium, sed & in esse eus conservant & foveant.

Hinc indicationes magna indultia à Magnifico Medico commemoratæ

rata, facile suum finem assequuntur, si iis adjiciamus eam, quæ apertionem obstructionum in venis mesaraicis complectitur, atque etiam intemperiem splenis calidam emendat. Nisi enim simul eò oculos diligenter convertamus, cætera frustra tentabuntur, & mitigabitur quidem ex parte affectus sed mox recidiva suos veteres periodos afflictionum vicissim repetet. Inter cætera autem splenis rationem maximam & primariam haberi oportere, inducor rationibus sequentibus.

Primum quidem quod Magnificus D. Medicus Cæsareus affirmet in prognosticis suis, melancholiam hypochondriacam metuendam esse; adeoque medicamenta omnia ad ejus curationem dirigat: Melancholia verò hypochondriaca nunquam molesta esse soleat, nisi simul etiam splen afficiatur.

Deinde quia dolor in nulla parte nudè & simpliciter insidet, sed semper vel parti communicatur, vel ex ipsa parte, si diutius duret, fomentum & conservationem sui acquirit. Unde & splenem à generatione flatuum, propter alterationem ex obstructione mesaræi productam, non alienum concludere cogimur.

Tertiò quod crassi flatus ex epatis caliditate & chylo crudo, tenui & aqueo rarò generantur: sed ex materia crassa & lenta & subterrestri cum multo humido tenui & aquoso mixta, quæ in splene & sinistro hypochondrio continetur.

Quartò quod Experientia nos cotidie docet, palpitationes & tensiones hypochondrii sinistri semper ex splene & arteriis vicinis tanquam ex equo Trojano promanare.

Quintò, dolor ipse splenem magis accusat quam Epar, quod magis molestus sit in sinistro quam dextro hypochondrio, quod nunquam futurum esset, si potius à caliditate epatis & frigiditate & humiditate ventriculi ortus sui principium duceret.

Unde indubitato concludi oportebit, non solum vitio primæ, sed & secundæ coctionis, hunc dolorem flatulentum exuscitari: Quippè si primæ coctionis errore solummodo contingeret necessario inflationem ventriculi cum dolore, vel etiam sine dolore, adesse oporteret, atque quidem eo tempore magis, quo prima coctio perficitur. At hic nequaquam tunc temporis molestiam exhibet, sed potius absolutam primâ coctione & plerunque tribus vel summum quatuor horis à prandio, vel manè ante prandium, quando videlicet splen secundæ coctionis excrementum vel attrahit, vel melancholicum humorem ad ventriculum eructat. Tum n. materia in venis mesaraicis per obstructionem retenta,

corrupta & calefacta, movetur, & flatus tùm in vicinia tùm in ipso ventriculo copiosiores exuscitantur, symptomataque omnia de quibus Magnificus Dominus patiens conqueritur, pullulant.

Interim tamen inficiari non possum, hujusmodi flatus nonnullis etiam paulò post prandium commoveri, sed tum alii morbi conjuncti, & diuturnitas mali, cum magna copia materiæ ejusdemque corruptione uberiores & singularem requirunt contemplationem & medicationem.

Fiunt igitur pro felici curatione sequentes scopi nobis explendi.

Primum dolor auferendus per ea quæ flatus discutunt.

Deinde obstructions aperiendæ per ea, quæ materiam frigidam flatulentam temperat, attenuent, discutiant, incidant, detergant, expellant tam in splene, quam in Mesaræo.

Tertiò Intemperies viscerum læsorum emendandæ, inter quæ concoctio ventriculi, quæ moderatè calefacientibus, ut rectè monet Medicus Cæsareus, promovenda: caliditas verò epatis & splenis ita attemperanda, ne calor hypochondriorum & venarum mesaraicarum exacerbatus obstructions novas producere, aut aliqua ex parte residuas exacerbare & augere possit.

Quibus ritè administratis & peractis, non dubium est malum ita mitigatum iri, ut vel penitus evanescat, vel si radicitus propter errores externos, qui à S. M. cotidie per vitæ rationem, (quæ in victu & aliis rebus non naturalibus consistit) funditus tolli non possit, ita tamen atteratur & enervetur, ut ad afficiendum parum momenti sit habiturum.

Quomodo id per Diætam institui debeat, abunde à Magnifico Medico Cæsareo disertum est. De medicamentis nonnihil attingendum videtur.

Nam in Hypochondriaca singularis ratio observanda est in iis quæ purgant. Cum enim obstructio in venis mesaraicis primariam rationem causæ flatuum antecedentis obtineat, nec materia obstructionum mater in venis remotis sed proximis ventriculo sedem obtineat, usu longo didici, quantum fieri potest, abstinendum esse ab iis, quæ ventriculo molesta esse possunt. Sunt autem huic molestiora ea, quæ manè ipsi jejuno offeruntur, cum quod profua natura aliundè humores attrahant tum quod ventriculum suâ qualitate imbuendo vehementer perturbent, ut nauseam commoveant: præsertim si sint purgatoria. Nec obstat quod mel rosatum solutivum inter benignissima recenseatur: nam præterquam quod humores pituitosos ex ventriculo feliciter educat, simul etiam

etiam plurimas aquositates ex toto mesaræo trahit, obstructione in venis mesaraicis, propter adjunctam adstrictionem, qua rosæ præditæ sunt, non aperta, sed potius vel relictæ & auctæ, vel materia in venis quidem commota sed non promota. Syrupus similiter de Rabarbaro solutivus aut diasereos solutus cum decocto senæ feliciter quidem aperit obstructions, sed tamen cum ventriculo inde molestia exurgat, minus præstat, quam unicè & anxie satagimus, nempe obstructions in venis mesaraicis non perfectè aperit. Pilulæ aloephanginæ & mastichinæ, ut materiam è ventriculo blande educunt, ita suas vires ad venas mesaraicas & splenem vix extendunt. Sum igitur in eà sententia: fructuosius obtineri posse quod quærimus si præmissis pilulis sequentibus sub lit. A. descriptis, imperemus usum sacculi B. cui affunditur tantum vini vel cerevisiæ, ut sex digitis superemineat; dum stat in infusione, exprimimus bis de die, manè scilicet & vespere. De quo cotidie in prandio exhibetur mediocris haustus, bibendus tum, cum cibo mediocriter assumpto primum siti satisfacere instituimus. Tale medicamentum non solum educit materiam ex ventriculo & epate, sed etiam obstructions in universo mesaræo majore efficacia aperit, attracto sci. à mesaræo potu medicamento, qui & sine nausea assumitur, & à natura avidè attractus alius penetrat, & sine violentia propter cibum commissum obstructions expedit, & viscera blande expurgat.

Dum hæc fiunt, tertio die ab usurpata infusione ex nodulo, interponatur dies dictus venæsectioni ea conditione celebranda, quo Dn. Medicus Cæs. consignavit. Erit n. ea pro temporis ratione & instituenda & adornanda. Post venæsectionem sequentibus diebus continuetur usus infusi ex sacculo facti, donec quicquid liquoris superfuit, absorptum sit. Tunc n. iterum dies feriis indicendus: & sequenti manè purgatio instituenda, vel per pillulas ad epar, ventriculum, splenem & venas mesaraicas simul directas, vel per infusionem senæ, rhabarbari, agarici & rad. helleb. nig. styr. quorum descriptio ex subjectis cognoscenda sub literis C. & D. Id tamen diligenter animadvertendum censeo: quod pillulæ nunquam in talibus affectionibus exhiberi debeant longo intervallo ante cibum, propter causam supra à me commemoratam. Unde fit ut semper præferendas putem pillulas potioni vel si istæ non grætæ sint ægro, bolum sequentem præscribam. Quæ medicamenta duabus ad cœnam vel prandium horis impero, ut à cibo valida ipsorum attractio (quam plerique in hoc morbo per ignorantiam temporis, qui hujusmodi cathartica exhibent, improbant) & humorum com-

motio perturbatioque inhibeatur, solumque id (quod in ventriculi & venis mesaricis collectum est, obstructions procreavit continetur, & flatus generat augetque educatur.

His ritè peractis, jusculum, in quo species sub litera E. descriptæ, coctæ sunt, ad aliquot dies potandum suæ Magn. dari poterit. Quod equidem intemperiem epatis calidam, ventriculi frigidam & humidam, splenis verò accidentaliter siccam & calidam vim maximam habet: sed cum ex plurium simplicium concursu, plerumque sapor ingratus & ventriculo admodum nauseabundus resultet. Sum in ea sententia, majore cum commodo & promptitudine D. N. N. nos exhibere posse serum caprinum cum pilulis F. præsertim si ventriculo intrinsecus offeramus Tragæam G. exuscitantem calorem nativum & discutientem flatus. Sic enim futurum esset, ut & quod cupimus obtineamus, & Dominus N. usum medicamentorum minus aversetur.

Si tamen videretur apozema ex radicibus & herbis aperientibus detergentibus & temperatè alterantibus, carminantibusque, præscribendum, illum suo ingenio frui faciliè patiar. Id tamen affirmo infructuosius eum quod cupit effectum daturum. Et quoniam hæmorrhoides semel fluxerunt, opera danda est, ut promoveantur, si non sponte fluant. Est n. earum fluxus adeò salubre remedium ut harum consveta evacuatio sola possit, quicquid hoc est mali, è medio tollere: hoc solum unicè observandum, ut & debito tempore & justa quantitate fluant: Poterunt a. promoveri usu pilularum H. ex aloë sola. vel factarum ex speciebus hieræ aut aloes ʒj cum gr. iiij vel v. euphorbij.

Aqua Mastichina, etsi Manardo adscribitur, ejus tamen inventio non est, sed citatur à Gentili de Fulgineo, ex Magistro Francisco. Quod si aliam habet Manardus, mihi descriptio ejus ignota est. Opinor autem Manardum incidisse in idem exemplar. cum gentili. Hoc autem certum est, quod ista aqua mirificè confortet ventriculum, qua de causa eam in nostra officinâ antehac parari curavimus. Inter cætera verò remedia, quæ forinsecus ventriculi calorem confirmando admoventur, poterunt esse unguenta, quale est quod litera I. est notatum & sacculus K. atque adeò scutum L.

Quæ intrinsecus usurpanda vir Magnificus Consul, ventriculo satis sunt idonea, & poterit ipsorum usus ad tempus continuari. Inprimis autem maximam vim roborandi ventriculum habet Mithridatica confectio, eâ quantitate quam Magnificus vir annotavit usurpata.

Ego

Ego ex oleo piperis & extracto zedoariae rotulas sub litera M. & N. descriptas alternis diebus usurpandas exhiberem.

Inter omnia autem Medicamenta, quæ hypochondriacam affectionem, radicitus tollere posse videatur, est acidularum cum vino & extracto cardui benedicti: idem enim præstant quod serum caprinum: & memini me multas ad acidulas bibendas ablegasse, qui feliciter restituti redirent. Id tamen unice observandum est in iis, qui non assveti sunt potui aquarum frigidarum, ut scilicet illis stante usu acidularum exhibeantur modo commemorata, quæ ventriculum calefaciunt. Alias enim actuali acidularum frigiditate, ventriculus adeò afficitur, ut aucta intemperie frigida & siccitate, quam acidulae introducunt, patientes in marasimum ventriculi per imprudentiam præcipitentur.

Pulvis annexus temperatè exiccat & calefacit, maximâ autem ex parte cordialis est, nec vim habet principaliter roborandi ventriculum, multò minus flatus primariò discutit sed secundariò: nimirum materiam tenuem & crudam in ventriculo suâ siccitate cogendo & figendo, quo minus ab extraneâ caliditate epatis, splenis & mesaræi flatus eâ copiâ generentur, ut tensiones & lancinationes causare possint.

Opinor autem S. M. majorem rationem cordi muniendo, & flatibus (à corde per hoc repagulum flatuum & vaporum augmentum, ascensumque cohibens) arcendis habuisse. Ego verò eundem scopum observans, pulverem non modò flatuum discussorium sed & apertorium simul obstructionem, & cordis confirmatorium quantitate ʒj exhibere solitus sum, non minori successu.

Relinquo tamen Domino N. N. aut medicis quibuscvis, quibus hæc legenda exhibebuntur, exquisitori simâ expolienda.

Epatis alteratio, & venæsectione & jussulis vel sero caprino, perinde ut jam commemoratum est, faciliè perficitur, ita unguento P. extrinsecus admoto non insalubriter poterit tentari.

Cæterum quæ de confectioe Alkermes confecta ex lapide lazuli & lapide Bezoar addunt, cum magis ad melancholiam confirmatam respiciant, nos autem in præsentî casu, in initiis, nequaquam verò in augmento, multò minus in statu versemur, non arbitror ex usu fore. Præsertim cum fluxus hæmorrhoidalis, superioribus mensibus initium curationis felicissimum fecerit.

Quæ cum tantæ sint efficaciz in vel curanda vel mitiganda hypochondriaca (veluti supra etiam recensui) ut sæpissimè solæ sufficiant ad curationem, sum in ea sententia, cordialibus commemoratis non prius

utendum esse, quam fortè (quod tamen nequaquam metuimus) ea, quæ hætenus ex rectâ ratione & natura morbi, solerter & doctâ à Medico Cæsareo præscripta sunt, in cassum exhiberentur.

Imò non opinor unquam opus fore cordialibus singulari studio excogitatis, cum palpitatio in præsentiarum, non sit affectus per *ιδιονόητος* sed per accidens ex flatibus mala qualitate in mesaræo imbutis & genitis originem ducens.

Ut igitur symptomati non debetur curatio, nisi vim morbi aut causæ præse ferat: Facile manifestum fit, quod non tam laborandum sit de comprimendo corde & arcendo palmo, quàm de tollenda causa puta flatibus in mesaræo genitis.

Laudanda tamen est Magnifici viri sollicitudo qui etiam diligentem symptomatum rationem habere voluit, ut nihil non satis abundè, pro salute Magnifici Domini N. in medium afferre voluisse ostenderet.

Hæc ut satisfacerem voluntati Magnifici Domini N. in medium afferre voluisse ostenderet.

Hæc ut satisfacerem voluntati Magnifici Domini N. N. addere libuit: liberum relinquens unicuique suum iudicium. Id solum affirmans, me nihil aliud spectasse, quàm firmam & stabilem suæ Magnificentiæ sanitatem: quam ut ei constantem & firmam Pyliamque à Deo optimo maximo precor: ità secundum usum medicamentorum secundam Pancraticamque fore prædicendum esse omninò, statuo.

Recip. *Mass. pill. de hiera c. agar.*

Aggregat. ā. ʒß

Dacryd. gr. j.

Cum aq. cichor. f. pillula A.

Recip. *Rad. cichor. ʒij*

Scorzonera

Eryngii ā. ʒij

Fenic. ʒjs

Cort. fraxin.

Thamaris. ā. ʒij

Sem. dauci

Anisi ā. ʒijs.

Herb. Veron.

Adianth. nig.

Chamedr.

Ling. cerv.

Card. bened. ā. Nß.
 Fol. Senna Alexand. ʒj
 Rad. polypod. quer. ʒvj.
 Epithym. Cret. ʒij
 Rhabarb. inter. & opt. ʒij
 Agar. rec. trocif. ʒjs
 Cort. helleb. nig. styr. præp. ʒij.
 Cinamomi ʒjs
 Garjophyll.
 Zinzib. ā. ʒij

Ex incisiss & contusiss f. cum syndone duplici.
 Sacculus B.

Recip. Mass. pill. aggregat.
 Rhabarb. inter. & opt.
 Agar. rec. trocif. ā. ʒj
 Ol. anisi gr. j.
 Cum aq. Veron. f. pill. n. XLX.
 S. Pilula C.

Recip. Rad. Endivia.
 Apij
 Cichor. ā ʒß
 Herb. cichor.
 Endivia
 Agrimon.
 Epat. nobilis ā. Mj
 Flor. borrag.
 Bugloss. ā. pjs
 Rosarum rub. pß.
 Sem. anisi.
 Fœnic. ā. ʒij
 Myrobal. chebul.
 Indor. ā. ʒjs
 Ligni sassafras ʒij
 Aloes ʒij
 Cort. lag. sanct. ʒß
 Spec. rosat. novell. ʒij
 Cinamoni elect. ʒj

Ex Incississ & Contusiss
 f. species f. pro luscuto.

Recip.

Recip. *Extract. card. bened.*
Veronica ā. ʒʒ
Spec. diambra ʒj
Fiant pilulae F.

Recip. *Balsami aloes* ʒʒ
Spec. hiera simpl. ʒj
Euphorbii gr. iij
Cum aq. pimpinell.
F. pillula n. IX.
S. Pilula H.

Recip. *Nuc. mosch. pul.*
Calam. arom. ā. ʒj
Ol. piperis gr. viij
Anisi gr. iij
Sach. albi soluti in aq. cichor. ʒijs
F. Confect. in rotulis.
S. Rotula M.

Recip. *Extract. Zedoar.* ʒj
Calami arom. ʒʒ
Ol. carui gr. iij
Corall. rub. ʒj
Sach. alb. soluti in aq. mentha ʒijs,
F. conf. in rot.
S. Rotula N.

Recip. *Ungti ros. Mes.*
Infrigid. Galeni ā. ʒj
Ol. rosac. compl. ʒvj
Camphora gr. iij
Mis. F. Unguentum P.

Reliquorum medicamentorum descriptiones, ut potionis D. Tragææ
 G. Ungventi I. sacculi K. & succi stomachalis L. ex reliquis de Hypo-
 chondriaco malo conscriptis consiliis depromi possunt,
 ideoque hic repetere nefas
 esse duxi.

SAMUEL JOHNSON

1709-1792

English lexicographer, writer, and poet

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792


1709-1792

1709-1792

1709-1792

1709-1792

CONSILIUM XLV. IMMODERATI FLUXUS SANGVINIS MESTRUI CAUSÆ.



CONSILIVM XLVI.

IN HYPOCHONDRIACA ET MAGNA
VENTRICULI IMBECILLITATE.

DE Perillustis Domini Comitis adversa valetudine unanimis inter nos est consensus, affligi videlicet illum Melancholia hypochondriaca cum summa ventriculi imbecillitate: hanc à. multis annis, partim quidem à prima origine, partim ex errore in victu: & quia etiam in omni hypochondriaca orificium ventriculi per consensum compati solet: illam verò ex causa externa, luctu nimirum & animi moerore immoderationi manifestum initium sumsisse. De curativis intentionibus & remediis etiam nulla inter nos dissensio existit. Utrique n. arbitrati fuimus, Dominum Comitem nullum convenientius auxilium, post viarum communium & pituitæ ex ventriculo evacuationem pillulis vel alio medicamento consveto & familiari factam, usurpare posse, quam aquam chalybis. Quæ cum vim habeat attenuandi, detergendi & expurgandi, tum ex splene quam venis Mesaraicis, humores adustos & melancholicos, & simul etiam vi adstrictoria ventriculum confirmare, alteratrice vero caliditatem in hypochondriis ex diuturna obstructione introductam emendare possit: omnes scopos explere posse existimata est, quibus in curatione Melancholiæ hypochondriacæ indigemus: adeò ut nullo remedio nec efficaciori nec suaviori talem affectionem debellandam putaverimus.

Quoniam autem ea aqua unâ aut alterâ vice, tam pertinax malum profligare non potest: per intervalla materiam melancholicam medicamento ex rapis & brodio pulli cum intestinis mundatis cocti præparandam, postea usum aquæ chalybeatæ, iterum ad aliquot dies puta octo vel plures continuandum, donec videlicet nulla materia nigra amplius excernatur, existimavimus. Nec metuenda esse symptomata aliqua ex usu hujus aquæ: multiplex experientia & tuta usurpatio multorum, quibus optimè contulit, nos securiores reddet.

Additur insuper & hoc: si fortè quod tamen non veremur, tam efficaci & tuto atque salubri remedio malum rebellius fore & non omnino cessare velle videretur: usum acidularum, tandem quicquid superfluum sit imbecillitatis vel mali hypochondriaci prorsus exterminaturum esse.

Inter cætera roborantia quæ & humori melancholico ejusque malitiæ adversantur & cordi magnum robur addunt, numeratus est lapis Bezoar orientalis, bis vel semel in hebdomate ad grana quinque sumendus.

De Topicis nihil addendum esse visum est : quod prædictorum auxiliorum usu, malum prorsus extirpatum iri non dubitamus. Si tamen circumstantiæ præsentis requirere viderentur capitis irrigationem, posset illa pro judicio præsentium Medicorum adornari : præsertim cum Dominus N. N. scripto suam sententiam ante hac ostenderit.

Emplastrum etiam loco affecto videlicet hypochondrio sinistro cum adjecta cautela ne ventriculi orificium attingamus applicari posset. Quibus omnibus ut feliciter & salubriter æternus Deus benedicat, totis precoribus oramus.

CONSILIUM XLVII.

IN APEPSIA VENTRICULI, FLATULENTAQUE HYPOCHONDRIORUM CONSTITUTIONE ET OBSTRUCTIONE CHRONICA ET CONTUMACI.



Antea est Morbi, quo cum conflictaris, contumacia, generose Domine N. N. ut ejusdem Therapeusis longiusculum omnino præsupponat tempus. Effectum medicamentis nostris hætenus, ut & mitiora jam sint symptomata omnia, caputque (quod aliàs non factum fuisset) summi Dei beneficio vaporibus iisce non impetitur fuit. Medicamentis propterea instandum ulterius. Usus autem medicamentorum competentem efflagitat diætam. Ne singula singulatim exequar, tria eam ad rem audi verba. Cibi sint *ἀππεπτοί, εὐχυμοί*, calidi. Caveas, caveas tibi in quam ab iis ferculis, quæ frigora concreta, aut aliàs congelata & conglaciata quasi, aula mensis vestris subministrat. Peracto cibo, particula capiatur Trageæ stomachalis nostræ, neque quicquam post ejus usus bibatur amplius.

Recip. *Coriand. præp.* ʒjß

Anisi, fœnic. præp. ā. ʒß

Cort. citri ʒiiij

Cinam. glycyrrhiz. mentha ā. ʒj

Flor. borrag. ʒß

Sach. ros. tabul. ad pondus omnium.

Mis. f. Tragea stomachalis.

Similis adhibeatur in potu cautio. Alvus semper sit aperta. Sin minus de massa pilular. sequent. portio capiatur in quantitate avellanæ manuque ex eâ formentur pilulæ, hor. i. ante prandium sumendæ.

Recip. Spec. biera simpl.

Agaric. trocisc.

Rhabarb. electi ā. ʒij

Aloes succotrin. ʒjs

Epithymi Cret. ʒiij.

Cum syr. bizantino f. Mass. pilular.

Ut & ventriculo suus restituatur calor, qui tamen Epatici ardorem non conciliet, singulis auroris Morsulorum piperinorum capiatur unus sequenti aurorâ (& ita permutatim) Aquæ aureæ cochlear sesquialterum.

Recip. Piperis albi, nigri, longi ā. ʒij

Anisi, thym. ā. gr. iij

Zinzib. alb. gr. is

Sach. alb. lib. ʒ. in aq. mel. ss. dissol.

F. Morsuli piperini quantitat. ʒj.

Recip. Cinam. elect. agrimon. ceterach.

Flor. borrag. Tamaris. ā. Mʒ

Sem. plantag. portulac. ā. ʒiij

Santal. citrini, gall. mosch. vera ā. ʒss

Mosch. gr. vij. Vini terstill. lib. jss.

Ponantur in vitro cum custodia, per 15. dies. quot idie bis agitando. Die 16. colentur multoties, colatura add. Syr. de cortic. citrimiva cydonior. ā. ʒiij. *Mis. f. Aqua aurea.*

Insimul vitare velis acerbam cuncta, & savos animi cavere morsus.

Singulis septimanis domi ex aqua, quæ non ebullierit, sed tantum calefacta, infessus paretur. Ante infessum ventriculus oleo caryoph. & nuc. mosch. inungatur. Post egressum lectum petas, & si qua erumpentem sudorem impediatis cave. Septimanis quoque singulis, binâ vice diebus intercalaribus, hora ante prandium tertiâ, tria sumas cochlearia Julepi sequentis.

Recip. Ligni aloes, cinam. cyperi, doron. ā. ʒj

Coriand. præp. anisi ā. ʒiij

Santal. citrini ʒiij

Sem. acetos. endivia, portulac. plantag. ā. ʒiij.

O o 2

Aq. mes.

Aq. meliss. lupul. absynth. ā. ℥j

Bulliant ad consumptionem medietatis. Colat. infund. per noctem flor. Thamaris. flor. cordial. omnium. fol. Senna ā. Mj. Bulliant unicā bullitione, & colat. add.

Succi pomor. Borstorian.

Vini granat.

Syr. ros. ex infusione simpl. rosar.

recent. ā. ℥v.

Iterum bulliant pro Iulapio mediocriter cocto.

Et cum constet affectum hunc esse chronicum, variis quidem, ad unam tamen intentionem directis, oppugnandus erit. Quapropter & interdum septimam pulveris sequentis partem horā una ante coenam capiet in vino leviusculo, in quo absynthium ponticum leviter ebullierit. Sapor absynthii si nimis ingratus, simplicissimum vinum esto *αἰτὶ βακκώδους*.
Recip. Ceterach. Sem. plantag. portulacae, flor. Thamaris. cort. rad. capparor. flor. borrag. ā. ℥j Mis. f. pulvis pro septem dosibus.

Hujusce loco, interdum (permutatim tamen ne uni natura affvescat) particula juglandis quantitate de seq. sumatur Electuario.

Recip. Conser. bugloss. ℥j. Diarhod. Abb. ℥vj.

Flor. Thamaris. ceterach. ā. ℥j

Coriand. præp. anisi ā. gr. xv.

Cum. syr. bisant. f. Electuarium.

Singulos intra 14. dies utatur Enemate, Pilularum superiorum ℥ij usurpentur intra singulos decem dies, sequenti verò die Bolo utatur saccharino, horā 4. matutina & ejusdem diei vespērā applicetur Enema lenitivum.

Recip. Mithridat. elect. ℥j

Conser. borrag. bugloss. rosar. ā. ℥ij

Mis. f. bolus Saccharinus.

Optaram quidem, usum horum medicamentorum institutum fuisse præterito vere. Id si actum, certè jam res omnis salva esset: nihilominus subsecuturo vere sequens electuarium A. capiatur manè hor. 3. ante prandium. Sequenti die sub aurora potio lenitiva B. capiatur. Paulò ante prandium, vena secetur Basilica vel interior ad ℥iijs, vesperi horā tertiā portio ejusdem lenitivæ potionis ut & sequenti biduo planè similiter capiatur.

Postquam lenitiva hæc potio absorpta fuerit, purgans C. sumatur
 horis

horis 5. ante prandium, post ejus usum ad horam sudetur, sine labore tamen. Horâ ante prandium unâ jusculum gallinarium sine sale & butyro, sed tamen cûm sacharo albißimo præparatum, capiatur: post horam esto prandium. Nocte hujusce diei post primum somnum, bolo utatur sacharino cui indormiat, & sudorem promptum non impediat. Dein diebus septem subsequenribus continuis, continuetur potio Hæmatocatarctica E. si continuus potionis hujus usus tædiosus sit, dies quiescat unus, non tamen sine usu Electuarii confortativi F. sequenti continuetur & absolvatur.

His ita peractis inThermas se conferat Carolinas, de quarum usu paulò post.

Recip. *Elect. lenit.* ʒj

Spec. hiera simpl. ʒj

Cum sach. f. bolus. A.

Detur cum ostiis.

Recip. *Rad. Cichor*

Polypod. quer.

Plantag. ā. ʒß

Cort. citri ʒij

Sem. plantag.

Coriand. præp. ā. ʒiij

Passular. ʒjß

Fol. Borrâg.

Bugloss.

Thamaris.

Ceterach. ā. piij

Abynth. Pont. Mß

Pistacior. mundat. ʒvi

Cinamom. ʒj

luris pulli macri q. s.

Cog. ad tertias, Colaz. clarificata servetur usui.

Recip. *hujus* ʒiiijss

Reutereur sexies.

S. Lenitiva Potio B.

Recip. *Confect. Hamech.* ʒß

Elect. lenit. ʒjs

El citri exol. ʒij

Syr. ros. ex multipl. infus. ros. ʒjß

Decocti anisi & glycyrrhizæ ʒiijss

Mis. f. haustus, Aromatizetur cum ʒj
Aq. cinam. S. Purgans C.

Recip. Mithridat. Elect. ʒj

Cons. rosar. ʒj

Mis. S. Bolus saccharinus D.

Recip. Cort. mirobal. omn. ol. amygd. dul.

Frascas. ā. ʒβ

Rad. scorzonera ʒβ

Plantag. ʒj

Pistacior. mundat. & incis. ʒjβ

Sem. portulacæ.

Plantag. ā. ʒβ

Aq. Fumar.

Borrag.

Bugloss. ā. ℥ij

Lonchitidis ℥β.

Infund. in olla vitreata in loco cal. h. 24. postea add. polypod. quæ

Fol. Senna f. stipit. ā. ʒiij

Epithym. Cret.

Glycyrrhiza ā. ʒij

Sem. citri ʒj

Cort. citri ʒij

Cort. elleb. nig. styr. præp. ʒij

Caryophyll. ʒj

Santal. Citrin. ʒj

Flor. borrag.

Tbamaris. ā. Mj

Coq. ad medietat. Colat. add.

Syr. de Cort. citri

Ex infus. rosar. multipl. ā. ʒiij

Syr. de pomis Zabor. ʒj

Aqua Cinamoni ʒβ

Mis. f. potio.

S. Hamatocatarcticum E.

Recip. Conser. borrag.

Bugloss.

Rosar.

Cichor.
Charyophyll. nostrat.
Zinzib. in Ind. cond.
Cort. citri cond.
Cort. myrobal. chebul.
Indor. condit. ā. ʒß
Conf. Citri ʒvj
Syr. de cort. citri q. s.
F. Conditum.
S. Electuar. Confort. F.

CONSILIVM XLIX.

DE USU THERMARUM CAROLINARUM
PRO QUODAM CACOSTOMACHICO ET
LIENOSO.

Medicamentis nostris, Nobilissime Domine, effectum haec-
 nus, ut malum ulterius nec serperet, nec vires eundo ac-
 quireret. Cum autem id mali genus radicum sit, & con-
 tumax, tempusque jam adsit vernum, svaserim, ut domi-
 cæmissis lenientibus, aperientibus & venæsectione, jam tandem in
 hermas te conferas. Utaris iis pro potu: pro balneo & lotione neu-
 quam. Bibatur ergo per dies 9. & 11. continuas summo mane. Men-
 ra nota domesticis Thermopoliis. Non enim omnium Thermarum
 mensura eadem. Non è canalibus hauriatur, sed è scaturigine ipsa ex-
 piatur fictili, tegatur, ne spiritus virtutis evanescat. Bibatur insuper
 lida ad tolerantiam, & alvi onere prius deposito. Locus etiam habi-
 culi temperatus sit, non nimis calidus. Primo dies tres ebibat mensu-
 s vel urceolos fictiles ibidem usitatos. Quo facto, mediocriter in
 bitatione temperata inambulet, citra tamen de fatigationem & sudo-
 m. Sudor enim hac in parte intentionem planè evertet nostram, qua-
 opter cautè vitandus. Nec nimis præcipitanter omnes urceolos ebi-
 t, sed mora quadam interjecta.

Continuetur ea placidissima in domicilio proprio & temperato in-
 bulatio, vitet tristitiam, colloquia agitet jucunda usque ad prandium.
 Prandium instutuat, cum senserit urinam, quæ primò alba erat, tingi
 cipit.

Quam-

Quantitates etiam Urinæ & excrementorum observabit semper, ut certò sciri possit, nunquid tantundem vel plus vel minus per alvum & vesicam die 1. 2. & ad summum tertio non benè egeratur : Tertio die Rec. *Elect. hieræ simpl. ℥j affund. aq. thermar. Mis. pro Enemate* applicando adhuc ante cœnam.

Proderit etiam aquæ ebibendæ injicere pugillum salis communis ut vim acquirat penetrantior.

Secundo die quinque urceolos. Si posteriores nimis reddituri essent frigidi ob moram, à scaturigine aliam aquam afferri curet.

Die tertio ebibat septem : die quarto novem urceolos exhaustiat Tandem iterum descendat, usque dum ad primum numerum, qui ternarius erat, redeatur. Somnum diurnum eò tempore vitet penitus uti & ova dura, butyracea, lacticia, & mixtos pisces cum carnibus eodem in prandio vel cœna.

Cerevisia sit servestana, Einbecensis :

Vinum sit Rhenanum.

Quod si ab usu Thermarum se incalescere sentiat, lumbos unguento santalino perungat. In itinere conditis utatur chebulis, aquâ aureâ & morsulis piperinis.

Illuc si deveneris, primo die quiescas, altero Haustum aperitivum sumas, sub signo ♄.

Tertio usum potionis Thermalis incipias.

Ardor si affigat stomachi, Trageâ utaris eam ad rem præscriptâ.

Recip. *Passular. enucleatur. ℥iij*

Glycyrrhica rasa ℥j

Cinamomi ℥j

Flor. violar.

Borrag. ā. ꝑj

Thamaris. 1ß.

Coq. in justa q. aq. pro ℥iijß

Colat. infund. per hor. 1X.

Polypod. quer. ℥j

Fol. Senna ℥iij

Epithymi. Cret. ℥iij

Express. add.

Elect. lenis. ℥iij

Syr. ros. ex mult. infus. ℥vj

Aq. Cinam. ʒß.

Mis. s. haustus aperitivus.

Recip. *Corn. Cer. usti.*

Corall. rub. præp. ā. ʒß

Terra figill. ʒß

Balaustior.

Sumach. ā. ʒj

Caryophyllor. matrical. ʒj

Nucl. moscb. ʒß

Sem. anisi

Fœniculi ā. ʒß

Coriand. præp. ʒj

Sachar. rosat. tabulat. ʒij

Mis. f. Tragea.

S. Tragea ad ardorem ventriculi.

CONSILIUM XLIX.

IN INFLATIONE VENTRICULI, VERTIGINE TENEBRICOSSA, &c.

PRæstantissimus vir, cujus natura moresque, totius item corporis filum atque habitus graphicè in missa scheda delineata sunt, jam ætatem habet h. e. in juvena constitutus penè dimidium supra quartum annorum climacterem vivendo attingit, variis admodum & interim diversis corporis affectibus obnoxius est: & primùm quidem τῇ ἐμπνευματώσῃ ventriculi, & huic proximè accumbentis lienis rugitibus: tum quoque τῷ δίνῳ ἡσικοτόγνῳ, vertigini non simplici aut meræ, sed tenebricosæ. Cumque flatus in primâ corporis regione circa præcordia, stabulentur, & tempore etiam stabulantur, equidem mirum non est, non solum tendi sed & μεθεωρίζεσθαι, quasi attolli in sublime hypochondria, totumque ex continuitate abdomen, quæque anfractuosa serie detexta sunt, intestinorum glomera. Inde postea tam fertilis morborum historia, nasci solet, ut præceptor noster non dubitaverit, nullum non morborum genus inflatus conjicere, & exstat liber ab ipso inscriptus περὶ φουσῶν h. e. de flatibus, materiis scilicet, humoreque prægnantibus.

Ac ne à nostro subjecto longius abeam, quicumque ex flatibus paulò sunt crudiores ac graviores, ij unà cum lutulento & germano ipsis hu-

humore pessum eunt, ac in ima corporis desidunt ad pedes, qui hoc nomine, se ipsis graviores redduntur, non cum nullo sensu tensionis.

Qui verò his leviores sunt, modo per nervorum in sinistrum os ventriculi, è cerebro dehiscantium propagines evolant, atque exæstuant in caput modo prætoriam viâ pergulam faucesque emergentes, sub basi cerebri ad oculos pertingunt, utique horum animali spiritui sese intermiscientes, motum eorum nonnihil turbant, aciemque videndi offusis tenebris quadantenus præstringunt.

Si qui de flatibus in medio corpore habitant, illi partim vicina & consocialia membra aggravant, œconomiamque in illis labefaciunt: partim huc illuc præsertim per inania intestinorum nimis licenter oberrando seditionem faciunt, nulli non functioni graves atque infesti. Fomes horum malorum & fons primarius, haud dubiè nuspiam alibi rectius, quam infra territorium præcordiorum quærendus est, videlicet in ventriculo & utrinque ei accumbentibus hypochondriacis visceribus, epate & liene, ventriculi ἀτονία & in chylo conficiendo seu infirmitas seu pigritia in medio est & obvia ipsi etiam ægro. Ut enim calor coctionis ὅπου ὡς; multò firmior fuerit atque vegetior: fieri tamen non potest, quin in hac ætate, quæ à ἀσθενείᾳ non longè abest, & inprimis verò ab errore videndi & delinquendi, in hac consuetudine planè inveterata, multum atque adeò multum elanguerit & occisus sit.

Accedunt institutum vitæ & muneris provincia in quam æger divinitus collocatus est, moles negotiorum penè supra vires. Sed & vacuitas sive intermissio exercitiorum aliquid huc conferre videtur, quemadmodum & lucubrationes prolatae in multam noctem, quibus ægri quies disturbatur. Ventriculo ferè semper aliquid sui afflant vicina viscera, & inprimis epar impendio calidum, quod adeò non potest corrigere, si quæ in primâ cactione commissa sunt errata, ut potius ea confirmet & pravitate duret prorsus inemendabili. Etsi autem calidæ dysorasiæ epatis plerunque comes esse solet frigidus ventriculus, cui ab illius fervore suus calor subtrahitur: assunt tamen præter hoc, alia fervoris in epate documenta, nimirum ingens illa, de qua jam ante dictum est, etiam per genus venosum sursum in fastigium corporis tanquam quoddam κατὰ πύλινον exæstuantium halituum vis est, & moles immensa, quæ certè aliundè quàm ab ebullitione circum præcordia sanguinis existere, haud quaquam potest. Ad hæc fabulum in renibus quod unà cum latio prodit, indubitatus exusti sanguinis augur est.

Neque mihi prætereundus silentio ater ille humor, qui ad venas
hamor-

hæmorrhoidales abstruditur, cujus plurimum gignitur ab epate & ad cloacam corporis h. e. ad marginem derivatur atque expuitur. Lien antagonista est epatis, & quasi vasallus hujus quemadmodum & ventriculi, cujus naturam etiam propemodum induit, ille igitur atrum fœculentumque limum sanguinis tralatum ab epate intra se condit, qui prægnans gravidusque flatibus κλύδωσι sive rugitibus ventriculo strenuè obstrepens, ventriculo pariter & principi vitæ cordi gravi sua aura molestus est.

Hinc illa mœsticia, quam ab animo ægrè æger potest abstergere, & accessiones tempore ἀμειγρῶ & multum evarians pulsus, sed de fonte jam satis superque.

Causa proxima & quasi matrix est, uber proventus tam vitiatorum humorum, quàm qui ex illis eduntur crudorum flatuum in ventriculo & in hypochondriorum visceribus: his nisi ex permutata vivendi lege, ansa omnis præcisa fuerit, profectò abesse vix ac ne vix quidem poterit, quin subinde magis magisque debilitatis visceribus, flatibusque supra modum adauctis, vel flatulenta hypochondriaca existat, præsertim ubi æstus præcordiorum ex valida viscerum obstructione incanduerit, vel ex violenta φυσῶν καὶ βορβορυγμῶν cohibitione atque circumvolutione aridus hydrops, tandem suppullulet.

Neque verò fervor epatis imminentibus hisce malis obstaculo esse poterit, cum hydropicorum pariter & melancholicorum lotia sæpe numero æstum præseferant, coloreque foris adumbrent. Quid? quod decursu atque inclinatione ætatis, calida epatis discrasia tandem solet defervesce: ut adeò epar spoliū istud, quo ventriculo calorem abalienat suum, & ad sese advocat, minimè impunè ferat, ulciscēte se se ventriculo & ab epate adscitam sibi que impressam frigidam intemperiem, jure retorsionis videlicet crudore chyli sui refundat, suo denique gladio ipsum jugulet, quæ jam est mutua partium συμπάθεια & συνήμωσια, qua unum membrum alteri labem participat parem idque per venarum, quibus intexta sunt commercia. At enim melius hîc ominabimur, quando & ex lege hætenus vivendi rationem, & illa non naturalia à senatu medicorum nuncupata, singula & universa ἐκ ἡμῶν, nostræ spontis & arbitrii, nostræque electionis natura parens esse voluit, neque dum enim œconomia naturæ magnopere labefactata est: facit ipsa sui quod est officii, & cibum sæpè inculpatè conficit: At hæc τὰ ἐνκεφάλαινα vestigium naturæ calorisque insiti efficacitatem repræsentant, etsi interdum cruditatis nuncia sint, & ipsa non evomit ventriculus, sed ructat & eructat solummodo ἀπορίη.

Præterea error, qui animali videndique provinciæ dicato spiritui obrepit, neque dum localem habet sui in cerebro *ῥέσις*, sed sursum infernè transfertur è ventriculo & visceribus: interim salvi & incolumes sensus tam exteriores quàm interiores, præsertim ubi hæc symptomata oculorum inducias fecerit. Nec n. continenter fatigat, sed κατὰ ἐξοδὸν per circuitus temporum revertit, redux nunc jejuno, nunc onusto ventriculo. Hactenus de affectionibus corporis in agro nostro: nunc quibus præsidii obviam iri queat & commodè possit.

Omnes istas curandi unica est ἐνδοξὸς: adhibendum scilicet id studii est, ut calorem in partibus nutritioni & œconomix naturæ famulantibus accuratè tueamur: prohibeamus contrà, ne tantus pituitæ *φυσώδης* in corpore provenius fiat. Ante omnia verò initio destercoranda est alvus iis enematis, quæ in rugitibus Lienis & ventriculi conveniunt: tum aliis opimis & flatus non instrenue discutientibus, è quorum numero erit, quod A. notatum est.

Mox dein liberanda etiam viscera, humore flatulento, lutulentoque obrita: sed cum prævio quodam apparatu. Ratum enim est istud præceptoris, corpora quæ purgare voles, prius *εὐροα* meabilia reddenda esse. Quæ in re appellandum est ad præsentium Medicorum operam. Mihi sequentia hæc visum fuit præscribere, quorum B. litera insignitum, vitiosos & in corpore *πλεθαραγωγῶ* superfluos humores naturæ obediētes reddit. Alterum cum C. notatum illos postmodum expurgat. Glutiendæ autem sunt pillulæ cum brodio C. C.

Mitrithatium D. ex albo præsidiorum in gratiam jecinoris cum sale absynthii contemperatum, nonnunquam etiam cum Rhob sambuci, minimè excludi debet, cui horâ quartâ antelucanâ cum vini haustulo assumpto & indormire & insudare licebit. Hucusque cautum est universo. Descendendum nunc porrò ad τὸ πένθος è quorum tribu exautoranda mihi & releganda videntur *καὶ ἔρρινα*, quando vis horum, sive per transversum narium tramites hauriantur, sive fenestris earum ille nantur obiter ad oculorum orbitas sursum appelli, etsi paulo sunt fortiora, multum hoc nomine ab infernis partibus allec̃ta, turbamque spirituum adaugeant. Ecquid enim halitu volucrius, quid eo seditiosius est? proinde malim ego ea adhiberi, quæ expirationes intercipient, ne sursum fortassis viam affectent. Hujus autem farinæ sunt, quæcunque hiantem ventriculum obserare, epar adstringere, corroborare cerebrum, & ab exhalitionum injuria defendere apta sunt. Ventriculo ante epulas quidem conferunt Emplastrum E. illius regioni allitum ex mastiche, ladanò,

dano Tacamahaca. Item oleum ladani, aut alba aqua vitæ: post epulas sacharo tenuiter incrustata semina carui, anisorum, fœniculi, coriandrorum præparatorum, aut sal sacerdotibus consecratus, vulgus seplatorum species incisas vocat, aut denique corpus sine anima, ex aqua rosarum moscata aut ambra condita. Hæc omnia primoribus dentibus commansa gratissimo nitore suo in sufflato volæ manus, indidemque naribus sursum hausto, cerebrum & apertos oculos recreant.

Dicam, paucis, à capite quæcunque flatus proffigant & diffigant, in alvum ventriculi devolvunt, neque interim tamen calore suo epar offendunt, omnia huc accersenda, & in usum trahenda esse. Est & mirabolano- rum hoc loco & tempore in clausula ventriculi vis non inefficax. Ast videndum quid cui expediat, sua enim cuique natura est, suus ventri- culus. Hic dulcium patiens est, eaque tolerat, alius contra respuit ea & aspernatur. Manè ad operas iturus æger abluat faciem & oculos tum frigida, instillata ei rosarum aqua fragrantissima interdum insperso pulvere naphæo & sachari candi albi, cui Benievenutus Hierosolymi- anus in clarificanda acie cernendi omne punctum adscribit.

Os elavetur cum austero vino: in eodem & tenendi Trochisci Mo- chardini nominati, quorum ope turba flatuum sedatur atque digeritur. Ante usum balneorum frons perluatur aquato ovi rhodostagmate infu- so, siquidem opus fuerit santalo albo. Sed & collum hac aqua aut con- simili aliqua damascena suaviter adspergi potest: Epati destinatum est ingventum F. quo dextrum hypochondrium unâ hora calidè ante pran- tium vel coenam inungatur.

Fervori æjus restringendo sunt aptæ radices cichorii & saccharum & floribus ejus paratum. Cerebro optimè opitulatur pupula nasalis dorata G. tum Cerotum H. pro futura coronali adversus advenas, & sursum infernè tralatas expirationes, ut prius dissipentur, quàm sedem bi figant. Potentiissimè revellunt vomitus sursum emittentes elementa, unctiones pedum & *ῥευματισμοῦ* ex simplic. aq. calida. Præstiterit autem pau- ante pedes inde usque à femoribus membratim defricuisse calente lintea- line, quoad erubuerint. Eiusdem efficacitatis sunt & cucurbitulæ ab hume- , deorsum raptu quodam primum tractæ, post natibus impositæ atque in- æ. Ad cunctantes hæmorrhoides proliciendas, non dubitarem ven- sam defigere summæ regioni coccigis. Genubus præsentis Medici con- lent, quodam ex usu futurum sit, lassitudini jam obnoxiiis & fortassis am tumori. Pedum ima detumescant usu aquæ aluminosæ & salis coctis roremarino, salvia. Quæ abluendi sunt. Ex usu erit & aqua
Pp 3 illa

illa cineris, & in culina quam *Ufcherradt* vocant & muria rosarum conditatarum ex vino & sale.

Resiccatis conveniet dein istud *Phylagrii* ex oleo rosaceo, omphacino, sale communi intrito. Horum omnium dextra usurpatione flaccor pedum circa malleolos residebit.

Porro à sancto ligno minimè abhorreo vel simplici, si natura fuerat, vel cum foeniculo alterato, *assasfras* dicto, quod cum ventriculo pariter & cerebro cæterisque cum visceribus gratiam init.

Cumque æger habitior sit & abdominis turgidioris, vellem eundem ipsum laconico potius uti quam in lecto non citra magnam molestiam desudare, hora septima & octava antemeridiana primum potum ℥v , vj , vij hauriet, mox dein in labrum descendit papilione tectum & calefactum à vapore silicum candentium quibus aqua decoctionis scabum ligni superfusa sit. Idem facitandum à meridie hora tertia aut media quarta. Diutius in labro quam quadrantem vel semissem horam immorari religio sit. Præstat namque sudando paulò infra modum sufficere, quam ultra procedere, si quid enim sudori tantilla in labro mora decesserit id dein abunde in lecto poterit compensari.

De *Thermis* consulendi nunc locus non est, nec enim patitur temporis angustia, quare in ver deferenda illa est deliberatio. Est & in calidas delectus necessario instituendus & providendum num potum pariter & lavacro, vel alterutro tunc utendum. Potus iis inter se solet, quibus venæpressæ nimisque angustæ sunt, quippe quibus ingratata aqua ægrè secedat & naturæ oneri sit. Lavacrum arbitror ægrum citra noxam toleraturum esse. Quo de impostero ubi cognoverim quemadmodum præscripta à me auxilia responderint & successerint. Successus autem à Deo implorandus atque exorandus est.

Recip. *Fol. malva, parota, mercurial. ā. Mj.*

melilot. chamomel. stachados ā. Mß

Calament. origani, centaur. min. ā. Mß

Sem. carthami excortic. 3ß

dauci, anisi, fœnic. lini ā. 3ij

Furfuris ligat. in pet. Mj

Prunor. ungar. n. vj

Coq. in s. q. aq. Colatura Rec. 3xij

Elect. biera Nicol. 3ij

Diaphæn, rosas. Mes. ā. 3js

Mellis anthosati 3js

Ol. aneth. rutac. cheirini ā. ʒβ

De sale & ovo ā. q. s. F. Enema A.

Recip. Rad. polypod. q. Irid. llyr. ā. ʒβ

Cyperī ʒj. liquirit. ʒiij

Rad. s. aperis. vino albo macerat. ā. ʒij

Sem. 4. frig. com. ā. ʒj

anisi, pæonia, ā ʒj

Herb. capill. von byssopi, Thymi, scabios.

Saturia, linaria. agrimon. scolopend. ā. Mß

Flor. anthos, melissa, bug. ā. pjs

Passular. corymb. ʒj

q. in s. aq. sambuci aut decoct. lig. sancti & Col. Colat. Rec. ʒviij. add.

de cichor. c. rhabar. diasereos, de cupator. ā. ʒj aq. cinam. ʒiij.

Mis. F. Potio B.

Recip. Mass. pill. aggreg ʒij. rad. mechor. gr. vj

Trocis. Athand. diagridii ā. gr. ij

Cum aq. vita F. Pillula n. xij. C.

Recip. Syr. de cichor. c. rhabarb.

Brodi nuc. Ind. cond. ā. ʒβ

Mis. S. Cassit zum Pillen. C. C.

Recip. Mitridat. opt. ʒj

Sal. absynth. gr. iij

Mis. S. vermischer Mitridat. D.

Recip. Mastic. alb. ʒβ

Macis, nuc. mosch. ā. ʒij

Storacis calamit. ʒj

Cort. citri ʒβ

Caryophyl. Therebin. ā. ʒij

Laudami ʒj

F. Cerotum Stomachale. E.

Recip. Ungt. ros. Mes. ʒiij

Squimanth. spica ā. gr. v. calami ʒβ

Rasur. eboris. corall. rub. C. C. prap. ā. ʒj

ti santalini q. s. F. Ungt. F. quod cum aq. absynth. aliquoties lavetur.

Recip. Sem. nigella ʒj

Ligni aloes & Rhodii ā. ʒj

Gum. Benzoi ʒiij

Caryophill. spica Ind. ā. ʒβ

Ambra gr. iij

F. laxis nodulus G.

Recip.

Recip. *Ladani* ʒjs. *Tacamahac.* ʒij
Macis, nigella ā. ʒjs
Sandaracæ ʒij
Carabe mosch. redolent, crystallina ʒj
Cum cera & ol. ros.
F. Cerotum pro Bregmate. H.

CONSILIUM L.
 IN DOLORE ET COMPRESSIONE STO-
 MACHI, CUM DISTENTIONE ET IMPOTEN-
 TIA ERECTE SEDENDI.



Dolor de quo æger noster potissimum conqueritur, est præthoracici ventriculi, qui inflando & distendendo multoties tot & tantos in præcordiis exitat dolores, ut æger rarissimè erectus, plerunque verè curvus sedere cogatur. Hujus affectus parens fuit frigiditas ventriculi ex commestationibus & crebris conpotationibus orta, quæ paulò post epar, ut & pulmones adeò refrigeravit, caputque enervavit, ut pulmones per fluxiones subtiles frigidaque perpetuò fuerint repleti, adeò ut præ difficilima respiratione æg aliquoties suffocari visus est. Epar verò frigidius loco sanguinis temperati aquas producit, & consequenter diaphragma deorsum comprimit, unde difficilis existit respiratio, hydropicorum aliàs propria, pulmonibus quandoque nihil planè læsionis sustinentibus, sed iisdem planè integris ac suis vis existentibus. Proinde nisi maturè huic malo occurratur, non levis impendet metus hydropicæ affectionis, præsertim cum pedes aliquot jam intumuerint. Febriculam quoque adesse nullus dubito, quippe cum patiens quandoque adeò reddatur imbecillis, ut cum magno sudore non raro in animi deliquium incidat.

Cum verò æger sit floridâ ætate, speramus ipsum per sequentia media pristinam sanitatem recuperaturum.

Quod si eventus voto non respondeat nostro, generosiora ipsi ceterum sumus præscripturi. Interim utatur semel vel etiam bis pilula A. quatuor horis ante prandium: sequentibus verò tribus diebus potius D. quam etiam bis in die sumere poterit. Et cum pulmones influxibus istis frigidis & repentinis sæpius corripiantur, suffocationem

min

inentur, æger per intervalla dimidium cochleare de syrupo B. & C. non sine fructu forbilando exhauriet.

Abstinebit à jusculis omnibus & cibis actu potentiâve frigidis, pitibus & lacticiis &c. & loco cerevisiæ præsertim recentioris, mero cu multo uti poterit. Hæc pro tempore: daturi alia suo loco,

Recip. Mas. pill. cochear. ℥j
De hiera cum agarico ℥j
Cum aq. cinamomi f. pill. n. XXI.
S. Pilula A.

Recip. Rob. ex herberis ℥js
S. Syrub. B.

Recip. Oxi sachari squillitici ℥js
S. Syrupus C.

Recip. Rad. Ireos Illyric.

Heleni.

Polypod.

Cichor. ā. ℥ß

Sem. citri 3ij

Fœniculi

Melon. ā. 3ij

Herb. Tussilag.

Hyssopi ā. Mß

Cardui bened. püj

Cichorii Mß

Betonica

Pulegi ā. pjs

Coq. pro 3. IX. Colat. Rec. 3iij

Syr. de hyssopo

De succo beton.

Oxi sach. squillit. ā. ℥ß

Aq. cinamomi 3j

Ol. anisi gr. ij

Mis. S. Potiuncula D. reiteranda tribus vicibus.

CONSILIUM L.

IN DYSENTERIA, ANTE 20. ANNOS LINGVA GERMANICA EDITUM PRO INCOLUMITATE REIPUBLICÆ PATRIÆ.



Si promiscuè modò grassatur fluxus dyssentericus, ab esuritur immodico venenatorum pomorum. Cum a. fluxus ille biliosus sit, fellens & acris in morem aquæ chry sulcæ, nequaquam is principio compescendus, antequam minimum viginti peractæ fuerint excretiones, ut ne venenata illa materia fixas sedes agat in corpore. Hoc facto attendendum an tormina sensusque acris percipiatur supra umbilicum, vel infra. Si supra umbilicum, sequens capiatur potiuncula absterforia:

Recip. *Aq. hord. ℥iiij*

Syrupi ex rosis siccis ℥js

Mis. S. potiuncula absterforia.

Vel ejusdem loco paretur subsequens:

Recip. *Conser. rosar. vetustiss. ℥js.*

Aq. hord. lib. semis.

Bulliant parum, & exprimatur fortiter.

S. Potiuncula absterforia posterior. Capiatur manè hora 6. cum custodia. Attendendum verò, nunquid calor aliquis percipiatur præternaturalis. Eo præsentè, per biduum utraque jam ante ascripta, capienda potio.

Calore præternaturali absente, excretisque non biliosis, vel flavis sed mucilaginosi tantum, potiuncula capiatur absterforia tertia.

Recip. *Mell. ros. col. ℥js*

Aq. hord ℥iijs

Mis. S. potiuncula absterforia tertia.

Quòd si purpurascerent excreta aldi, potiuncula absterforia quarta vanda seu exhibenda.

Recip. *Lactis in quo chalybs recens candens septies est extinctus ℥iiij*

Syr. ros. ex ros. siccis ℥js

Mis. S. potiuncula absterforia quarta.

Ubi præterea, tormina ea sub umbilico sentiantur, tunc & intestina inferiora sequenti abstergantur Enemate.

Reci

Recip. *Aq. borderi* ℥viij. *vel X. vel lbj.* pro *atate*
agrosantis, sacchari.

Thomasi.

Syr. è ros. ficis ā. ℥j.

Mis. S. enema absterforium pro intestini inferioribus,

Applicetur hoc enema hor 3. pome. ejus diei, in cujus aurorâ pō-

io sumra absterforia. Hisce peractis materia fluxus evacuanda venit.

Recip. *Myr. obalanor. Chebull.*

Currimor. ā. ℥iij

Passular. ℥j

Coq. in s. q. aq. plantag. per ℥iij quibus adde rhabarb. opt. sub-
tiliter pulveris. ℥j.

Syr. rosar. è rossis ficis. ℥ij

Mis. S. Potiuncula evacuans. Capiatur manè cum custodia.

Pro hominibus robustioribus sequens paretur haustus.

Recip. *Cora. myrobal. chebul. citrin* ā. ℥ss

Coq. in s. q. aq. pro ℥iij, quibus adde

Syr. ros è ros. ficis. ℥vj

Rhabarb. opt. subtil. pulv. ℥iiij Mis.

Postmodò fluxus alvi compescendus ad quem scopum sequens
paretur pulvis.

Recip. *Boli armeni* ℥jss

Terra sigillate ℥j

Lap. bezoart. gr. V.

Mis. s. pulvis pro adultioribus.

Pueris sequens detur :

Recip. *Boli armeni* ℥j

Terra sigil. siles. ℥ss

Lap. bezoar. gr. iij. Mis.

Manè hor. 6. die qui purgationem sequitur, capiatur, in lacte,
ut sequitur, parato.

Rec. Cantharum lactis caprini vel bubuli usualet : coquatur ad
restantiam duarum tertiarum, despumetur, & chalybs recens candens
in eo septies extingvatur. Tandem pulvis noster stypticus in hoc lacte
dissolvatur, & caldiusculum exhauriatur.

Paratur autem id lac magnâ copia, cum sitis in hoc affectu vehe-
menter urgeat. Loco superiorum pulverum sequentis ℥j. vel ℥iiij in eo-
dem lacte vel aqua plantaginis calida sumi poterunt.

Recip. *Succini albi.*

Eboris usti

Terra sigill. filef. ā. ʒiij

Gummi Arab.

Tragant. tast. ā. ʒv

Sem. Plantag.

Rosar. rub. ā. ʒj

Mastich. ʒv.

Sem. berberor. ʒiiij

Cornu cervi usti ʒj

Mis. f. pulvis.

His qui tenuioris sunt fortunæ, in usu sit sequens.

Recip. *Rad. Tormentill. ʒij*

Dentium lucior exiccat. ʒs

Cort. C. usti ʒij

Sem. cymini rosti ʒj

Corall. rub. ʒs

Mis. s. pulvis stypticus pro pauperibus.

Cibi etiam, si excrementa fiant viridia, sequenti conspergutor pulvere.

Recip. *Crystall. preparat.*

C. C. usti

Margarit. prep. ā. ʒj

Mis. f. pul.

His pulvis si quater ad summum sumtus fuerit fluxum compescit, Id si ita fiat, tandem attendatur, an adhuc adsit calor febrilis. Illi sequens opponatur potio.

Recip. *Rad. Tormentill.*

Pentaphyll.

Plantag. ā. ʒiij

Acetose

Fragor.

Endivia ā. ʒss

Passular. ʒvi

Sem. Endivia.

Portulaca.

Plantag.

Acetose ā. ʒj

Antheræ ʒß4. *Frigid. major.* ā. ʒj*Herb. plantag.**Mellefolii* ā. Mj*Cichorii**Acetose**Endivia**Agrimoni.* ā. Ms

Coq. in f. q. aq. acetose pro ſbj. Colatura hujus ʒiijss. adde rhob. ribi-
im ʒss. M. f. s. potus Alexipyretus. Detur manè hor. 6. & post mer. hor. 3.

Siti summè urgenti, sequenti contravenitur potiunculâ:

Recip. *Conser. rosar. vetustiss.*

*Acetos.**Rhob. berberor.**Ribium* ā. ʒß*Cinamomi, nuc, moscat.* ā. ʒj*Caryophyll.* ʒj*Aq. agrimonia**Plantaginis**Acetose**Millefolii**Endivia* ā. ʒij

Mis. & exprimi. fortiter. De hoc multoties capiatur hauſtulo,
 Magis tamen ægroti lacte chalybeato quàm hoc potus genere delectantur.
 Internis dein doloribus, uti & perseverantibus fluxibus per linimen-
 ta occurrendum.

Recip. *Ol. Rosar. complet.*

*Mastich.**Cydon.* ā ʒj*Sem. antheræ* ʒj*Cymini tost.* ʒß*Balaustior.* ʒj*Masticis* ʒs

Cera nova q. s. pro linimento.

Hoc universus inungatur venter, à cavitate quæ sub ſterno est in-
 cipiendo, usque ad ipsa pudenda. Linteolo etiam gossypino inungatur
 emplastrum de crustâ panis, quod calidiusculum ventris regioni appli-
 cetur. Efficacissimum semper deprehendi emplastrum quod sequitur,
 ventri & renibus applicatum,

Qq 3

Recip.

Recip. Rad. Tormentilla.

Mica panis \bar{a} . q. s.

Coq. in vino vel aceto usque dum fiat pulvis.

Hoc inunge gossypinum linteum, ventri & regioni renum antro-
sum & retrorsum applicandum.

Circa rectum intestinum, si Tenesmus suboritur, flores verbasci
in pulverem redacti, super prunis preiciantur, & in sella perforatâ fiat
suffragium ad intestinum rectum. Ante usum veò hujus ipsius pul-
veris locus nominatus spongiolis aquâ rosaceâ imprægnatis, multoties
abstergendus. Quod si nec ita dolor ille cesset vel cedat, fume bino-
rum ovorum crudorum lutea, hisce immisceas pulverem verbasci conti-
nuò agitando & subigendo, usque dum fiat massa, quam lateri recenti
ardenti impones, ut coquatur. Detur hæc massa pulverisata in ℥iij aq.
rosaceæ. Si verò nec jam tenesmus cedat, suppositorium paretur sequens.

Recip. Lycii

Croci \bar{a} . ℥j

Ceruss. lota ex aq. plantag. ℥ij

Pingued. de renibus caprorum

q. s. f. suppositoria.

Quibus alligetur filum, ut post horam elapsam iterum possint eximi.

Quod si Tenesmus contumacissime perseveret.

Recip. Lycii,

Thuris

Croci

Gum. Arab. \bar{a} . ℥s

Opti. ℥ij .

F. suppositor cum filo, ultra horam in intestino non relinquendum.

Intestinum si exulceratum sit, enemate superiori absteritorio cure-
tur, vel sequenti.

Recip. Decocti rosar. & millefolii ℥ss

Medull. tritici, id est, amygd. ℥ij

Vicell. ovor. n. 1.

Sanguinis Draconis ℥j

Mis. f. Enema, multoties reiterandum.

Cibi sunt Oryza & milium lacti chalibeato incocta. Caput vitu-
lum, uti vitulorum pedes benè conglutinant. Caro vervecina & galli-
nacea propinetur assa, insalsa, expersque aromatum. Potus sit lac ch-
alibeatum. Vinum absit. Motus affectus animi iracundiores, terrores, a-
publicus, hypocaustum nimis calidum absunto.

CON

CONSILIUM LII.

IN AFFECTU QUASI INFLAMMATORIO
EPATIS, à SCORBUTICA *Algori* ET DIUTUR-
NA HYPOCHONDRIACA OBSTRUCTIONE
SUBORTO.

Variè de hoc affectu, ut &, ejusdem causâ varii hætenus disputarunt Medici, aliis enim obstructionem, aliis inflammationem Epatis cognominantibus. Atqui nodus iste Gordius facili à me labore solvetur. Qui obstructionis um dignati fuère nomine, ad causam respexère materiales efficientem, quæ bilis est vitellina multæ pituitæ crudæ permixta, venas mesaraicas qua epar versus tendunt, obstruens.

Hæc ab obstructione calor oritur præternaturalis, naturalem epatis, quod eventatione caruit, temperiem immutans.

Qui inflammationis titulo ornarunt, formam & naturam morbi respexère. Respexerunt isti procul dubio ad Galenum, qui id affectus genus quasi inflammationem cum adjectione, non verò sine adjectione appellavit. Illa igitur obstructio vapores generat, qui sursum delati, non solum epar quasi inflammant, sed & vertigines creant jejunis, uti & stupores nonnullos, sed tantum temperarios.

Observavi ego annis plusculis, stupores oriri ex obstructionibus mesaraicis & hypochondricis, ex quibus vapor exhalat adustus & acutus, nervos obstruens, & quasi paralytin inducens. Objiciat mihi aliquis, veram etiam esse inflammationem propter magnitudinem caloris. Atqui sciatur, intentionem eam caloris, non ab inflammatione dependere, sed à maximo morbi motu, & quasi in paroxysmo contingente. Tunc enim vehementissima est illa quasi inflammatio, & Erysipelatis in morem antequam ad extra feratur, totum corpus frigore & calore vibrans, non secus ac febris quædam ardens & maligna. Nequaquam verò inflammationis venit nomine priusquam in externâ se prodât superficie.

Morbus hic chronicus est, cum præpotentem morbi causam & inveteratam præsupponat intemperiem. Et nisi à violentis abstinence purgantibus, vel si tractetur segniter, diatâ penitus neglectâ, tandem in hemiplegiam definit, ut jam multoties à me observatum.

Dixta sobria sit, uti alio à me præscripta loco. Cerevisiæ infundat baccas fragorum siccas. Cura

Cura ut instituenda, non præter rem fortasse aliquis quæsierit. Cum enim affectum hunc Galenus quasi inflammatorium appellet, medicamentis refrigerantibus ipsi occurrendum innuitur. Avicennas autem ait: Frigida quidem in hoc morbo consolantur, sed non abscindunt causam morbi. Hæc autem *ἐκ τριτοφάνη* de facili conciliantur, si dicatur, ratione caliditatis requiri frigida, ratione obstructionis aperientia & detergentia.

Neceffe autem est, ut utraque hæc sint temperata. Frigidis quippe obstructio confirmatur, calidis adaugetur calor. Ratione ergo obstructionis utendum purgantibus. Hæc tamen non nimis sint calida quorum locum Bolus A. supplebit. Sumat duabus tantum horis antiprandium, ut cibus eum deprimat, feliciusque & sine violentiâ materiturgila per subsequentem cibum promoveri queat. Post boli hujus usum, sequenti die hor. 5. matut. & 3. pomerid. uti & diebus sequentibus herbis B. sequenti modo coctis utatur. Pulli quippe gallinacei duodecim exenterati & dissecti more solito, in libris XII. aquæ communis incuantur, sine sale absque pingvedine. Coquantur ad remanentiam VIII. liberarum. Inde per se refrigeratur. Defunde per inclinationem & inter fundendum: ne pingvedo manus elabatur, cave. Huic inger herbas B. coquantur ad minuta fere 30. vel 40. Refrigeretur iterum per se, sed non sine ad moto operculo. Coletur, servetur in cella & singulis diebus ebibatur cyathus. Posteaquam per triduum id ita continuarit, quarto cesset, & venam basilicam tundi curet, ad effluxum ℥iij. Die quinto & sexto pergat: septimò repetat Bolum A. Mater hæc obstructoriâ ita expeditâ, intemperies calida in mesaraicis & hepate emendanda venit, ut & reliquæ quædam viscide. Eâ in re probatissimam habeo medicinam è sero lactis sic parato. Sume lactis capri recentissimi ℥iij bulliat, & in summa ebullitione infunde oxymellis simplicis acidissimi & peculiariter præparato ex acidissimo aceto vini ℥ij. Lac statim exuberantiam & effluxum minabitur. Id ne fiat, cave. Cyatho argenteo aquâ frigidâ repleto, & in ollam reposito. Coagulum removeatur. Serum reserva. Interim ex aquâ fragorum, & ex corticis melonum seminibus fiat Emulsio. Hujus emulsionis ℥ss adde lib. iij. seri misce, & per decendium de hoc calido bibe, manè hor. post usum in conclavi ambulet, dein verò & in publicum prodeat, corpus moveat ad sudorem ferè. Quod si in usu hujus decendialis positionis animadvertatur, materiam quandam viscidam adhuc in corpore detineri, quæ mater sit obstructionis, neque vi hujus seri propelli possit.

set, tunc sanè mox ante usum seri, eâdem horâ & momento, pilulæ sumantur sequentes, quibus statim seri usus subsequatur.

Recip. *Salis absynthii gr. vj*

Extracti chamædr.

Card. bened. ā. gr. v.

Mis. f. κατὰ πότιν.

Quod si quandoque alvus sub usu hujus seri non aperta esset, interea temporis ad diem unum ab eo cessandum, & repetendus Bolus A. vel ejus loco syrupus rosatus solutivus ipsi sero permixtus, assumatur. Objicis: Hæc quidem omnia Epatis intemperieri & mesaraicarum conveniunt, obsunt autem ventriculo. Id verò cavebitur usu pulveris cochleari dimidio post prandium. Sero ita per 10, 12, aut 14. dies continuato, pro extirpandis omnibus reliquiis Bolus A. repetitor. Postea singulis diebus manè, & postmerid. h. 3. Rotularum D. capiatur una, cum jejunio ad 3. horas, pro confortando epate, ventriculo & cerebro. Epar verò postmodum singulis auroris & sub ingressu lecti linimento è butyro ovillo delibutum reddat, ulteriusque ne iterum incalcescat unicè caveat. Quæ omnia clementissimus Deus secundet.

SEQUUNTUR MEDICAMENTA.

Recip. *Spec. electuar. Episcopi ℥ij*

Pulpæ thamarindor. extracta supra decoct. ferventem Sem.

anisi ℥ rad. liquirit. ʒvj

Spec. Diarhod. Abbat. ℥ss

Mis. f. bolus qui detur sine saccharo, ut ne aboleatur grata ejus acciditas. S. Bolus. A.

Recip. *Rad. Cichorii*

Acetosa

Fragor. ā. ʒs

Rubia tinctor. ʒij

Pentaphylli

Isleis ā. ʒij

Iranic. ʒs

Cort. rad. rappar. ʒij

Glycyrrhyza

Althea ā. ʒs

Sem. melonum ʒiijss

Cicerum rubeorum Mss

Rr

Herb.

*Herb. cichorii**Endivia**Scariola ā. Mj**Chamedrios**Agrimon.**Ceserach. ā. Ms**Marrub. albi.**Cardus benedict. ā. pif**Dentur incisa ad charsam.**S. Herba B.**Recip. Sem. coriandri prep. ʒvj**Anisi**Fœniculi**Cinamomi ā. ʒjs**Galanga ʒj**Sachari solidi ʒys**F. l. a. Tragaa.**S. Tragaa stomachalis C.**Recip. Spec. aromat. rosat. ʒs**Diarrhod. Abbat.**Diatrion santal. ā. ʒj**Trois. de Rhaba b.**de absynthio ā. ʒs**Sachari albi soluti in aqua cichorii et**Endivia ʒiij**F. conf. in rotulis.**S. Rotula D.*

CONSILIUM LIII.

IN HYDROPE



Rnatissime & Doctissime Vir, amice singularis, de causâ
Hydropis tûm alibi à me, tûm præsentî tibi à me dictum,
uti & de curatione. Hæc verò quæ de curatione dixi, hoc
loco breviter & παχυλῶς, καὶ ὡς ἐν τύπῳ καὶ παρόδῳ, ut
melius memineris, repetam.

In Hydropis curatione respiciendum est ad tria, 1. ad aquas & flatum, quibus totus venter turget. 2. ad causam 3. ad Symptomata.

I. HYDRAGOGA.

Aqua educitur vel per medicamenta intrò assumta, vel per Exteriora. Introassumta sunt purgantia, hydrotica, uretica. Purgantia sunt pulveres ex radicibus, herbis, floribus, materiis Chymicis, seminibus. 2. Succi 3. Rholob. 4. Infusa. 5. Decocta. 6. Electuaria. 7. Pilulæ. 8. Trochisci.

Hydrotica sunt vel ab intra, ut decoctum ligni sancti vel similia; vel ab extrâ, cupâ, suffumigiis, lecto.

Uretica sunt infusa, decocta, contrita, pulveres.

Exteriora sunt Emplastra tùm aquas ducentia, tùm absorbentia siccando, olea, sudores, paracentesis, scarificatio.

II. CAUSAM.

Id est, emendantia partem corporis à qua generatio vel aquæ vel flatuum maximè evenit, & hæ maximè sunt, Epar, splen, uterus, renes, ventriculus, pulmones. Hæc exhibentur confectiones, condita, Electuaria, pulveres. Admoventur ad extra olea, ungenta, cerota, Emplastra, cataplasmata, sacculi, fomenta.

III. SYMPTOMATA.

Sitis & Tumor. Sitis fallitur silicibus in vino infusis, passulis, succo glycyrrhizæ, radice glycyrrhizæ recenti, crystallo in vinum infuso.

Tumor tollitur scarificatione, paracentesi, moventibus sudores tam ab intra quàm extra. Et hoc ad extra fit sacculis, stragulo, infurmo, in balneo sicco.

Atque hæc erant, quæ breviter volui repetere, copiosè enim jam ante de reliquis ægrotum instruxi præsens. Præter reliqua verò jussi quoque ægrotum nostrum uti Electuario Chalybis Mercati, vino medicato Muraldi, vino purgante Erasti, ungento, emplastro, sacculo, enemate, & aliis, quæ jam sequuntur:

Recip. Chalybis limati recenter recrementis abjectis lbs, inde in vas vitreum & affunde lbviij vini albi optimi, mox vas igni molissimo oppone, diligenter hinc inde chalybem & vinum sursum ac deorsum agitando: Tandem X. vel XII. ebullitionibus fervere finito, quoad usque ejus spumofum sursum ferri videas, ac mediocriter crassescere conspicias. Tunc spumofam ac pingvofam chalybis partem quæ fervore separatur,

simul cum vino in aliud vas transfunde, idque ter facito ordine prædicto : nimirum aliam vini quantitatem denuò conjice, & eodem modo fervere fac, parique ratione separari, & pro tertio idem facies servato ordine. Demum vinum cum supra dicta triplici spuma, tribus coctionibus à chalybe extracta, rursus igni appone, donec leviter fervens mellis spissitudinem acquisierit.

Electuarium Chalybis præparans.

Recip. Chalybis dicto vino præparat. ℥s

Sem. Petrosel.

Dauci

Spec. Diacurcumæ

Diarrhod. Abbat.

Epithym. ā. ʒj

Cinamomi ʒj

Ex melle optimè despumato q. s. f. a. Electuarium. Dosis ā. ʒij. ad ʒs.

Electuarium Chalybis purgans.

Recip. Chalyb. dicto modo præparat. ʒj

Rhabarbari electi ʒjs

(Peucerus utebatur soldanella ʒiij &

Turbith ʒiij)

Spec. diarrhod. Abbat.

Diacurcum. ā. ʒj

Cort. rad. rumicis

Sem. dauci ā. ʒjs

Charyophyll. ʒj

Mellis despumato q. s. f. Electi.

Dosis ā. ʒij. ad ʒiij.

Utatur per biduum Electuario præparante.

Tertio verò itidem Electuar. purgante.

Post utriusque electuarii usum, per dimidiam horam in conclavi obambulando.

Vinum Medicatum Muralti præparans.

In quo observetur, quod quadragintæ libræ civiles constituent circiter octodecim Hallenses.

Vinum Medicatum Erasti purgans.

Ubi notetur, quod libræ sedecim civiles faciant septem Hallenses.

Nota,

Nota. Per biduum uti potest vino præparante: tertio die vino purgante.

Recip. Olei irini

Rutacei ā. ℥j

Nucum ℥s

Lixivi cinerum sarmentorum ℥j

urinae pueri

Vini albi tenuis ā. ℥ss

Rad. ebuli

Cyclamin.

Bryonia —

Cucum. asinini an. ℥s

Sulphuris vivi niri an. ℥j

Bulliant ad consumt. aquositate & contentur fortiter: Colaturæ ad-
de unguenti Agrippæ

Arthanite major. an. ℥s

Cum cera f. unguentum.

S. unguentum pro inungvendâ totâ hypo-
gastricâ regione.

Recip. Emplastri ad hydropem Augusta-
norum q. s. pro toto abdomine.

Adde.

Emplastri de baccis lauri ℥iij

Pulv. cymini ℥js

Ruthe ℥vj

Cum ol. rutac. & nucum f. Massa inducenda aluta, obducenda
& interbassanda.

Recip. Farina fabarum

Milii torrefacti

Furfuris filiginis minutissimè tritorum
an. ℥vj

Pulv. cymini

Spec. de baccis lauri ā. ℥s

Sum. aneth. ℥ij

F. f. a. sacculus, ex telo linco qui interbassetur,

Recip. Urinae pueri impub. non

Abstemiū ℥. lx.

Fermenti ℥s

Sem. anisi

Rr 3

Fæni-

*Fœniculæ**Carui**Cymini ā. ʒj**Bulliant ad casum quartæ partis.**Recip. Colas. ʒss. adde vini generosi vel Rhen. ʒiiij**Olei nardini**Eutacei**Nucum ā. ʒvj**Mellis Mercurialis ʒs**Mis. f. Clyster.*

Nota. Raphani radix albo meraco inspersa & in sartagine calefacta & pubi admota, remoratam urinam pellit.

*Recip. Succ raphani ʒij**Vini Cretici q. s. idem præstat.*

Atque ista quidem alternatim usurpari poterunt. Unguentum a crura præscriptum est. Sacculus ad scrotum tumefactum Emplastrum ad totum abdomen. Clyster eodem die quo vinum vel Electuarium purgans assumitur, injici potest. Erastus in vino aliquoties extinguit chalybem ignitum, sed fit ingratißimi saporis. &c.

CONSILIUM LIV.

MEDICAMENTA IN HYDROPE CUIDAM
JUVENI PRÆSCRIPTA, QUÆ IPSI PLURIMUM
PROFUERE.

Recip. Mass. pill. de Hierâ
cum agar. ʒij
Aggragar. ʒj
Dacrid. gr. iij
Cum aq. absynth. f. pill.
A.

Recip. Rad. polyd.
Cichor. ā. ʒvj
Centaur. major.
ʒ. Aperitivar. vino maluat.
macerat. ā. ʒs
Cyperî

Affari
Ircos
Pocon. ā. ℥iij
Sem. Carthami conquass. ℥j
Cort. rad. sambuci
Ebu. i ā. ℥s
Sem. citri ℥iij.
Alkekengi. XX.
Granor. lupuli ℥s
Passul. r. ℥js
Pistatior. mundat. n. XX.
Soldanella ℥js
Squinantib. ℥ij
Aloes cruda ℥js
Caryophyll.
Zeduar. ā. ℥iij
Gratiola ℥ij
Fol. absynth.
Chamapatheos
Chamadr.
Agrim.
Eufura
Marrub. alb.
Capill. ♀
Celerach
Adianthi
Spicanthi ā, Mj
Scarioia
End.
Cichor. ā. Ms
Fol. Sena ℥iij
Epith. cret ℥js
Turbit. alb ℥j. ℥ij
Coq. in s. q. aq. flor. sambuci. pro ℥XX.
In quib. colatib. infunde per noct.
Agar. r. ℥vi
Rhab. op. ℥ys
Spica ℥j
Cinam. ℥js

Manè ebulliant una ebullitione & exprimantur fortiter

Expressi Rec. ℥ij

Syr. anarhod. m. gistratus de cich.
cum rh. b. ā. ℥ij

Mis. f. haustus aromatizatus cum gt. ol. cinam.
& gt. ij. ol. anisi,
S. Träncklein.

B. Reiteretur sexies.

Recip. Spec. hiera simpl.

Mass. pill. alephang. ā. ʒs
Elaterii gr. V.

Cum aq. cinam. f. pill.

C.

Recip. Ligni Guaiaci pulvi ℥ij

Cort. ejusdem ℥ij

S. ssafra ʒs

Fol. Soldanell. Miij

Visci salicum ʒs

Cinam.

Glycyrrh.

Sem. anisi ā. ℥iij

Passularum corinthiacarum ʒis

Pistatorum n. XXX.

Schenanthos ℥iij

Infundantur in aq. absynthii, meliss. scolopend. & cichor. ā ℥iij
Stent in loco calido in ollā vitreatā per horas XXIV. Postea coquantur ad medietatem & colentur. Dentur pro vice ʒvj.

S. Schweißtränck.

D.

Remanentiis decocti prioris adde aq. font. ℥ XXIV. & ubi coxerint ad consumpt. Tertiæ partis adde sub finem.

Cinam. opt. ʒs

Sem. anisi ʒvj

Refrigerata per se colentur.

S. Schweißtränck.

E.

Recip. Lign. Guajaci ℥iij

Cort. lig. i 3j

Visci f. licum 3ij

Glycyrrh. ras. 3is

Sem. anisi

Cinam. ā. 3iiij

Passular. 3s

Aq. Fontane lb XX.

Coq. ad consumpt. Tertiae partis, Colatura refrigerata per se.
S. Fischtranch.

F.

Recip. Spec. aromat. ros. 3ij

Diacurcuma

Dialacca ā. 3j

Spodii de ebore

Epatis lupi præp. ā. 3ij

Extr. Ileos gr. XIII.

Sacch. albiß. Sol. in aq. absynth. 3v, 3ij

F. conf. in rotul.

G.

Recip. Sem. coriand. præp. 3s

Dicydont. sine quib. 3ij

Sem. sæ. ic.

Anisi

Cinam.

Glycyrrh. ā 3ij

Tunicar. inter. ventris.

gallar. n. iij

Spec. ros. novell. 3is

Ligni aloes crudi 3j

Macis

Margarit. præp.

Corall. rub. ā. 3j

Sacch. ad pondus omnium mis. f.

tragea.

S. Magenpulver.

H.

Recip. Elect. diacartham 3s

Ss

Rhab.

Rhab. opt. ℥j
Elaterii gr. ijs
Ol. cymini gt. ij.
Mis. cum Sacch. pro bolo.
S. Catmerg.
 I.

Post pill. A. usurpet continuis 6. diebus vel alternis, si nimis purgent, potionem purgatoriam B.

Inde pill. C. & dein reliqua, ut scis, unà cum tragæa post prand. & coenam.

Si sudor non benè fluxerit aut alvus adstricta fuerit, utatur à prandio h. 3. elect. I. Manè a. prius potionem sudoriferam sumat, in coenâ bibat vom Tischträncklein.

CONSILIUM LV.

AN IN TUMORE FLATULENTO ET SUBAQUOSO USUS THERMARUM CAROLINARUM CONVENIA.



Uemadmodum Thermae quælibet pro qualitate sua ventriculum, lienem, renes & epar afficiunt, si in potum veniant: ita & thermæ Carolinae potæ refrigeratos ventriculum & lienem calefaciunt, & exiccant potæ. Hoc respectu thermarum potio concedi posset, ni exuberans humor Melancholicus idipsum simul prohiberet.

Quoad lotionem affirmo, Thermas Carolinas hac vi esse præditas, ut partes exteriores cutaneas & subcutaneas, in iisque existentia omnia exiccant, & confirment.

Cum verò perillustri Dominus Comes, in exterioribus membris, partibusque cutaneis & subcutaneis benè se habeat, eò respectu non erit illa lotio necessaria. Quin imò tumor adest statulentus & subaquosus quem per sudorem & viscerum interiorum reductionem ad suam temperiem naturalem auferre & immutare convenit. Si itaque lotio instituetur, quatuor sequentur absurdissima incommoda.

Cutis primò exiccabitur, claudentur pori, adeò ut ne tumor flatulentus & aquosus dissipari queat.

Secundò per illam constipationem materia morbifica non tantum sub cute, sed & in toto corpore agitabitur. Qui sanè *δεχασμὸς* febrile sufflabit incendium, de quo nil quicquam dubitandum.

Quin imò, quod tertium est incommodum, materia per constipationem à thermis factam repulsa & exagitata partem petet nobilem & principalem, quod non sine evidenti fieret periculo.

Quartò: ponamus ità, lavacro illo corpus labefactabitur, tumorque exiccabitur. Esto. Interim, quod caput rei est, intactum relinquitur.

Est enim in ægroto nostro immediatum morbi principium, infrigidatio quædam ventriculi, Lienis & Epatis, cum quadam duritie horum omnium.

Huic contrà eundum: Id ni fiat, actum est.

Objicitur; Temperamentum ægri calidum est: Thermæ calefaciunt Temperamentum itaque ægri confirmabitur.

Egregium me hercle: Temperamentum ægri calidum, è gradu caliditatis primo in secundum transferetur, calorque inducetur hecticus, quem Hecticam senectutis nominant, frigidâ intemperie partium affectarum nihil minus interim cessante, quod tamen absolum esset facere Dixi, quæ sensi.

CONSILIUM LVI.

IN TUMORE VENTRIS TYMPANITICO.



Uæ Superioribus Mensibus Illustrissimo Principi N. N. à Medicis tum temporis vocatis, præscripta fuerunt medicamenta, ad naturam tam morborum, quam temperamenti totius & singularum partium, earumque principalium; eâ solertia, cura & diligentia directâ, accommodataque fuisse, eventus talis comprobavit, ut verè affirmare possimus, istum Hippocratis aphorismum. Curatio ostendit; argumentum demonstrativum esse, quod

in judicando neutiquam fuerint decepti. Cum enim sua Celsitudo incidisset in timorem ventris tympaniticum talem, ut ob crescentem splenem, obstructum mesarum universum, imprimis verò circa hypochondrium sinistrum, & epatis, ventriculi & singularum partium principalium recessum à tono naturalis temperiei in latitudinem frigiditatis majorem, quam facile suspicari potuissent, incidisset, ut hydrops omnino metuenda videretur: auxilia ab ipsis methodicè præscripta, atque à sua illustri celsitudine, valetudinis suæ amante, diligenti obsequio usurpata, auxiliante æterno & propitio Deo, cum effectum nobis ostenderunt, ut verè gloriari possimus, quod labor noster non fuerit inanis in Domino: Imò vere atque rectè de singulis tam affectionibus quàm earum causis nos judicium fecisse: adeò ut in præsentiarum occasio nobis præbeatur, ab iis non prius (cum medicamenta singula & universa rectè fecerunt officium suum) desistendi, quam suæ Celsitudinis valetudo ad eam integritatem redeat, quam methodica curatio ostendit, & sua Ill. Cels. anxie & magna spe exoptat.

Quocirca nihil innovandum arbitramur, sed iis tantis per insistendum putamus, donec Cels. suæ valetudinem undiquaque ita restitutam & prædiis debitis munitam animadvertamus, ut verè salvum, incolumem & rectè beneque valentem Ill. suæ Cels. familiæ sistamus.

Cum autem id in posterum nullis aliis remediis præstare possimus, quam iis quæ universalem totius temperamenti S. C. lapsum ad frigiditatem & humiditatem, caliditate debita, & siccitate conveniente, quam simplicissimè ad æqualitatem (quoad ejus fieri potest) temperiei nativam, tam curatorie, quam præservatorie reducamus: diligenter examinatis singulis auxiliis, majus & præstantius reperire potuimus nullum, quam potum thermarum carolinarum. Quæ eâ virtute prædita sunt, ut non modo declinationem caloris nativi ad integritatis restitutionem referri possint, sed etiam aperiendo obstructions tam in epate quàm splene nunc Dei beneficio ad debitam mollitiem vicissim reducto: educendo materias pituitosas & melancholicas crassas & sæculentas per urinam & alvum, serosas verò, (quæ paulatim deorsum ad crura & pedes destillando, lancinantes dolores & tensiones circa crura & furas excitant) per sudorem discutere, & demum partes singulas multâ humiditate aquea & serosa imbutas inebriatasque, adeoque flaccidas redditas, siccare & firmare, denique alvi fluxum ex venis mesaraicis epatis vitio frigidioribus & imbecillioribus factis prodeuntem cohibere, extra omnem disputationem valeant. Objici hisce nostris rationibus

ibus fortè posset, quod per temporis angustiam hunc scopum hoc
 ere consequi non possimus: addi & hoc, quod multum atri humoris
 x aduflâ bile generati, in venis mesaraicis redundans, ex caliditate
 thermarum inflammari & febrim difficulter curabilem excitare possit?
 ad id respondemus, curationem & usum talium thermarum ad autu-
 num differendum, interea autem debitis atque iis, quæ suum offi-
 cium salubriter hætenus, fecerunt remediis, paulatim & repetitis pro
 iudicio medici præsentis vicibus, atque per intervalla, quicquid adhuc
 elutefcit, demulcendum esse.

Deinde non metuendum, quod caliditas thermarum humorem ali-
 quem exasperare, & febrilem, multò minus inflammatorium reddere
 possit: propterea quod certum sit, hypochondriacam, quæ suæ celsi-
 tudini molesta est, nunquam fuisse factam, sed adhuc in fieri esse.
 Nam hætenus nemini nostrum cognitum fuit, hypochondriaca sym-
 ptomata eo usque excessisse, ut sua Ill. Cels. de iis, ut fieri in tali af-
 fectione solet, sit conquesta. Sed quicquid hujuscemodi mali fuit, id
 x tumore flatulento ventriculi, splenis, & obstructione mesaraica-
 um, non perfectè sublatorum, profectum est. Quæ obstructio cum
 otius ex crassa, viscida & lenta pituita, atque ex humore melancho-
 co crasso, originem duceret, tantum abest, ut bilis atræ aliquid
 propter toni universi corporis & singularum partium ad frigiditatem
 apsum) ex bile flava generatæ admixtum haberet, ut etiam hætenus
 emper aperientium, attenuantium & detergentium temperatorum,
 non verò simpliciter refrigerantium admixtionem necessitas requireret.

Ac si instantia detur: Celsitudinem suam solito mæstio-rem, tristio-
 rem morosio-remque ab aliquot mensibus, quam ante hæc tempora fa-
 ctam esse: atque propterea certè statuendum esse, quod hypochondria-
 ca non sit in fieri aut incipens, sed in facto esse: hunc rogamus, ut
 diligenter secum pensitet & ratiocinetur, an talis metus & tristitia mo-
 doitasque, non profecta sint, ex diuturnitate tussis, quâ cum S. C.
 b aliquot septimanis est conflictata, præsertim cum accederet sputum
 anguinis, ex capite, & inde astantium inopinatus terror atque im-
 placabilis sollicitudo & metus recuperandæ valetudinis penè vituperio-
 lignus. Sanè si quæ est ex causis externis, quæ mentem perturbare,
 & etiam fortissimum quemque virum pusillanimum meticulosumque red-
 dere possit, hæc profectò non est minima. Quid enim magis pote-
 st tristitiam excitare, & metum augere, quam si quis præ oculis sem-

per collocatam habeat adversam valetudinem, atque inprimis quæ sine nullo caritura sit prius, quam naturæ debitum secundum beneplacitum Dei persolvamus? Frustrâ igitur talia in medium afferuntur.

Possent idem quod thermæ, etiam præstare in curando acidulæ spaënses in finibus Lucelburgensis ducatus sitæ: & videntur si probè examinentur fortassè etiam perfectius & felicius, propter mineram ferri in illis cætera mineralia superantem, atque propterea splenis durities magis convenientem appropriatamque? Fateamur, & facilius assentiremur, si non hoc nobis obstaret, quod in iis individuis, quæ ad aquam potum nunquam assveverunt, actualis frigiditas adeò alteraret, refrigeraretque ventriculum, & medelam nullam faciliè admitteret, experientia nobis compertum esset.

De radice verò chinæ, ligno sassafras & similibus quæ per sudorem materiam impediendam curationem, discutunt, & consequenter partes multa humiditate inebriatas, non verò primario sed per accidens exiccant & roborant, frigiditatem emendant, & caliditatem partibus singulis, adeoque universo corpori restitunt, & naturalem tonum temperamenti totius feliciter quantum natura admittit restaurant, non diversum iudicium ferre possumus.

Cum enim omnes vires quas thermarum potus comites habet, non ea naturæ amicitia, & simplicitate in promptu habeant, sed frequenter admixtione aliorum remediorum illis necesse sit, nemo non videt, præferendum esse id auxilium quod est potens, simplex & magis gratum.

Ex quibus omnibus manifestum, planumque est, Celsitudinem suam valetudinis suæ integritatem per nullum remedium facilius perfectiusque recuperaturam, quam per potum Thermarum Carolinarum, quas sua Cels. præmissâ debita præparatione corporis per evacuationes prius facta sub autumnum, æterno & propitio Deo benè & feliciter fortunante adire, & salubriter bibere poterit.

Interim, perinde ut paulò antiè mentio facta est, consuetis remediis aperientibus & nodulis purgantibus, roborantibusque auxiliis uti poterit: eâ tamen lege, ut victus rationi diligentissimè imò rigidius observandæ S. Cels. non obliviscatur.

Inter cætera maximè addendum videtur hoc, ne suâ Cels. illi metu & tristitiæ locum cedat, à meditationibus, multâ lectione & laboribus animi, crudis catharroribus & tussis parentibus, abstineat, & caput adversus frigidum & aquilonium aërem ita defendat & muniat, ut
tussis

tussim de novo recidivam frequenter facientem exasperet. Id enim, nisi, non dicam diligenter sed superstitiosè, factum fuerit, verendum est, ne ex frequenti recidiva catharrus excitetur non facilè solubilis, imò ità pertinax, ut à pulmonibus maximâ difficultate diverti aut curari possit.

Æternus Deus nostris ex methodo & rectâ ratione inventis remediis, ità benedicat ut vestra Illustris Celsitudo, etiam cum iis, qui perfectè valere se se jactitant, certare possit. Cujus benignissimæ protectionis, Ill. vestram Cels. cum universa illustri sua familia submissè & debita animi subjectione atque reverentia fideliter commendamus.

CONSILIUM LVII.

PRO QUODAM CACHETICO ET LIENOSO, ACIDULIS IN THERMIS CAROLINIS USURO.

Nobilissime Heros, cum hætenus in morbo depellendo felices fecerimus progressus, isque nihilominus haud eradicatus est totaliter, verendumque, ut denuò nova ejusdem repullulent semina: svaferim, ut quemadmodum ante annum feliciter usus es aquâ thermarum: ita horum aquâ utaris acidâ, quæ & ipsa eodem in oppidulo habetur. Haudquaquam verò id faciendum præcipitanter & temerè; sed maturis deliberationibus præmissis. Svaferim itaque domi usum præparantium medicamentorum præmitti, eo, quo ante annum id factum modo. Postquam te in oppidulum illud conferas, initiumque, medium & finem teneas, uti ante annum præscripsi. Sed cum grano salis. Manè cum serenitas erit, extra hanc afferri cures per Ministrum) postque lotio, stercore & sâivâ levatus es, & postquam particulam morsulorum sumseris, ipse pedibus eas ad acidulas, ipse haurias, ipse poculum utraque manu fomentatum & calefactum quasi, evacues. Numerus cyathorum septenarium non transcendat. Hi septem cyathi per 14. dies continuentur, postea singulis diebus, minoretur numerus, ut antea quotidie abauctus.

Ab acidulis domum reversus, primo die decumbas & sudes per dimidiam horam sequenti, per 3. horæ quadrantes, à quarto usque ad decimum sudes duas horas, sesquialteram, 3. quadrantes, dimidiam horam.

Post

Post meridiem horà à prandio peractò tertiâ , primâ die iterum generosus Dominus ambulet & acidulas (vel cœlo nubilo curet afferri) bibat duos cyathos : inambulet post usum , sudet sub strangulis per 3. quadrantes horæ. Hosce pomeridianos calices usque ad diem quantum adaugeat usque ad ternarium : & ita continuet & post 18. minuat ut supradictum.

Vesperì commessatiuncula loco primâ die hora 3. post cœnam , unum cyathum ebibat , inambulet , cubitum se conferat. Die 4. usque 18. bibat 3. cyathos &c.

Semper etiam utatur pilulis , enemate , purgantibus , morsulis , electuariis &c. more solito.

Solent quidam in prandiis & cœnis vino suo immiscere aquam acidulorum : hunc morem non planè approbo. Consultius fortasse erit, vino bono , puro & puto inter prandendum fruisi.

R E G U L Æ.

1. Si primo & secundo die bibitionum nil quod copiosum sit , excernatur , ne metuas. Primis enim diebus venæ plusculum insoliti potus attrahunt.

2. Si vis operari eas per urinas , adde mel vel julepum : si per alvum , adde sal.

3. Si per urinam multum operantur , minus operantur per alvum & contra.

4. Cave , unquam unâ die simul laveris , simulque bibas.

5. Commissatiuncula antenocturna penitus prohibita esto.

CONSILIUM LIIX.

IN IMBECILLITATE ET OBSTRU- CTIONE LIENIS CUM INFLATIONE.

Imbecillum , obstructum & inflatum Lienem Dominum habere , apparet ex ariditate oris , appetentiaque frigidioris cibi & potus. Accedit ventriculi debilitas , cui inordinate bibendo & edendo vis illata , & facultas coctrix infirmata : unde etiam quandoque compressio & dolor , quandoque etiam inappetentia exurgit. Utatur itaque manè Bolo A. hora 7. & jejuset ad 10 usque. Mox nodulo B. superfundat sibi cerevisiæ optimæ lupulo abundantis , atque tam diu coquat , quamdiu pisces coqui assolent. Nodulum C. adjungat & tractet ut moris est.

Ter-

Tertio die quiescat, & Medianam sinistri brachii aperiat, dum quatuor unciaë sanguinis exierint, altero die & sequentibus pergat bibendo, usque ad superfusi liquoris consumptionem. Iterum diem unum quiescat, & deinde utatur pilulis D. sequentibus verò diebus singulis, lectum egressus, & à prandio circa horam tertiam lienem unguento G. calidè inungat, duplici linteolo superinjecto. Inunctus extemplo morsulum F. comedat, & usque ad tempus consuetum jejundet. Pergat donec medicinarum nihil supersit. Ad roborandum autem ventriculum cubitum iturus utatur Tragaxa E. quantum dimidium ovi putamen capere potest, neque quicquam superbibat. Ita symptomata evanescent. Vitandæ autem carnes infumatæ, pisces exiccati aut infumati quilibet. Carnes quoque ferinæ, præcipuè rancidæ, bubulæ item veteres ac duræ, quemadmodum etiam omnes aviculæ in aquis degentes. Nocent item legumina. Nasturtium verò & cichorium sativum quandoque proderunt. Lacticia & fructus quique vitandi, ut & cibi duri ac pingves. Cerevisiæ cum lingua cervina & carduo benedicto præparata in principio prandii sanitati plurimum conduceret. De reliquis rebus non naturalibus nihil amplius addam. Deus hisce omnibus benedicat.

Recip. Spec. elect. Elefscop. ʒi

Elect. leniti vi ʒss

Ol. anisi gr. j.

Mis. c. saccharo, fiat bolus.

S. Electuarium A.

Recip. Cort. rad. cappar. ʒiiss

Thamarisci

Fraxini ā. ʒiij

Cichorii ʒj

Glycyrrhizæ ʒss

Sem. dauci

Aquilegiæ ā ʒjs

Plantag. ʒss

Rad. mechoacan. ʒj

Rhabarb. opt. ʒiij

Spic. ʒj

Agar. trocisc. ʒv

Fol. Sennæ ʒiiss

Epithym. Cret. ʒj

Herb. Betonic. Mj

T t

Cete

Ceterach
 Spicamthi
 Ling. cervina ā. Mß
 Veronica
 Cardui bened.
 Adianthi nig. ā. pjs
 Pulegii pjs
 Cichorii Mj

Pulverisata omnia subtilissimè ligentur in nodulo factò ex sindone rubro duplici, & S. Nodulus G.

Recip. Cort. rad. elleb. nig. styr. præp. ʒij
 Caryophyllor. ʒjs

*Pulverisata ligentur in nodulo factò
 ex sindone duplici.*

S. Nodulus B.

Recip. Sem. coriandri præp. ʒß
 Anisi, fœniculi ā. ʒjs
 Cinamomi ʒijs
 Caryophyllor. ʒj

Sachari rosat. tabulat. ʒij

F. l. a. Tragea.

S. Tragea stomachalis E.

Recip. Mass. pill. aggregat. ʒij
 Ammoniacy in aceto scyllitico
 dissol. gr. xvij

Dacrydii gr. j.

Cum pul. cort. rad. Thamaris.

F. pill. n. xxij. S. Catapotia D.

Recip. Trocis. de caparib. ʒij

Cinamomi ʒij

Caryophyll. ʒß

Spec. diarhod. Abbat. ʒjs

Cort. citri cond. & incis. ʒß

Rad. cichor. condit. & incis. ʒij

Conser. capill. vener. ʒij

Ol. macis destill. gr. vj.

Sach. alb. solut. in aq. scolopend. q. s.

F. con-

*F. confect. in morsulis.**S. Morsuunculi F.**Recip. Bdelli, ammoniaci ā. ʒij. dissol. in aceto scyllitico.**Ol. amigdal. dul. de capparib. ā. ʒß**Axung. procin. ʒv**Ol. laurini ʒiij**Agar. pulverisati ʒij**Cors. rad. cappar. rad. elleb. nig. styr. ā. ʒjʒ.**Cera q. s.**F. Unguentum G.*

CONSILIVM LIX.

EXOTERICUM CUJUSDAM PSEUDOCHY-
MISTÆ OUIROMANTICI IN OBSTRUCTIONE LI-
ENIS, IDEO TRANSLATUM ET INSERTUM, UT CONSILIO
SEQUENTI ADDITA CONFUTATIO CUM HOCIPSO
CONFERRI POSSET.



Illustrissime &c. Ex urinâ ad me transmissa, beneficio
δοκιμασίας ἐρευναντίνος, deprehendi, epar in obstructions
proclive. Hæ si radices egeret profundiores, inflamma-
tiones subsequenter & purredines. Quin imò ex ipso jam

in promptu, urinâ eâdem indice, adsunt quippe interdum calores qui-
dam vagi erratici & transitorii. Cum præterea epatis officium sit, ut
ad torris cujusdam subjecti instar, in ventriculo concoctionem efficiat,
at verò idipsum Epar à temperatura sui caloris justâ in hoc agro reces-
serit. Prodit inde, tanquam ex equo quodam Trojano concoctio in-
ordinata. Hæc inæqualem producit appetitum, unâ cum crudo ven-
triculo. Hinc verò sursum attolluntur contaminati vapores, lumbos
& cerebrum impetentes. Pulmones quidem ab iisdem intumescunt,
cum difficili respiratione & althmate. Cerebrum humidum nimis, ni-
misque fit fluxum, quod tinnitus subsequuntur aurium, odontalgia,
capitisque gravedines aliæ. Quod si iidem vapores in cerebro resolvan-
tur, ad pulviæ cujusdam morem decidunt in artus, pulmones & tho-

racem Artubus lassitudines creantur, pulmonibus verò & thoraci repentina anxietas, cum suffocationis periculo, tremore cordis, & animi deliquio. Hæ tamen ægritudines ad unam omnes transeunt, si defluxiones eadem hinc inde dissipentur, vel per vomitus & expectorationes expellantur. Posset verò casu venire, ut fluxus iidem non nubis sed cataractæ instar decidant, apoplexiamque inducant. quod ut ne fiat divinum numen exorandum. Porro in urina animadverto contineri rubras albasque arenulas, in lumbis vel renibus generatas, quæ dubio procul dolores interdum cieant. Hisce immaturè remedia fuerint opposita, sequetur paulò post affectus Ischiadicus. De liene affirmo, me nihil quicquam in urina deprehendere, quod malam ejus dispositionem insinuet. Cum verò nihilominus Illustrissimus princeps, de gravaminibus sinistri conqueratur hypochondrii, vero est consentaneum, nulla à liene obstructissimo emitti posse excrementa, sed illa ipsa in liene permanere, tanquam matrici inclusa suæ. Multoties enim ita solet fieri, ut in urinis multi morbi permaneant invisibiles, usque dum medicamenta eam ad rem adhibeantur, & dum demum ex urinis iidem agnoscantur. Cum ergò proprium quiddam sit lieni, quartanas putrefactiones oppilationesque efficere, rectè à Paracelso dictum, hominem longè diutius victurum, si sine liene creatus esset, ac si lienem habeat. Et consultum esset utique, medicamenta adhiberi, lieni non tantum resistentia, sed & vires ejus tantum in enervantia, ut ne ultrà tantarum calamitatum fax & tuba esset.

Curam postea quod attinet malis hisce apponendam, svaserim, epar ante omnia infractibus expediri suis aliisque liberari symptomatis. Custodiendus quoque ventriculus, uti & cerebrum, ne & illa pessum ire pergant. A malitiâ enim ventriculi existeret Orexis & Arsura : à malitiâ cerebri produceretur Mania, vertigo, Phrenesis, uti & arthetica. Loco medicamentorum, quæ epatis inflammationes extinguunt, obstructionemque referabunt, sit Magisterium Perlarum, cujus ʒjss pro dosibus sumatur auroris continuis : ab usu ejus sudetur ; sic enim non tantum ægritudines submovebuntur epatis, sed & illæ perlæ sunt summa pulmonis laticia, appropriatumque & præservativum & curativum in asthmate vel phthisi. Pro ventriculi custodia, electuarium paretur de granis Juniperi, cui Maces, galanga & zinziber, prout habet descriptio immisceantur. Sumatur hujus particula juglandis quantitate in fine coenæ & prandii. Pro custodiendo cerebro, posito paretur ex acoro, benedictæ, caryophyllatæ Sambuci floribus, majorana & Euphrasia. Hæ
spe:

Species includantur sacco, & in vasculum inditæ, vino infundantur. Post octiduum de eo bibatur tum in coena, tum in prandio. Hujus electuarii usus, ut dictum per 4. septimanas si continetur, præcavet & avertit omnes supradictas infirmitates, quæ metuendæ aliàs forent. Satius tamen esset casce herbas & radices, in autumno, vasculo includi, id verò musto repleti, & ita effervesce. Sic enim per integrum annum vini illius copia haberi posset.

Arenam quod attinet, & sabulum, quæ in urinâ Ill. V. C. apparent, svaserim simpliciter, illas arenulas hæc in cura simul egeri. Sin minus, fiat potio è vino & aquilegio spinoso unâ cum suis additionibus. De hac bibatur. Per quam commodum insuper esset, huic potioni addi (certo tamen pondere) magisterium crystallorum, quod universale medicamentum est adversus omnis generis tartareos morbos, uti Paracelsus tractatu de Magisteriis loquitur. Ut insuper curetur lien, hujusque resecetur malitia, destillatum oleum è camphora & opopanace, adextra inungendum. Removet hoc omnes dolores, & si annuatim usurpetur, lienem absomit secundum vera fundamenta, adeò ut nulla ulterius malitiæ alicujus agnosci queant vestigia. Ut verò, meo quidem consilio, prædicti lienis dolores citius sedentur & aboleantur, destillandus est è tartaro balsamus, qui pro facultate suâ quâ pollet balsamica, omnes avertit putrefactiones nervos venasque penetrat, membra principalia confirmat, omnes Tartari generationes resolvit & expellit: unde Paracelsus in contracturis & Podagra mirificis eum extollit præconiis, sicuti & ego eo ipso in aneurismatibus, aliisque venarum, nervorum, arteriarum & ligamentorum dissectionibus, sine omni tumore, sine remanente movendi impotentia vel ex ulceratione, coram meo emplastro fodicativo, quod sine experientia nec ipse credidissem, summo Deo juvante, feliciter & miraculosè curavi, in integrumque restitui.

Hoc de Balsamo, jubente Paracelso, singulis diebus pro una dosi quatuor sumantur guttæ in vino, nimirum manè, circa meridiem & vespere. Aufert hic balsamus omnes lienis aegritudines, obstructions referat, depellit astma, & omnes coagulationes tartareas & molestias, in membris interioribus subortas.

Quamquam autem hæc Medicamenta S. V. C. suspecta esse prævideam, svaserim tamen, ea parari, ne quid negligatur. Experimentum fiat in aliis primo. Ipse etiam iisdem sum usus.

Colophonis loco monuerim, multiplices particulares curas missas fieri, & eorundem loco in usum vocari magna illa confortantia, uti

sunt Aurum potabile, Essentia croci & corallorum. Hæc erant, quæ monere & respondere volueram.

*CENSURA RATIONALIS ET DOGMATICA, SUPER PRÆCEDENTEM
EMPEIRICI PSEUDOCHYMISTÆ EXOTERICUM
CONSILIUM.*

Illustr. ac Celsissime &c. Posteaquam Tua serenitas consilium Empeirici cujusdam nostræ subjecerat Censuræ, de resolutione ad idem postulatum fuimus felicit.

Primò itaque autor illius consilii sibi ipsi dissidet. In principio enim omnes hæc affectiones ad unum conatur redigere principium, nimirum **OBSTRUCTIONEM**: paulò verò post eâ ab opinione digreditur, dum non tantum singulis hisce complicatis affectibus singulas rationes formales affingit, sed & tot ferè morbos Tuam serenitatem affligi comminiscitur, quot membra in universo extant corpore. Momus noctis & somni, secundum Hesiodum & Lucianum filius, & ipsum Jovem errasse asseverabit, eo quod in fabricando homine nullum, quod cordis recessibus cognoscendis inserviret, condidisset ostium. Eodem modo & noster Empeiricus, noctis & somniorum filius vel rectius pater, Deum carpit, qui pro abrumpenda vitæ tela lienem condiderit, idque tandem divinæ imputat invidiæ. Si ita est, ut ais Momule somniator, vera narras. Quod si omninò Chymicus, audi & Chymicas conditi lienis causas. Ventriculus est digestionis Chymicæ vel præparationis cucurbita vel vasculum ab epate incalescens. A. cibus non salitis nausæat ventriculus. Succus autem Melancholicus, qui è liene in ventriculum pro corroboratione mittitur, acetum est, sal est, vitriolatus est. Vides jam ventriculo & reliquis consequenter membris Lienem per se non obesse, sed per accidens. Mirum me hercle, quod Jehova protoplastum te inconsulto, condiderit. Paracellsum allegas, alleges sanè. Paræmias ille locutus est & parabolas, nec mihi undiquaque perspectas, à tuis verò oculis penitus absconditas. Quin imò in principio de causâ morbi loquebatur ille phantasticus, de liene silentissimum erat silentium: jam verò universam eò dirigit therapeusin.

Mirè postea rhetoricatur, de imbecillitate caloris ventriculi, quam ex urinâ destillata deprehendit. Quantum verò calor ille ventriculi particularis à calore corporis universali recesserit, non assignat, imò nec potest quidem. Atqui illuc incuratione tanquam ad præfixum collimandum est scopum, non enim simpliciter sciendum, quod calor ven-

tricu-

culi sit imminutus, sed quantum sit imminutus, sciendum. Patescit nitius ipsius inconstantia, dum obstructionem, quam causam, fundamentum & fontem reliquarum ægritudinum statuerat, jam missum ciet, aliosque in curatione sibi præfigit scopos.

Errat præterea in proportionem medicamenti ad morbum. Magister Perlarum, per triduum exhibiro, epar restituet, ut ait, omnesque ætatis affectiones. Errat certè in proportionem medicamenti ad morbum, errat in proportionem temporis, ad morbum verè chronicum, errat in cultate ipsius medicamenti.

Perlæ cordiale sunt medicamentum, non epaticum. Chymicos viresciores consulat, ille agyrta. Dicent ii, sat scio, Margaritæ præ se fer- signaturam guttulæ spermatis humani, ideoque iis pro corroboran- & promovenda vitali facultate utendum.

Objici hîc mihi posset à quodam saniore : Atqui perlis salubriter utimur in affectionibus melancholicis, qui ex obstructione epatis & verum mesenterii oriuntur ? Euge bene est, quam truculentæ & calidissimæ facultati vitali molestiæ ab affectibus illis melancholicis creentur, usquam notum. Hisce symptomatibus Margaritæ opponuntur per se, sectioni hypochondriacæ *ἡσυχια*. Ejusdem furfuris & reliqua sunt, quæ de Balsamo tartari aliisque utopiæ fabulatur remediis. Quæ præterea de Apoplexia, pulvis & catarractis profert seriò, non nisi sva- sis sunt joci. Proditur ibidem manifestè, se calidi nativi essentia tur- bida duci ignorance. Certè semet ipsum prodit tanquam sorex : & tacuisset, Philosophus posthac putativus mansisset. Atqui cum cer- tum sit, in curatione morbi, quo cum Illust. T. S. molestatur, unice agendum, ut tum calor particularis viscerum læsorum ad harmoniam ducatur universi corporis, tum ut omnia ejus rei obstacula remove- tur, idque non minus medicamentis idoneis, quam rigidâ sex rerum non naturalium observatione : nequaquam sincerâ mente compilatori huic suffragari possumus.



CONSILIUM LX.

IN HYPOCHONDRIACA, EX TUMORE
SPLENIS ET FLUXU HÆMORRHOIDUM.

Obilissime & generose vir, quo affectu pro tempore confliteris, tum ex tua tum ex Medici tui relatione, abundè cognovi. In venis enim venæ portæ, quæ ab liene versus colon tendunt, ibidemque hæmorrhoides, quæ splenicæ & internas dictas, constituunt, jam olim copia adfuit materiæ melancholicæ, pituitosæ & biliosæ inæqualiter permixtæ. Ibidem ob obstructas vias angustissimas detenta, accedente & prohibita transpiratione, plus justo incaluit, computruit, inque saniem biliosam conversa fuit. Inde verò per venas dictas, multo suffuso sanguine per alvum excreta fuit. Cum autem fluxus ille Dei beneficio per competentes Medicinas fuerit inhitus: Tu etiam metuas, ut ne recidivam patiaris illius morbi, sicque posteriora deteriore fiant prioribus, proinde illic, tanquam ad præfixum scopum collimabit Medicus, ut à malo illo præserveris. Clarius loquar: dispiciendum, ut ne denuò materies ejusmodi colligatur, quæ fluxum saniosum & sanguinolentum concitet, Eadem verò opera, quod fluxus ille à vitiosis producat, humoribus, cautio adhibenda, unde, ubi & quomodo vitiosi ii humores generentur. Pendet ergo eorum generatio ab imbecillitate ventriculi, Cibos ipse non satis excoquit, sed in succum convertit crassum, crudum, melancholicum. Hoc vitium in secunda coctione, quæ in epate fit & venis Mesaraicis, adaugetur amplius, Chylus n. in epate trallatus, in viscidam, glutinosam, biliosam & melancholicam convertitur substantiam. In venis mesaraicis postmodum, dum revehitur, subsistet eadem materies. Lien insuper quod natura sit justo frigidius & humidius, nequaquam sufficiente Chymum eum expurgat. Dum ergo ita in angustissimis illis venulis subsistit conclusus & compactus, minimè per consuetas vias excerni potest. Hinc primò omnium Melancholia existit hypochondriaca flatulenta. Subsequitur tumor splenis flatulentus. Hinc se se offert fluxus hæmorrhoidum, qui duplici dolore molestus est. Primo quidem, quo sanguis melancholicus bile & pituita permixtus venas quandoque oppleat intestini recti, è quo dolor existit tensivus. Altero verò modo, quod succus ille vitiosus ad extremum ambitum intestini recti propellatur.

latu

latur ibidemque dolorem excitet punctorium. Adaugetur iste, & κρησμώδης evadit, & γλυκίπικος, si multum bilis vel pituitæ salæ sublit.

CURATIO.

Penitissimè in hunc incumbendum est scopum, ut ne iterum ejusmodi generetur in venis mesenterii materies. Metuendum quippè id omnino, quod natura sit rapacissima similium. Dein verò, si fortasse jam modo tale quid in mesaraicis collectum, maturè ut removeatur, videndum erit. Nunquam verò hoc expeditum dabitur, antequam causæ eam materiam generantes, rescentur penitus. Cum enim curatio hæc præservatoria, ad causas remotiores omnis dirigenda intentio.

Causæ eæ remotiores sunt bipartitæ, Internæ & Externæ. Internæ sunt inæqualis viscerum principum intemperies: puta ventriculi, Lienis, epatis. Singula si examinentur clariora erunt omnia.

Ventriculum frigidum esse & siccum, ostendit flatuum crebrorum generatio.

Objicis mihi Hippocratis oraculum: si quis multum expuat hoc melancholicum est: Ergò quod expertum est, hypochondriaci os habent humiditate copiosâ refertissimum: & consequenter non sunt sicci, sed humidissimi. Respondeo, ad causam hujus humiditatis, qua os imbutum est, respiciendum. Ventriculus nequaquam laborat humidâ, intemperie, sed siccâ. Unde verò illa oris humiditas? obstructæ sunt venæ mesaraicæ. Orificia ea, per quæ humiditas naturalis esset deducenda, sunt obstructissima: proinde ea humiditas in ventriculum & os regurgitat.

Constat ergò, quod ventriculus, qui primæ coctionis est culina, intemperie conflictetur frigidâ & siccâ: quod etiam consequenter vitium primæ coctionis committatur.

Epar officina secundæ coctionis in hoc ægro plus justo est calidius. In eo itaque chylus jam antè vitiosus aduritur, & in sangvinem illaudabilem, phlegmaticum & salfuginosum convertitur. Phlegmaticus cum iste sangvis, in venis permanet mesaraicis, quod nequaquam ulterius promoveri possit, ob loci angustiam & materiæ ineptitudinem.

Lien à natura tibi frigidus est & humidus. Humidus cum sit, transmissum ab epate sangvinem nequaquam sufficienter attrahit. Cum sit frigidus, sangvis melancholicus nequaquam à reliqua massa sanguinis dirimitur & separatur, sed ibidem hæret, & ex caloris imbecillitate in flatus resolvitur. Hinc verò tumor splenis flatulentus; hinc etiam dolor ille gravativus vel ponderosus. Postquam verò frigida ea mate-

ries in tantum excrevit, ut ē quantitate & qualitate, toti naturæ sit inimica : ibi verò demum natura ad expulsionem insurgit & per venas hæmorrhoidales ad intestinum rectum & ejus extremam oram protrudit. Inde verò dolores, inde & fluxus hæmorrhoidalis.

Sequuntur jam causæ externæ. Ex autem materiæ in corpore collectæ vitiositatem haut segniter promovent & accumulunt.

Sunt eæ : aër, cibus & potus, somnus & vigiliæ, motus & quies, inanitio & repletio, tandemque affectus animi. Vocantur eæ à Medicis res non naturales, eò quod nisi exquisita eorum habita fuerit ratio, hominem facilimè de statu sanitatis naturali in morbosum præcipitent. Quia verò causæ tam internæ, quàm externæ nequaquam rescari possint, ni prius impedimenta, quæ in melsaraicis & viis latent communibus, remouentur, primò omnium eorum tentanda demolitio. Pro eorum ergò evacuatione pillulæ A. recipiantur, horis tribus ante prandium.

Recip. *Mass. pill. de hiera c. agarico* ℥j

Aggregat. ℥j

Dacryd. gr. j.

Cum aq. agrimon. f. pill. n. xvij

S. Pillen. A.

Sequenti die horis matutinis sumantur trës unciaë, vel quod idem fere est, tria cochlearia succi B. qui sequitur.

Recip. *Rad. cicchor.* ℥ss

Scorzoner. ℥j

Eryng.

Asparagi a. ℥j

Cort. Rad. cappar. ℥ss

Thamariss.

Fraxi i a. ℥j

Calam. aromat.

Zedoar. a. ℥iij

Rad. Imperator. ℥ss

Meu ℥ij

Polypod. quer. ℥ij

Glycyrrhiza ℥jss

Passutar. ℥jss

Sem. dauci ℥ss

Aquileg. ℥iij

Portulaca

Endivia ā. ʒij

4. Sem. frig. major. ā. ʒi

Herb. Ceterach.

Spicanth.

Ling. cerv. ā. Mj

Adiantum nig.

Capill. vener. ā. Mj

Bedonica Mj

Chamaedrios

Pulegii

Agrimoni.

Millefol. ā. Mj

Epatice trifol. nob.

Cichorii

Endivia

Fumaria ā. Mj

Coq. in s. q. aq. scolopend. beton. & borrag. pro lib. ijs. Colatura
dividatur in duas partes: quarum prima sit lib. js. altera lib. j.

In prima parte colaturæ ebulliant.

Fol. Sennæ selectiss ʒiij

Epithymi cret. ʒjs

Thymi

Flor. stæchad. arab. ā. pjs

Post ebullitionem stent in loco calido per hordas tres, postea colentur
sine expressione, præ ʒx.

In altera parte colaturæ coquantur.

Cortic. rad. Elleb. nig. styr. præp. ʒiij

Caryophyl. ʒijs

Coq. ad consumm. ferè ʒiiij. deinde adde mirobat. cheb. ol.
amigd. dul. præp.

Citrinor.

Indor. ā. ʒijs

Cort. citri ʒij

Satis cocta colentur: hæc colatura addatur priori ex foliis Sennæ
facta: & in utrisque ligata in nodulo bulliant.

Agar. rec. trociscati ʒj

Rhabarb. inter. & opt. ʒij

Spice Ind. ʒj

Uu 2

Stent

*Stent per noctem in infusione : manè expressus fornicer adde
Syrup. de scolopend.*

de corticib. citri c. most. ā. ℥iij

Sachari albiss. ℥iij

Cog. ad formam syrupi liquidioris.

S. Cassi. B.

Ufus ejus diebus singulis, quam diu durat, hor. 6. cochlearia quatuor vel uncia tres. In usu addantur semper sequentes olei gut. 2. vel 3. agitentur cochleari, ebibantur : maneatur in lecto per horam, sine somno : prandium ultra horam decimam non differatur.

Recip. Olei de corticib. citri ℥j

S. Dehl. C.

Ufu hujus succi quotidiano materia peccans sine calefactione per *Trinegor* per sedes & urinas evacuabitur : via etiam pro roboratione principium partium expeditissimè sternetur. Quod si fortassè, ut hoc addam, quolibet die quater ad excretionem succus iste non instigarit, cochlearia imposterum non quatuor sed sex sumenda esse noveris. Quod si tunc nimis magna sequeretur excretionum copia, uno die 4. altera 6. cochlearia, permutatim recipiuntur. Quando autem omnium primò bis de hoc succo, per dies nempe duos, debitum demensum receperit, tertius dies quieti dandus. Licet autem die eâ tertiâ nihil quicquam assumatur succi, eâdem tamen Media dextri brachii pro eventatione caloris in epate, incidenda, emittendo sanguinis ℥iij vel iiij.

Sequenti die ad usum succi revertetur, idque continuet, usque dum totum succum absumserit. Id ubi factum, die uno sit quies, sequentiumat pillulas D. manè hora 6.

Recip. Mass. pill. coch. ℥ss

De hier. c. agar. ℥ss

Aggregat. ℥ss.

Ammoniâ in aceto squillit. dissol. ℥s

Cum pulv. ceterach. F. pill. n. xvij

S. Pillen D.

Proderunt istæ plurimum venis Mesaraicis ad lienem tendentibus, ut & lieni ipsi. Causas etiam materiales non parum tollent. Hoc ubi factum fuerit, descendendum ad corroboranda principalia viscera. Ad id prodest universaliter Mithridatium nostrum E. quod universis prodest visceribus.

Recip.

Recip. *Mithridat. opt* ʒi
Conser, rosar.
Anthos ā. ʒj
Mis. S. Mithridat E.

Sumatur manè hor. v. unâ vice : maneat in lecto, ad hor. usque ij. dormiat, non sudet, jejuset ad hor. usque decimam. Quod si post sum horum medicamentorum beneficiô alvi largo & liberali non frue-
 ar, curet sibi hor. 8. matut vel hor. 3. pomer. sequens injici enema ec-
 tropticum, litera F. notatum.

Recip. *Herb. parigtar. Mij*
Mercurial. Mj
Fol. lauri
Pulegii ā. Mß
Ceterach. Mj
Flor. chamomel.
Melilot.
Summit. aneth. ā. Mß
Sem. fœnugræc. ʒß
In colatura dissol.
Electuar. lenit. ʒij
Diacathol. ʒs
Diaphœnis ʒij
De baccis lauri ʒj
Mell. anthosaci ʒij
Mis. F. Enema.
S. Clystier. F.

Quod si usus fortasse requirat, aliis etiam temporibus non sine
 ictu applicari & poterit & debet. Hoc loci & hoc monendum,
 od ipse in tua familia possis curare, ut enemata tibi parentur do-
 estica. Solent enim quandoque gigni flatus, solent subsidere feces
 intestino recto : solent & aliæ obstructions suboriri. Eam ad rem
 quentia domestica parari possunt enemata.

imum hoc esto. Recip. *luris gallinacei insulsi vel juris carniū*
non duratarum fumo, tantum quantum duæ paropsides falsa-
mentaria capiunt : Adde mellis ros. colati cochlearia qua-
tuor : Mis. F. Enema.

Secundum hoc esto, quod ad pruritus, & effervescentiam humorum in intestino recto erit appositissimum. Recip. *Tantum lactis, quantum tres capiant paropsides salsamentaria. Bulliat ijs flor. chamomel. manipulus unus. add. mell. violac. cochl. 4. M. f. f. Clyster.*

Quod si pruritus intestinum rectum non fatiget, adsit verò ibidem magna flatuum copia, tunc lacti incoquantur flores chamemel. Addatur *drachma baccar. lauri pulverisat. ebulliant. colentur: in colatura d. ssol. Mellis anchosati colate cochlearia 4. M. f. f. Clyster, lege artis applicandus.*

Tertium Enema. Recip. *Parietar. Mij flol. lauri herb. puleg. ā. M. f. fl. chamomel. meliloti iutei. flor. thil. ā. Mj. Coq. in jure carnis ad remanentiam duarum paropsidum salsamentarium: add mell. ros. colat. cochlearia 4. Misce f. Clyster.*

Absolutâ hâc generali per Mithridatium corroboratione, demum manè capiat Medicamenti G particulam in quantitate castaneæ, cum jejunio ad hor. usque decimam,

Post merid. hor. 3. utatur Morsulis H, nihilque bibat vel comedat, nisi ipsa in coenâ.

Recip. *Chebulo. condit. 3v*

Zinzib. Chinesis cond. 3vj

*Calam. arom. Cort. arant. citri
condit. ā. 3iij*

Rad. cichor. cond. eryngii, bugloss. ā. 3v

Nuc. Ind. mos. cond. 3ij

Conser. absynth. bugloss. anthos ā. 3iij

Rosar. 3ß

*Cinamomi crasso modo incis. macis
incis. ā. 3ß*

Incidenda incidantur, & pulverisanda pulverisentur, & mis. cum Syrup. de corticib. citri cum moscho, addendo olei caryophyll. gt. ij.

F. Mixture. S. Stärkung. G.

Recip. *Spec. arom. ros. 3iij*

Diarrhod. Abb. diatrion santal 3ij

Rad. gent. alb. vera 3j

Trochis. de capparib. 3js

*Confer. absynthii ℥iij**Flor. arant. citri cond. ā. ℥ij**Rad. cichor. cond. ℥ss**Cort. citri cond. & incis. ℥iij**Extract. Zeduar.**Galanga**Calami arom. ā. gr. iij*

sachari solut. in aq. cichor. q. s. In quo solutus extractis, cetera omnia m.sc. & constant in morsulos aromatizatos cum ol. cinam. gt. V.

S. Morsellen. H.

Utrumque horum remediorum simul continuandum, usque dum consumantur. Respiciunt enim ventriculum, epas, lienem, & simul sum caput, quod in hypochondriaca plerumque *συνπύχεται*. Quoniam inper ventriculus non parum à naturali suâ complexione recesserit adeò flatus generet copiosos: ipsi pulvere stomachali I. subveniendum inferem.

*Recip. Sem. coriand. præp. ℥vj**Fœnic. anisi ā. ℥js**Cinamomi ℥ij galanga, calami ā. ℥j**Pæon. ℥j. glycyrrhiz ℥ss**Sach. ros. tabulat. ℥vj**Albiss. ℥j. M. f. Tragea.***S. Magenpulver. I.**

Sumatur de isto bis vel ter per septimanam vesperi, ante decubitus mensura dimidii cochlearis, nihil ulterius superbibendo. Eundem, modum post prandium, cum finis impositus poculis, in usum alioties revocari poterit. Eidem & ventriculo, ubi præsertim intumescit, proderit inunctio per oleum K. si nempe mane hor. 7. ante usum corroborativi G. vel Morsellorum H. eò calido regio inungatur epigastrica.

*Recip. Mastichis ℥ij**Galanga ℥j**Spec. arom. ros. diacinam, ā. ℥j**Ol. caryophyll. nucista ā. gt. viij**Cyminig. iij**De absynth. & mentha ā. ℥ss***S. Dehl zum Magen.**

Illinantur hoc concalefacto ventriculus, à præcordiis ad umbilicum usque, ad latitudinem orbiculi minoris : fiat autem & ipsa ea inunctio circulariter. Id ubi absolutum, pulvinar M. super imponendum, & à prandium usque detinendum.

Tempore prandii removeatur, post sumtum cibum applicandum de nuò, & ad coenam usque ibidem relinquendum. Noctu etiam removendum penitus. Priusquam autem imponatur, later recens octus, concalefactus vino perfundendus, eidem pulvinar imponendum, ut vaporem eum imbibat : tandem verò vel tepidum vel calidum gastricæ regioni imponendum.

Recip. *Fol. mentha. absynth. ā. ʒij*
Macer. cardamon. nuc. mosch. ā. ʒj
Spic. nard. cinamom. ā. ʒijs
Rad. Imperator. meu. ā. ʒß
Corall. alb. & rub. ā. ʒß
Rosar. rub. ʒis.

Trita & crasso modo contusa aptentur in sindone, intersuta ad formam chartæ, quam mitto.

S. Magenfüßlein. M.

Epati refrigerando, per venæ sectionem: corroborando, per superiora medicamenta satis consultum est.

Lieni verò, qui intemperie laborat frigidâ & humidâ, & propter imbecillitatem caloris nativi humorem generat melancholicum terrestrem & siccum, flatusque generat, & tumores flatulentos, summo pere prospiciendum. Est is primo calefaciendus, pro excitando calore externo. Dein discutiendi flatus. Tertiò materia melancholica expellenda. Primus scopus complebitur per fomentationem N.

Recip. *Rad. Imperator. meu. ā. ʒiij*

Eleni, cucum. asin. ā. ʒvj

Althea ʒjs

Cort. rad. cappar. ʒiij

Thamaris. fraxin. ā. ʒiij

Ficuum ping. n. vj

Baccar. lauri ʒj

Sem. portulaca ʒß

Dauci ʒijs

Herb. pulegii Mj

Ceterach. spicantb. ling. cer. ā. Ms

Fol. jennæ Mj

Flor. chamæmel. melilot. ā. Mj

Summi. aneth. Aß

Fol. pariet. r. Aiß.

Flor. malvaris. Aß.

Dentur incisa & conquassata ad chartam.

S. Kräuter zur fomentationi.

Capiuntur autem filices, auro quasi micantes indantur ii igniti in aquam fluvialem vel fontanam, ut ita extinguantur. Repetitor hoc septies. Quod si ejusmodi filices in promtu non sint, eorum loco capiuntur duæ chalybis particulæ, quæ ignitæ septies aquâ extinguuntur. Aqua eâ chalybeata affunditur sacculo herbis N. conferto, ad supereminentiam sex digitorum, in ollam recentem, quæ tamen aquâ simplici jam antè optimè excocta fuerit. Coquantur ibidem omnia, quam diu fortassè piscis juste coquitur. Dein verò aceti rosacei tantum, quantum paropsis capit fassamentaria, affunditur, iterum ebulliunt omnia, tandemque finis. Aqua hæc in usu sit calida. In eam enim sponsia sex digitos lata, octo longa, niditur, interque duos ligneos orbiculos leviter exprimitur, & secundum longitudinem costis spuris sinistri hypochondrii applicatur. Detinetur ibi per quadrantem ferè horæ, quoties insuper refrigeratur sponsia, toties calefacienda iterum, dum in aquam eam calidam ingeritur, leviter exprimitur, iterumque parti applicatur. Peractâ hæc fomentatione, locus ille, pro discussione flatuum, unguento O. perungitur.

Recip. Ol. de capparib. ʒjs

Anethini

Rutacci ā. ʒj

Vini sublimati

Aceri acerini ā. ʒij

Rad. f'ic. cyclamin. ā. ʒij

Centaurii minor. ʒj

Terenda terantur & bulliant in iquoribus usque ad olei residuum.

Expressis adde

Ammoniaci

Bdellii

Opopanac.

Serapini

} in aceto squillitico dissolut. ā. ʒij

*Bui sunt iterum & adjecta pauca cera, affusisque Ol. anethi.
& cymini destil. ā. gr. V.*

F. linimentum. S. Milkhsalbe O.

Post illinitionem istam lieni imponendum Emplastrum P. sepefactum. Roborabitur eo Lien, & expellentur noxia.

Recip. Agarici albiss. ʒij

Cort. rad. elleb. nig. ʒijs

Thamaris. ʒijs

Capparor. ʒj

Mucilag. sem. lini. fenugrac. ā. ʒβ

Psylli ʒij

Galbani

Bdellii

Ammoniaci

} in aceto dissol. ā. ʒjs

Ol. Chamomel. & laurini ā. q. s.

Adipis Taxi ʒβ

Croci ʒj

Affusio ol. cymini destill. gr. V.

F. adjecta pauca cera cerorum.

S. Milkhsflaster P.

Tali ergo ingenio causæ morbigicæ omnes ad vivum, ut spero, rescabuntur. Coquentur & morbus cessabit ipse, fluxusque sistetur hæmorrhoidum, qui tales tantosque recti intestini dolores excitavit hactenus. Quod si dolores ii quos causam hæmorrhoides, reversionem fecerint, quod ob potum vini calidioris, ut & ob vecturam per loca saxosa facile fieret: ibi verò hoc resistendum modo. Capiantur flores vel verbasci vel chamæmeli: nidantur ii in pulvinar vel sacculum linteum, & aqua incoquantur. Indidem eximitur sacculus, applicator recto intestino, omnisque cessabit propediem dolor. Quod si fortè non cedat, portio unguenti ex assellis vel alterius ex volatilibus gossipio inungatur, locoque dolenti adjungatur. Melius sese habebit res ista, lat scio.

Quomodo etiam hoc malum per commodam dietam averruncandum, jam sum dicturus. Brevissimè tamen, eò quod abundè de iis actum in superiori consilio.

Aerem hoc loci relinquam intactum, ut & motum & quietem, somnum & vigilias, repletionem & inanitionem, Curæ & industriæ Medicorum domesticorum id committo.

Affectus animi, tu ipse, generose Domine pro eà, quæ in te est prudentia, moderabere.

Sola victus ratio, cum ab ea malè administrata causæ hypochondriorum morbificæ generentur, exquisitissimè attendenda.

In victu eo novem considerentur.

1. Substantia.
2. Qualitas.
3. Modus præparandi.
4. Tempus.
5. Ordo assumendi.
6. Modus masticandi.
7. Quantitas.
8. Consuetudo.
9. Delectatio.

Cibi substantia sit tenuis, non crassarum partium, quæ etiam citò multum pariat sanguinis. Panis benè sit excoctus recensque. Caro probatur bubuli juvenculi, agnina, vervecina, hœdina, aprina, leporina juvenis, juvenulorum cervorum, gallinarum gallorum castratorum, atragenum, ficedularum nostratium, palumbium, turturum, perdicum, anserum, tetraonum, coturnicum, alaudarum.

Carnes, quæ ex his humiditate abundant, assentur: coquantur alteræ.

Pisces cum frigidi sint, non quidem prosunt ratione verò humiditatis ventriculo huic exiccato, impensè proderunt. Quid quod & ratione loci ad esum piscium assuetus sit ægrotus noster. Non verò omnes indiscriminatim obtrudendi: sed habenda inter eas quædam discriminatio. Probantur ergò Percæ, lucii recens mactati, gobii fluviatiles, auratæ, quas *πεσφιμαλαῖς* vocat Athenæus, bidellæ itidem, & quandoque delectationis gratia, salmones. Gamari etiam, quos vulgus falsissimè caneros nominat, si cum cumino coquantur, ventriculo non parum proderunt.

Modus præparandi pisces vult, ut salī semper incoquantur. Ordo ingerendi postulat, ut in primordio fumantur prandii vel cœna, epoto tamen prius calefacto luteo ovi sorbilis. Caro pisces subsequitor.

Ciborum qualitas quæ requiratur, modò dictum. Illud verò etiam atque etiam imperandum cocis, ut ne cibos ustulentur nimium usque dum exarescant: neve etiam carnes in tantum coquant, ut de ossibus sponte decident. Salitioni etiam conveniens statuendus modus, ut & aromatisationi.

Si ab aromatibus abstinere nequit æger, sola ea deglutiat, cibisque ea neutiquam misceat.

Concedo insuper, ut cibi etiam quandoque cum rapis Martisburgensibus vel Portfeldensibus, cumino, fœniculo, petroselino radicibus & cæpis novellis incoquantur.

Sed quid cæpas concedis inquit aliquis? Audi verò, quisquis, humectant ea & calefaciunt ventriculum. Inde fit, ut & alli usum quovis anno semel imperem.

Cibis assis adhibentur lactuca, asparagi, cappares, olivæ Hispanicæ, quæ insignes sunt spleneticæ; cerasolum & spinachia itidem sint in usu frequentissimo.

Quodnam verò erit tempus assumendi? Bis de die comedat, post hor. X. & V. Ordo assumendi sit talis: Juscula sorbilia primum habeant locum: subsequatur hæc luteorum binorum ex ovis sorbitio: hinc carnes coctæ: post legumina, tandemque assaturæ.

Si pisces adsint, carnes aliæ in mensam non veniant. Sint pisces ii calidi, non verò frigidi.

Juscula sint è vino, cerevisia, amygdalis, pistaciis, nucleis pineis, in aquâ hordeata confusis: brodia itidem decoctionis gallinarum, gallorum castratorum, carnisque bubulæ novellæ. In primordio mensæ per septimanam sequens sumatur mixtura splenica. *Recip. Possulas lotas q. s. infundantur vino per mediam horam. postea capparum lotarum ana. Mis. dosis, cochlear unum.*

Modus mastigandi insuper non negligendus, qui tamen notus.

Quantitas assumendorum ea sit, quæ naturæ vires restauret, non gravet. Sic bibito ut sitias, sic ede ut esurias.

Consuetudo quædam in cibis solitis permittenda: Ea enim altera est natura, & quæ consveta sunt, minus molestant.

Quod si temperamentum consvetum nimis citò emendare studeremus, in quæ nos non conjiceremus pericula? Ex idiosyncrasia si cibos prohibitos affectet, & ii permittendi. Dicemus quippe cum Hippocrate: Parum deterioribus & potus, sãvis autem, melioribus quidem, sed minus sãvibus, est antefendus.

Sed ne quid nimis.

Hæc si, generose Domine, non quidem strictè, sed ut plurimum in Diætâ observaveris, bisque anno, Aprili nempe & Augusto corpus debitò evacueris modò, consilium meum salutare fuisse cognosces.

Unicum insuper monebo, quod penè mihi exciderat. Monebo licet tardius. Melius enim tardè quàm nunquam. Si

Si lien intumescat, dolorque ibidem sentiatur punctorius, pulveris L. sumatur triens, in cerevisia epotus calidâ. Sumatur alius triens, ni statim tumor & dolor cessarint.

Recip. Pulv. card. bened. ʒj

Rad. angel.

Veron. ā. ʒß

Tro is. de cappariib. ʒij

De eupator.

De absynth. ā ʒß

Mis. F. Pulvis dividendus in tres portiones.

S. Pulver L.

Potus sit vinum Rhenanum, cerevisia servestanta, vel alia quæcunque benè defecata, & novella. Antiqua enim cerevisia serofas humiditates adauget.

Habe hîc à me, Vir generose, quod petis consilium. DEUS, à quo omnis medicatio felix & fausta promanat, clementer id promoveat.

CONSILIUM LXI.

IN ARDORE URINÆ ET METU APOPLEXIÆ.



Multa sunt, de quibus Ægrotus, iste conqueritur. Ait quidem primò, renum calculo se affligi, dum nunquam sine summo lotii ardore mingat. Affirmat postmodum, sibi non exiguum metum esse apoplexiæ imminentis, idque ex eo, quod linguæ officium in proferendis sermonibus ex improvîso factum sit pigrius, nec non alterum latus quasi rigiditatem ac immobilitatem quandam contraxerit. Ardorem hunc lotii nequaquam præferre calculum arbitror: quippe urinæ exitus nunquam negatur: imò sæpius justo ad frequentiores mictionem compellitur.

Existit itaque ardor ille ab adustis & falsu ginosis humoribus, similisque est affectus iste cuiusdam incipienti & imbecilli Diabetæ.

Quapropter in curatione hujus symptomatis non tam ad calculum, quam ad causas dictas respiciendum. Altera de quâ conqueritur diffi-

cultas, est Apoplexis. Oritur ea communiter ab humore frigido è cerebro in nervos illabente, unde motus ferè omnis tollitur. Id hoc in affectu neutiquam contingit. Quapropter assevero, existere id genus symptomatis à vapore acri & frigido, qui cerebrum imperat, constringat, hancque immobilitatem, vertiginem & quasi paralyfin causet. Colligitur ille vapor utroque in hypochondrio à cibis retentis crassis acidis & fermentatis: indidem forsum tollitur, caput ferit, vertiginesque, apoplexias & paralyfes, sed tantum TEMPORARIAS inducit. Unde patescit, hoc in casu non ad veram apoplexiam dirigendam medendi intentionem, sed ad emendandam massæ sanguineæ acrimoniam corroborandumque cerebrum.

Electuario A. utatur horâ septimâ matutinâ cum custodia. Sequenti aurora potiunculam B. calidam ebibat, iterum dormiat ad tempusculum, jejunus sit ad decimam usque. A prandio h. 3. repetat eandem similiter, & jejuset ad sextam usque. Sequenti die eadem eodem modo binis repetat vicibus. Hoc enim modo humorum acrimonia obtundetur, & ad moderationem quandam redigetur. Proximâ tandem aurorâ ad ejiciendum è corpore falsum & mordacem humorem paulò ante horam sextam pilulis C. fruatur, jejuset ad 10. domique se contineat. Sequentibus singulis auroris ad corroborandum caput & reliqua viscera, comedat morsulum unum D. ut & à prandio h. 3. Idque continuet, dum supersunt Morsuli. Ut autem caput ab ejusmodi superventuris malis satis superque præservetur, cum ad finem singulis septimanis tribus vicibus particulam panis similaginei, tostam vino madefaciat, indeque panem conspergat pugillo pulveris E. & sic manè cum deglutiat.

Perquam necessarium insuper erit pro prophylaxe ut singulis mensibus bis (i. e. bīduo ante novilunium, bīduoque ante πανσέληνον) pilularum F. 7. vel 8. numero capiat vesperi post cœnam in procinctu quietis nocturnæ. Sequenti verò die, in quem νεομηνία vel πανσέληνος incidit, postquam è plumis emerferit, pulverem G. in aqua florum tiliz vel spiritu cerasorum recipiat. Singulis etiam auroris particulam nucis muscatæ vel sub linguâ volutet, vel mastice.

Quod si quandoque denuò se invadi paroxysmo aliquo præsentiscat, binas rotularum H. sub lingua dissolvi patiat, uti & has ipsas secum strophiole implicatos semper & ubivis locorum circumferet. Circumferet consimiliter Balsamum succini in glande argenteâ, eo nares inungat, cum se minus bellè affici persentiscit. Eodem modo sit in promptu Balsamus Apoplecticus, quo cum nares vertex & tempora inun-

inunguntor. Caput quoque ab aurâ tueatur frigida, nebulosâ multum-
que humidâ. Ajunt quidam, se melius se habere operto capite. Sed
absit, alluntur. Calor major interdum obfuscet minorem: capite nudo
quippe ab hypocausto calido incalescente, calorem non sentit, sentit
verò effectum sed nimis serò. Cibi vitentur replentes caput, capè,
sinapi, alium, & alia de quibus multoties sermo. Vinum bibat pa-
trium, Rhenanum puta.

Recip. *Cassie recens extracta supra decoct. fervent.*

Rad. liquirit. & sem. anisi ʒvj

Adde spec. E. escop. ʒij

cum Sach. f. bolus A.

Recip. *Syr. de stœchad.*

de glycyrrhiza.

de capill. ♀ ā. ʒß

Decoct. liquirit.

Passular.

Sem. anisi & rad. althea fact. ex aq. beton. ʒiij

Mis. f. haustus reiter andus ter.

S. Potiuncula B.

Recip. *Mass. pill. cochiar. ʒj*

Assaieret.

Aggreg. ā. ʒß

de hiena c. agar. ʒj

Dacryd. gr. j

Cum aq. beton.

F. pillula n. XXV.

S. Pillula C.

Recip. *Flor. anthos ʒß.*

Lavend.

Cubeb. incis. grosso modo ʒj

Calam. arom. cond. ʒiij

Cort. citri condit. ʒij

Margaris. prep. ʒß

Rad. & Sem. Pœonia excort. ā. ʒij

Macis incis. ʒj.

*Pulverisanda pulveriscentur, & cum Sach. alb. in aq. la-
vend. solut.*

F. conf. in Morsulis aromat. cum gr. V. ol. macis.

S. Morsuli D.

Recip.

Recip. Rad. tormentil. a.

Galanga.

Zinzib.

Visci quer. sem. pæon. excort.

Costand. præp.

Cubebæ.

Nuc. moscat. ā. ʒij

Piper. long.

Rorismar. ā. ʒj

Sach. cand. alb. ʒij

Conf. ex oleo anisi ʒj

Pulverisata dentur ad scarulam.

S. Pulvis E.

Recip. Mass. pill. de agar.

Fætidar. ā ʒß

Aurear. ʒjs

Trocis. de agar. ʒij

Alband. gr. XV.

Rhabarb. elect. ʒj

Spec. diamosc. dul. ʒß.

Extr. pæon. gr. xij

Castorei ʒß

Subingantur omnia cum succo ruthe & aq. skula in
massam pilularum.

S. Pilula F.

Recip. Succini præp. cum spir. cerasor. rigror.

Spec. diarthod. Abba absque camph. ā. ʒj

Nirha elect. ʒj

Thur. elect. & alb. gr. V.

Ambra grysea vera gr. iij

F. Pul.

Divid. in 3ptes.

S. Pulvis G.

Recip. Extracti calami aromat. ʒß

Rad. Pæon. ʒj

Succini cum spir. cerasor. præp. ʒj

Corall. rub. ʒj

Margarit. præp. ʒj

Ol. nucis mosc. ʒß.

Ol. macis gr. V.

Ol. ruta gr. iij

Ambra gr. V.

Sach. altiß.

Soluti in aq. beton. ʒiij

F. conf. in rot.

S. Rotula H.

CONSILIVM LXII.

IN PASSIONE DIABETICA.



Non tam à Renum incallescencia, quam ab ichore quodam pituitoso, falso & acri, qui renum substantiæ sit impactus, & quotidie magis magisque adactus affectionis huiusce præternaturalis essentia dependet.

Quapropter in huiusce curatione, iis quæ acrimoniam mitigarent, attemperarentque, pituitam verò temperatè calefacerent, concoquerent & detergerent, hætenus feliciter usi sumus. Jam verò iisce præmissis, medicamentis quibusdam nutritiis ulterius instabimus. Recipiatur itaque pullaster gallus, affusis tribus cantharis aquæ insulsæ, sine sale & butyro ad absumtionem tertiæ coquatur partis. Restantes duo canthari refrigerentur per se, & pederentim cum debitâ munditie per inclinationem defundantur: huic defuso adde *glycyrrhizæ rasæ ʒiij*

Rad. althææ ʒj

Passular. minor. ʒs

Coquantur hæc insimul omnia, ad consumptionem partis tertiæ. De hoc manè & vesperi integer bibatur cyathus. Sub huius usum ubi acrimonia fuerit attemperata, frequensque mictio abolita, denuò superior paretur sorbitiuncula, cui tamen drachmæ sex seminis anisi incoctæ sint. Ita enim & flatus carminabuntur, & coctio promovebitur. Multoties etiam de die quantum placet, præscripti sumatur Electuarii. Horà etiam VII. regioni lumborum præscriptum Epithema usque ad prandium sequentis diei adalligetur. Pro corroboratione insuper recipiantur conserva è summitatibus foliorum althææ, conserva violarum, borraginis,

ginis, buglossæ, liquiritiæ coctæ pul. q. s. pro forma electuarii, cum syrupo de hyssopo & liquiritia.

Nenuphar. ā. ℥vj

Cichor. ℥s

Miva cythoneor. ℥iij

Spec. diarrhod. Abbat.

Diatrionsantal.

Diatrag. frigid. ā. ℥j

Trocis. de spodio

De terra sigill.

Cornu cervi usti

Corall. rub. preparat. ā. ℥ij

Pul. verm. terrest. prepar. ℥j

Syrupi de portulaca

Myrtin. ā. q. s.

Mis. f. Electuarius.

Recip. Ung. Infrigid. Galeni ℥vj

Ol. rosar.

Myrtini

Nenuphar.

Citonior. ā. ℥v.

Pul. rosar. rub.

Santal. citrini

Hypocystid.

Balaust. ā. ℥j

Corall. rub. ℥ijs

Trocis. de spodio

Terra sigill. ā. ℥iiij

Aceti parum, ducantur omnia in mortario plumbeo. Cera q. s. f. cerotum ex synd. rub. & corio rubro ad formam oblatam, perforetur ad interpassetur. F. Epithema.



CONSILIUM LXVIII. IN PRÆSERVATIONE Â CALCULO RENUM.

Est in confesso apud rationales Medicos , calculum renum duabus causis concrefcere.

Primò quidem à calore renum , tanquam efficiente : dein ex materia crassa , viscida , glutinosâque , tanquam materiali causâ.

Testatur insuper experientia , à collectis materiis viscidis generari vapores & flatus , qui similiter sursum elati , præcordiorum angustias creent maximas. Hoc sanè ipsum omnes nephritici tum contestantur , tum experiuntur. His ità præsuppositis , plana via jam patebit ad nephritici symptomatis *προφύλαξιν*. Primò itaque satagamus , ut viscosa illa materies decrementa acquirat quotidie ; dein verò ut calor renum immodicus attemperetur. Hanc ad rem Diætâ opus est sobriâ , moderatâ , circumspectâ. Aer igitur eligitor clarus , purus , serenus. In cibis videntur ea , quæ viscosa sunt , salita , fumo durata , butyro elixata , poma , lacticia. In primordio prandii ova sumuntur mollia , juscula carnum quarumcunque , uti & gallinarum , hordeata , amygdalata. Neque etiam improbabo spinachiae usum , petroselini , nasturtii. Eodem jure gaudeant pisces omnes saxatiles , Lucii juvenculi , Percæ , Funduli , Bellionii , Auratæ , Salmones recentes. Detur insuper opera , ut ne magna ciborum varietas in mensa appareat.

Adhibeantur intinctus de conditis cynosbati fructibus , pomis citriis , asparagis , capparibus. Cerevisia sit benè defæcata , uti & vinum probatur bonum. Potus extraordinarius (id est , qui intra tempus prandii & coenæ fit) valere jubeatur.

Alvus sit aperta semper. Enemata è cassia multoties in usu sunt , uti & decocta cicerum , & serum lactis caprini , nec non pillulæ literâ A. notatæ.

Affectus animi serveriores exulent loco eorum , quædam *ἀπάθεια* (licet non stoica) dominetur. Fiant quoque infessus in balnea , quibus incocta sint Malva , Althea , Fraga , Violæ , folia Salicis , Rosæ , folia Nymphaeæ , Chamæmeli , Origani , Lupuli , Saxofragiæ , Petroselinum , Athemisia , Betonica , semen Lini & Fœnugrei.

Postquam è balneo Dominus emerferit, dorsum unguento B. inungi curet, statimque decoctum cicerum bibat, cui butyri loco oleum amygdalarum recentium sit additum. Vestes & stragula, quæ renum calorem immodicum adaugent, ignemque igni addunt, proscribantur.

Anno quoque similiter bis evacuetur corpus, catharticeis scilicet idoneis. Tantum de præservatione. De curatione alibi.

Recip. *Therebinthina novies lota in aq. fragor. ʒs*

*Rhabarbari interioris & optimi aq. cinamomi
per noctem irrorati ʒjs*

Pul. succini albi

Veronica

Ceterach.

Liquiritia

Cinamomi ā. ʒs

*Mis. f. ex arte Magdaleones, & ex iis pillula. IX. pro
drachma.*

S. Pillula A.

Recip. *Ceroti infrigidantis Galeni*

Unguenti rosati Mesuci ā. ʒj

Ceroti Santalini ʒiij

O. violacei

Nymphaea ā. ʒjs

Camphora gr. iij

*Misce & cum momento cera, & aceti rosacei fiat lini-
mentum molle.*

S. Unguentum B.

CONSILIUM LXIV. IN CALCULO RENUM.



Lariss. Dn. Doctor ex continuis renum doloribus, dum Spira vixit, laboravit: excrevit & calculos sed friabiles, quibus excretis nihilominus tamen dolor nephriticus continuatur. Est autem dolor symptoma profectum ex morbo in soluta unitate, orta à morbo in via. Nam res p. n. videlicet calculus vel arenulæ in renibus non modò genitæ, sed diutius & copio-
sius

sius retentæ, partim pondere & copia carnes renum distendunt ac lancinant, partim, dum à renibus abscedere tentant, fauciant & continuum solvunt. Et cum dolor non modò molestus sit, dum calculi abscedunt, & in ureteres sese insinuant, vesicamque versus progrediuntur; verùm etiam extra paroxysmum ea parte, qua renes sitifunt, molestiam exhibeat: necesse est vel plures calculos in renibus harere, qui & pondere & dolore lancinante affligant: vel copiam materiæ sabulosa, cum cruda calculi materia in renibus coacervari & inde gravitatis sensum talem, ut vix sese erigere Magnif. Vir possit, excitari. Exulcerationem verò in iis partibus doloris causam præbere non arbitror metuendum: cum nulla febris nec adfuerit, nec adsit, multò minus miæctus sanguinis diuturnus aut pertinax antecefferit.

Quapropter sum in ea sententia affectum de quo queritur esse calculum renum, cujus causa efficiens est calor renum intemperatus, non solum quò ad naturam renum in sese consideratus, sed etiam ad reliquas partes adjacentes major, quàm secundum naturam esse debebat. Hic cum sit flammeus quasi & adurens non modò materiam in calculos, perinde ut lateres infurno, excoquit; verùm etiam materiam ex venis emulgentibus maturiùs & copiosiùs, quàm secundum naturam conveniebat, attrahit crudiores & imperfectiores, unde necesse est & calculi mineram semper coacervari, sensumque tristem propter copiam exuscitari; & calculos sine intermissione & coqui & augeri.

Materia verò hæc qualis sit dubitari posse videtur. Nam plerique in ea sunt opinione esse pituitosam: nam talis materiam faciliè per calorem renum lentescit & pertinaciùs substantiæ eorum adhæret; & frequentes cruditates, quæ sunt individua soboles intemperantiæ aulicæ, pituitosam potiùs quàm melancholicam materiam producunt.

Attamen si rem diligentius scrutemur & calculorum naturam examinemus; animadvertimus eos esse friabiles, nec duros & compactos, unde concludendum puto, materiam ex qua gignitur calculus, hujusque adjunctum proprium nempe sabulum, ex materia melancholica & sanguine adusto potiùs quàm ex pituita generari: præsertim cum epar sit calidius & splen imbecillior quam ut humor melancholicus exactè excernatur & à massa sanguinis debite separetur. Est enim temperamentum hujus viri melancholicum & cacochymiâ humorum magnopere præditum, sicut ex ulcere ex hujusmodi cacochymia profecto non suspicari, sed manifestò deprehendere nobis in curando licuit. Interim tamen inter causas adjuvantes non minimam esse puto crudum & pituitosum

totum humorem , ut supra commemoravi , per *ἀσολήν* aulicam , & quædem frequentiore quàm fieri debebat , in ventriculo imbecilliori generatam , & in secunda coctione non emendatum. Quibus omnibus non parùm & irritatur & cumulatur calculus & materia hujus ex duobus erroribus externis ; nempe vinis Spiræ venalibus : deinde ex aere Spirense humidior , coelo præsertim nubilo & pluvioso. Nam cum vina Spirensia non sint probè defecata (ut enim audio impedire solent Spirenses ne per superiora in deferbendo sese exonerent : ut nimirum vinosiora fortiora , id est , magis nociva fiant) fit ut consequantur naturam terrestrem , faciliè per caliditatem epatis in majorem adustionem transeant faciliusque in humorem melancholicum & adustum degenerent ; quod humor postmodum adustus accedentibus cruditatibus ex errore in vicinis emergentibus non modò faciliè in calculum facessit ; verùm , ut opinor etiam periculosis doloribus coli & similium affectionum causam ministrat. Altera causa externa , videlicet aer Spirensis humidior cerebrum humidius in incolis reddit , replet & catharris generandis adeò disponit ut rarò reperiantur isthic , qui de catharris non coquerantur. At hujusmodi catharri duplici ruina vel defluxu & colicis & calculosis affectibus causam ministrant : nam vel per venas ad colon , epas & inde ad renes vel ad ventriculum ruunt , ejusque chyloficatricem lædunt , ut cruditates plures generet. Nam cum materia catharralis simul functione ventriculi lædat & cibis ingestis permisceatur nemini dubium esse potest ex secundæ coctionis vitio , materiam sabuli & calculi cotidie & generari & cumulari. Quis igitur non videat tali materia ab emulgentibus venis ad renes caliditate p. n. quasi flammeos , delatâ , facile calculum & arenulas generari.

Videtur autem difficultas sese offerre in curando , dum ejus Magnif. Spiræ versetur , nativa renum intemperies magis magisque augeatur , & tandem catharrorum & cruditatum non appareat ex antedictæ finis : ita ut dubitari posse videatur , an quod petitur per Magnif. Virum à nobis possit præstari ? Ad quod respondeo , planè auferri hoc malum vix posse cum intemperies renum sit nativa ; temperamentum naturâ melancholicum & splenis simul imbecillitas tamquam nativa funditus non possit extirpari , vita etiam aulica errores externos cotidie magis magisque cumulet & augeat : mitigari autem posse per usum medicamentorum ; ut dubitandum minime est : ita etiam non prorsus rejiciendus animus fieri posse , ut diligenti & præsertim Magnifico Viro suum officium non r

nus strenuè quàm promptè faciente. Ad quam rem consequendam offerunt sese nobis sequentes scopi.

Primus respicit dolorem, de quo Vir Magnif. cum primis queritur. Deinde si calculus aut materia ejus (non enim scio quomodo hoc tempore dolor sese habeat) superest, expellatur. Tertius consistit in intemperie partium calculum & materiam hujus generantium prohibenda.

Quod ad primum attinet dolor duplici remedio mitigatur: primò anodynus admotus vel per clysteres vel ad renes seu lumbos in forma unguenti vel cataplasmati aut simili. De clysteribus non est opus multa facere verba, cum eorum materia cuiusvis in arte mediocriter versato sit nota. Quæ verò renib. applicantur similiter vim habere debent, ut ampliando & relaxando tam renes quam ureteres, calculo & sabulosa materiæ viæ laxiores patentioresque parentur. Hæc, ut doloris mitigandi causa ab ægrotantibus maxima contentione requiruntur: ita etiam prudenter & quidem non prius, quam uno aut altero clystere præmissis, ad renes admovenda sunt. Horum autem quamvis multiplex sit materia; tamen inter cætera magnam vim habere expertus sum medullam cervinam, vel solam vel cum oleo violaceo aut alio refrigerante & relaxante permixtam renibusque inunctam. Hoc non minus efficax est cataplasma, quod conficitur ex duodecim cancrorum decoctorum & expressorum & contusorum expresso, panis albi quantitate sufficienti in eo inebriato, vitellis aliquot ovorum, oleo chamæmelino & violaceo (vel medulla cervi) q. s. & ceræ 3ß adjecta, renum regioni & lumbus admotum.

Sæpe etiam parietariam pulverisatam & in oleo viol. & chamæmelino affusa pauca aqua ononidis, frixam, non modò lumbis sed & vesicæ & ureterum regioni maximo cum successu admovi.

Pro cotidiano autem usu, cum ipsius Magnif. de pertinaci dolore eoque non intermittente conqueratur non abs re esse putarem, si locum renum unguento ex unguento populeo, oleo violaceo, scorpio-num & chamæmelino confecto inungat bis de die, mane & sub ingressum lecti. Sunt hujus generis plura auxilia quæ in forma sacculorum, aut fomentationis, aut decocti in vesica applicantur: item quæ in forma syruporum, jusculorum aut bolorum (omnib. tamen ad eum finem, ut vias laxent & calculo ad exeundum iter parent directis) excrementa quæ impediunt, quo nimirum natura facilius & maturius ad calculum pellendum accingatur, expellant & subducant. Inter ea etiam quæ dolorem mitigant maximum præsidium est venæsectio si in brachio ejusdem lateris,

ris, in quo dolor viget, instituatur: poterit igitur sub initium doloris calculi præmissis universalibus vena media aperiri & sanguis ad ʒiij aut V . mitti, quod idem etiam in præservatione erit. Urgente etiam dolore cucurbitulæ lumbis affixæ, aut illi parti qua calculus se demisit apponi, & deorsum trahi poterunt, ut hunc ductum calculus sequatur.

Alterum remedium perficitur naturam ad excretionem calculi stimulantibus, atterentibus, expellentibusque. In hunc usum possunt præscribi decocta ad aliquot dies bibenda, quale est sequens:

Recip. Rad. althea ʒj

Asparag.

Petrosel.

Fenic.

Ononidis ā. ʒij

Glycyrrhiz. rec. ʒiij

Passular. ʒij

Cicer. rub. ʒʒ

Summit. althea

Malva.

Parietar.

Pimpinell.

Plantag.

Veronica,

Beton.

Adianth. ā. p. j

Sem. iiij frig. major.

Minor. ā. ʒj

Anisi

Fenicul.

Carui,

Dauci ā. ʒʒ

Cinam.

Galanga minor. ā. ʒj

Cog. in $\text{f. q. aq. saxifrag. \& flor. chamamell. pro ʒʒʒ}$

Cole adde syr. de succo parietar. ʒiij de liquiritia cum sacch. fact. ʒij .

Postea cum pulver. cinam. ʒiijʒ passetur per manicam Hippocrati. Exhibende circiter ʒv . mane circa sextam & vesperti circa tertiam horam: Cui medicamenta si efficacius desideremus, nempe ut calculum magis atterat & expellat admiscere possumus ʒj vel ʒʒ , aut etiam pro conditione morbi ʒj lithontriptici aut seq. pulveris:

Recip.

Recip. *Succini albi præp.* ℥iij
Glycyrrh. rasa ʒj
Sem. iij. frig. major.
Malva
Althæa ā. ʒß
Sem. alkekengi ℥ij
Nucleor. persicor. n. xv.
Granorum mespil. ʒß
Consolida Sarracenicæ ʒj
Calam. arom. ʒß
Rad. ononidis ʒiij
Lapid. carpton.
Percarum. ā. ℥j
Oculorum. cancri ʒß
Cinam. acutiss. ℥j
Mammum Christi perlat ʒij
Misc. f. pulv.

Non minus feliciter expellere solet calculum pulvis rad. althææ cum succini ℥j. exhibitus ex decoctione glycyrrhiz. Syrupus etiam ex succo parietariæ & ex succo glycyrrhiz. cum gt. v. olei therebinthinæ mirifice calculum pellit & urinas extrudit, præsertim si aqua fragorum permistus in forma potionis propinetur.

Secundus & tertius scopus præservatorii sunt : ille ad materiam generatam spectat; hic ad generandam. Quod ad materiam generatam attingit, existimo omnem operam navandam, ne ista in renibus morem trahat, diutiusque retenta de novo in calculum coagmentetur, aut longiori tempore instar sabuli coacervata dolorem novum exuscitet : hæc requirit remedium diureticum citra calefactionem, atterens simul calculum & abstergens vias & renum & ureterum. Tale potest esse Syrupus ex succo parietariæ cum guttulis tribus aut quatuor olei therebinthinæ semel in mense usurpatus, aut syrupus ex succo parietariæ cum decocto althææ similiter semel in hebdomade exhibitus, vel pulvis paulò ante descriptus ad quantitatem ℥ij. vel ʒj. ex decocto cicerum rub. & rad. ononidis atque althææ. Syrupus ex succo glycyrrhizæ plurimum momenti obtinere posset, si ejus bis in septimana tria cochlearia unâ hora ante cibum usurpenter : non minus efficax est masticatio frequens recentis glycyrrhizæ, qua scio magnum quendam virum ferè

per integrum vitæ curriculum à calculo renum fuisse immunem, arenulis, & parvulis calculis ferè infinitis subinde per urinam excretis.

Summum etiam remedium est syrupus sequens nihil materiæ calculosæ sine calefactione in renibus relinquens, si singulis septimanis bis, vel post purgationem universalem ad dies quinque duo cochlearia matutino tempore assumantur. Recipit autem *succi veronica* ℥ss *succi hederæ terrestris* ℥iij. *portulacæ* ℥ss. *Succi expressi & percolati confiant in syrupum.*

Tertia intentio quæ similiter præservatoria materiam generandam complectitur hæc autem cum partim vitio viscerum, partim ob errores externos producat, utriusque diligentem rationem habere oportebit.

Quod viscerum vitia attinet, ea vel materiam solam, aut calculum generant. Materiæ causa est epar, splen, ventriculus & caput. Epar enim calidius cum sit, chylum, ut supra demonstratum est, adurit: Splen cum melancholicum humorem non exquisitè & sufficienter separat & attrahit, sangvinem crassum & arenulis generandis magis idoneum reddit: Ventriculus aulicus cum sit, aulicè etiam cibos boni succi coquit, id est, crudiores perficit chylum, causam propterea ut adustæ partes sanguinis & quidem terrestiores facilius coagmententur, & in calculum abeant. Eandem etiam rationem obtinet caput; quod ut supra commemoratum est, ex aere Spirensi refrigeratum movet catharos ad ventriculum aut renes decumbentes, & materiam fomentumque calculis & saburræ arenarum præbentes. Ad singula igitur respectus singularis habendus. Cum autem cacochymia melancholica cum pituita à causis recitatis permixta emendationem ante omnia requirat, necesse erit illam inprimis emendare. Quocirca videtur opus esse evacuatione, quæ educat materiam non modo ex primis viis sed maximè ex toto habitu venarum. Quod aut primas vias attinet convenientissimus est usus cassiæ & terebinthinæ: cassiæ extractæ supra decoct. ferventem sem. anisi & glycyrrhizæ exhiberem ℥j. cum facilis sit solutionis duabus horis ante prandium vel coenam, bis in mense aut etiam frequentius: & si forsan videretur requirere necessitas, admiscerem ℥j. specierum bened. laxat. Ex therebinthina pararem seq. massam.

Recip. *Therebinth. opt. decies ex aq. parietariæ lota.* ℥jss
Rhabarb. opt. & subtilissime pulverisati ℥ij
Cinam. acutiss. pulsati,
Ceterach. ã. ℥j
Cum pulvere glycyrrhizæ
F. massa.

De qua singulis mensibus, aut eo etiam tempore quo viæ communes evacuandæ sunt ℥ij vel iij usurpet duabus horis ante prandium vel cœnam. Soleo hujusmodi massæ interdum accipere ℥ij & addere ℔j spec. bened. laxativæ, præsertim si multum pituitæ renibus affluere mihi sit suspicio.

Habitus venarum decoctione longa ad tres vices evacuari posset. Parabitur ea autem commodè ex speciebus superiorem decoctionem constituentibus, additis foliis senæ, epithymo, corticibus radicum ellebori nigri vino malvatico præparat: rhabbarbaro & aliqua portione agarici, radicibus scorzonæræ, corticibus capparum, thamarisci, fraxini & herba cochlearia, quæ splenis ἀσπλιν non modo mirificè emendat, verùm etiam obstructions potenter aperit, melancholicos & his permixtos pituitosos humores in renibus fundit, incidit, attenuat & deterget, adeoque cacochymiam ex liene magno profectam feliciter emendat, imprimis si decoctio ex sero caprino fiat. Cacochymiâ emendata viscerum intemperieri omnis labor adhibendus: Quod igitur epatis caliditatem attinet, ea emendari poterit usu radicum cichorei & medicamento ex conserva rosarum, violarum, cochleariæ & speciebus aromat. ros. atque diarrhod. Abb. parato. Cui non leve auxilium præstat inunctio ex unguento rosato Mesuei administrata. Splen spleneterico unguento & frequenti usu olivarum & capparum suo tono restitui posset. Est autem magnæ efficacæ tam in calculo, quam in splene non bene habito remedium, si ad mensem unum immediatè ante prandium & cœnam cochleare unum ex æquis partibus passularum & capparum minorem cum oleo amygdalarum dulc. humectatorum devoretur. Ventriculus usu syrupi ex succo glycyrrhizæ, maximè verò mellis rosati colati tempereriei suæ restituatur. Et possum affirmare me plurimos, quibus ventriculus affectus multam pituitam, calculi sc. materiam, generabat, immunes ab insultu calculi præservasse ℥ij mellis rosati colati, bis vel ter in septimana, una hora ante cœnam vel prandium, exhibitis.

Non solum enim materia cruda in ventriculo cocta, sed etiam incisa atque deterfa, per alvum, feliciter à renibus diversa, excreta est.

De catarrho non est quod hîc agam, cum præsentis Medici ob frequentem ejus in curando usum, nulla admonitione egere videantur. Renum autem intemperies quæ causa calculi effectrix est, commodissimè emendabitur conserva rosarum & unguento ex refrigerantibus supra commemoratis parato.

Sequitur ad extremum tertia intentio : quæ errores externos complectitur : hi autem constant ex rebus sex non naturalibus. Quantum igitur ad aërem attinet non dubito Medicos præsentēs ita aërem emendaturos, ut generandis catharrhis minus sit idoneus. Cibi sint facilis coctionis, non multum diuretici, sed mediocriter & in qualitate moderatè refrigerantes & humectantes, ut & renum flammeo, & epatis intensiori calori medeantur : Nam si calidi & sicci sint, & adustioni occasionem, & renibus calculos generandi augmentum addent. Cumque semper materiæ in renibus extenuandæ & detergendæ opera dari debeat; cibos non solum boni succi ut paulò ante memini præscribere oportet, sed tales etiam quæ renes mundificandi sine calefactione facultatem habeant. Tales autem sunt radices petroselini, lactuca, althæa, juscula ex hordea. Præter cappares sub primam mensam apponi poterunt asparagi & lupulus, imprimis autem folia pimpinellæ. Et ut omnes cibi boni succi sunt præscribendi, ita vicissim quicunque crassi sunt & difficilis coctionis prohibendi. Pisces etiam cum sint frigidis & frigidos succos generent, non frequenter concedendi, atque inter eos iste dilectus habendus, ut solummodo laxatiles apponantur. Panis non sit crassus & bene coctus. Nec plus vel coenandum vel prandendum, quam natura facilè & perferre & coquere potest. Mensæ secundæ cum cruditatis sint materia, quò ad ejus fieri posset, vitandæ. Omnia calida, ut quæ aromatibus aut aliis acribus, condita sunt ut allio, capis sinapi, excepto nasturtio aquatico vel hortensi, vitanda sunt. Vina non probè defecata angue canèque pejus vitanda; proderunt igitur Neccarica : Et inter cerevisias Selveitana aut Einbecensis. Debebam hîc Magnif. virum commonefacere de computationibus nocturnis, aut iis quæ à prandiis in coenas continuantur : sed cum nemo, etiam mediocriter ab hoc hoste excruciat, reapse non expertus sit, quantum noxæ inde sit perpeffus, nocturnas Athenas ferrem, si plura adderem.

Ut motus nimius calorem renum exasperat, ita etiam sanguinem calidiorem & magis ustum reddit. Quare mediocriter corpus movendum & exercendum est, equitatione potius & vectura quam itione. Somnus sit septem horarum non supinus.

Alvus semper fluat, aut clystere vel cassia moveatur. Nec oblivioni tradenda, quorum supra nemini, nempe octavo quoque die, vel ad summum decimo quarto, aut semel in mense pilulis aut cassia utendum esse. Siquidem maximam partem præservationis à calculo sibi vendicat remotio, subductio & aversio materiæ ex aqua calculus excoquitur.

Ani-

Animi affectus sæpe calculum non solum commovent, sanguinis massa irritata & præter naturam calefacta: sed etiam calidiorem reddendo, materiam magis juvat adurere & habiliorem reddere, ut promptius in calculum abeat. Cavebit igitur Dn. Doctor iram, perterrefactiones subitas, metum, tristitiam.

Hæc pro Magnif. Viro hac temporis angustia in medium afferenda esse, mihi visa sunt. Æternus & misericors DEUS sua benedictione te fortunet, ut ab isto hoste usque ad vitæ hujus decursu immunis & liber sit.

CONSILIUM LXV.

IN IMPOTENTIA APHRODISIA



Decretum mihi est hoc in consili proponere totum de potentia & impotentia Aphrodisiæ negotium. Idque satis didacticè καὶ διδακτικῶς. εἰδὲν καὶ ὅτι καὶ ἀφροδισίου ἡμᾶς εἰσέρχεται, ὡς καὶ ἡ τὰς.

Ordine pervenies, quo non licet ire labore.

Talis ergo ἀδυναμία est symptoma noxæ functionum naturalium, & pudendi propriè ablata: & dicitur, quando quis non rectè coire potest.

In hoc nostro patiente, qui debitum uxori non potest solvere, pars affecta sunt membra genitalia, quæ cum ignava sunt, græcis ἀσθενῆ dicuntur.

Genitalium autem nomine complector pudendum, cujus proprium est distensio, quæ fieri tantum debet, quando animal coitutum est. Fit verò illa distensio à facultate naturali: hæc quippe distendit & attollit penem. Ut vero coitus fiat secundum naturam, duo requiruntur potentissimum, colis puta erectio, & seminis ejaculatio. In erectione perfectâ tria præsupponuntur communi more.

1. Instrumenta motui voluntario destinata, ut muscoli & nervus in porum coli definens, quorum musculorum sunt quatuor, quos etiam benè constitutos in temperie & confirmatione esse decet, ut ita vim animalelem suscipiant, & optimum sint organum.

2. Spiritus præsupponitur vitalis, quem convenit esse tum copiosum tum probum, id est tenuem & rectè temperatum, non crassum, quia dum concrevit fit improbus.

3. San-

3. Sanguis optimus, ut vererum plenè nutriatur, ne gracilescat sed spiritum copiosum admittat, suscipiat, & ἐν γυναικὶ regat.

Ad justum seminis ejaculatum in Cajæ uterum consimiliter concurrere addecet.

1. Generatio requiritur seminis in testibus, ad quam rem optest, ut testes sint benè temperati, proportionali, ut suâ proportion idoneum generent & forment semen, ut ita venæ quæ in didymos desinunt, non sint obstructæ.

2. Seminis geniti ad colen Ἀλδοσις transmissio, ad quam necessario requiritur, ut ne vasa spermatica sint obstructa, & ut ne semen justo sit crassius.

3. Ingressio seminis per vesiculas in colen & porum ureticum, ut præsupponitur, ut meatus colis sit aperius, ut meatus urinarius ab obstructione sit liber: ut muscoli rectè sint constituti, cum & ii ad ejaculationem non parum emolumenti conferant, teste αὐτοψία in iis læsis.

Et quidem hæc de iis quæ secundum naturam: jam ad horum dem contraria.

Quemadmodum justa & debita coitus ratio in duobus consistebat ita vicissim & ἀδυναμία à binis contingit contrariis, si nempe virgæ erectio sit ablata, semenque non emittatur ulterius.

Non erigitur virga ob causas quatuor:

1. Si membrum, quo viri sumus, nimis sit refrigeratum, quod fit à senio, ocio torpido, nimia pinguedine, magnitudine epiploii habitu athletico, creberrima jam antè in aquis frigidis natatione, causisque aliis.

2. Si muscoli colis facti jam sint paralytici, ob intemperiem præsertim frigidam, vel etiam nimis humidam.

3. Si virga spiritu destituatur vitali, quem corpus frigidum exanguæ & emortuum non pariat.

Unde verò hoc quod non spiritus generetur vitalis? Fit hoc ratione cordis & cerebri frigidioris, cum & à cerebro semen provenire divinus asserat Hippocrates. γινέται μὲν πρὸς τὸ κεφάλαιον, ait ille, ἀπ' ὅλης τῆς σπέρματος. Inde & communiter post absolutum actum venereum totum vacillat corpus, & inprimis mens, quæ in cerebro stabulatur. Quæ sanè subsequens imbecillitas verbo signato & concepto Languor nominatur quando post peractam rem lassitudo artus occupavit, uti rectè in Criticis ex Petronio (ni fallor) qui nimis Romanè locutus est, observavi

Lipſius. Id cum ità rectè fiet ab omnibus junioribus, ſi in hoc caſu egerint, quod periti ajunt agricolæ, ſuo in proverbio:

Manu ſeminandum eſt, non ſacco.

Et lepidè ad hunc ſenſum Juvenalis ſatyra XI:

Voluptates commendat rarior uſus.

Sed quorſum elapſus fueram.

4. Si propter d dymos aut venas refrigeratas ſpiritus non attrahitur contingit inde, ut debitum uxori perſolvi nequeat.

5. Si ſpiritus ad colen non deferuntur ob obſtructos meatus.

6. Si propter frigiditatem aut cruditatem exanguis corporis, ut ob cachexiam ſanguis bonus & copioſus nutritioni colis debitus, deficiat, Sanguis enim iſque arterioſus ſtimulus eſt libidinis, non ſtatus. Quà ſanè in parte multos practicantium halucinos videmus.

Semen verò non emitti à cauſis contingit quatuor:

1. Si teſtes propter frigiditatem aut *suppressionem* diu turbatam, ſemen non generent.

2. Si partes illæ (nempe coles & meatus à teſtibus ad colen tendentes, ſint malè conformatæ, nempe tum obſtructæ, tum nimis breves & ob ariditatem exiccatae corrugataque tum etiam in loco proprie debito non collocati, ut ſolet aliàs fieri de *εμπυρεμιας*.

3. Si ſeminalis materies, nempe ſanguis ſatis copioſus tum deficit, tum vitioſus exiſtit. Fit hoc vel à morbis antegreſſis vel ratione victus minus exquisitè: vel etiam ob medicamenta violenta jam ante in aliis morbis uſurpata, quæ ſemen vel verimunt vel non diu in ſuis locis permanere ſinunt: vel tandem ab incantamentis, ligamentis, & occultis qualitibus aliis.

4. Si materia ſeminis idonea, ſanguis puta bonus & laudabilis, deficiat, ob alimenta pravi ſucci victus rationem immoderatam, & malam viſcerum conſtitutionem.

Et hætenus quidem de cauſis in genere: jam ad cauſas penetrabimus ſpeciales, in noſtro patiente.

Eum hoc malo affligi, ob ſequentes cauſas, aſſero.

1. Adeſt in ipſo quædam non contemnenda obſtructio, quæ eſt variouſus tumor circa teſticulum ſiniſtrum.

2. Corpus habet cacochymicum.

3. Cordis laborat frigore.

4. Refrigeratæ ſunt partes principales, puta epar, ventriculus, renes, teſtes, ex quibus vis generatrix emortua eſt ad rem patranda.

In

In curatione ad quatuor scopos principales attendendum : quique ad amissum obedienter & obsequiosè satisfactum fuerit, patientem nostrum adhuc multorum liberorum parentem futurum, augurabor.

Primò itaque omnium de extirpanda Cacochymia opus est, ut sumus solliciti. Hæc enim nisi ablata fuerit, *εὐχυσία* locum non reperiet. Absente *εὐχυσία* exulabit libido. Nam rectè versus ille rhopalicus :

Luxuriat rarò non benè pasta caro.

Complebimus hunc scopum, si tum humores crudos & adustos qui calorem opprimunt nativum, averruncemus, tum etiam viscera principalia, puta cor, ventriculum, epas, renes, cerebrum pancreaticum confortemus.

Postmodum ad laudabilis sanguinis & seminis generationem introducendam, nostros convertemus oculos. Fiet istud, cibos exhibendo euchymos & faciliè alterabiles seminisque uberrimum proventum producentes, nec non si & testes & vicinas partes obfirmare studeamus.

At vero prostea satagemus, ut ex cibis iis *εὐχυσίαι* καὶ *ἐπὶ πλάττειν* spiritus spermaticos consequantur.

Tandem & specialissimè adhibenda ea, quæ venerem electivè & occulto quodam impetu extimulent. 1. Scop. Compertum est & exploratum, *Φαρμακείαν* καὶ *Προσέτιν* nil quicquam proficere, ni & diætæ sobriè insimul administretur. Catenâ enim quasi quâdam aureâ hæc Medicinæ partes invicem conglutinatae sunt. Propterea hoc ipso in affectu juxta purgantia generalia, cuius nota, non solum in medicamenta deflectendos sciamus oculos, sed & ad diætam.

Hæc verò non nimis simplex esto, neque etiam solum ad concoquendam cacochymiam dirigitor.

Opipera sit insuper & lauta; Nam sine Cerere & Baccho friget Venus.

Quin imò non parum succenseo ego non paucis Medicorum, qui in corpore bonæ spei, vivido adhuc & vegeto, nimis multum temporis & sumtuum in concoquenda & præparanda cacochymia consumunt. In corpore quod dixi, vivido & vegeto, obstacula cacochymiae non quidem breviora, jucundiora tamen, removeatur.

Quapropter post expurgatam primam corporis regionem, dirigentium & præparantium loco cibos nostro patienti propinabimus, qui laudabilem generent sanguinem. Id ubi factum, natura reliquias im-

pur

puritatum superstites expulsa est sua sponte. Sic ergo dum Cacochy-
miam emendamus, primò præmittimus universale purgans: dein cibos
εὐχυμῶ offerimus.

Dico cibos euchymos; ni simul tamen ordinem in pastu servan-
dum. Esto ille talis:

Victus in genere sit calefaciens & humectans flatuosus, hoc est spi-
rituosus, nec tamen exiccans. Differunt enim alias flatus & spiritus.

Juscula concessa; ea tamen quæ è Gallinis excoquantur, variisque
non pinguibus carnibus. Pingua quippe non nutriunt, sed flatus ge-
nerant, cum à natura in substantiam nutrimenti non convertantur: gi-
gnunt inquam flatus, nullos spiritus. Quod si quandoque ad tempe-
rumentum frigidiusculum se procliviorē persentiscat patiens, jusculis pul-
verem cardamomis adjungat. Parentur ea juscula è vino, ovis, croco,
cerevisia & ovis. Ex ciceribus rubris & albis excoquantur brodia, uti
& è pisces, zinzibere conditis. Fiant & contusiones ex amygdalis cum
aqua borraginis; quibus passulæ minores, cinamomum & saccharum
consociari poterit. Consimili planè modo parentur juscula vel emulsa
è pistaciis & nucleis pineis, quibus flos lactis addatur. Conspergantur
hæ ipsa pulvere cinamomi, caryophyllorum. Tandem & flavâ croci
Tinctura inficiantur. Interdum & caponis aqua, modo, qui sequitur,
parata, jusculi locum suppleat.

Gallus nempe decoquatur gallinaceus, vel capo, non tamen ad usque
carnis decidentiam, sed ut adhuc quædam supermaneat cruditas. Caro
quæ melior thoracis, abstrahatur, ut & ossium, rejectâ tamen primò
omnium universâ pingvitudine. Minutim conseindatur hæc universa,
ut dixi, caro: contundatur in mortario, usque in pulmentum abeat.

Postmodum choenix brodii gallinarii affundatur, (cave adsit pingue-
do) transjiciatur per setaccum; colatum saccharo dulcoretur, pulvere nu-
cis moschatae & cinamomi postidea conspergendus.

Panis è generosissimo paratus sit, tritico, benè ad saturitatem exco-
ctus in clibano, recens, cujus etiam massa cum semine anisi sit subacta.

In cibum veniant boves juvenculi, vituli, hædi, porcelli Tro-
jani, agni, lascivæ capellæ, apri, cervi tenelluli, capones, turtures,
pipiones, quæ teste Rhase, calorem nativum roborant, passerres,
horundemque cerebella, reguli, cerebella, variarium avium epata an-
serum, gallinarum.

Hiscæ carnibus benè decoctis addantur passulæ, cybebæ & radices
petroselini: si assentur, caryophyllis, cinamomi, salviâ adornentur.

Acetum acidaque omnia & fercula exiccantia in harum carnum præparatione totaliter proscripta volo. Embammata sint è vino cum zinzibere, cinamomo, caryophyllis, saccharo, speciebus Bertholdi, tragæâ communi, sinapi albo, nasturtio, croco.

Pisces sint sicci, incocti vino, quibus & cinamomum, crocus insperguntur. In formâ fluida si quandoque sumere eosce placet, haud parçâ manu piper inspergendum, polonorum more. Palustres, lacustres, stagnosi, fumoque durati absunt: eliguntur mage, saxatiles qui sint.

Epata luciorum recens captorum, prassii, Amiæ, convenienter huc venirent, sine tamen præpinguibus jusculis.

Ovabit & patiens noster, si ova gallinacea, passerina & perdicum sæpiusculè deglutierit, sed tamen cum pulvere moschi, cinamomi, cardamomi. Lacticia probantur per omnem modum.

Legumina sint Oryza, amygdalata, pistaciæ, rapæ Portfeldenses, napi, ciceres albi, ptisanæ, passulæ, spinachia, mentha cocta, non tamen sine moscho, cinamomo, croco, pipere, ad salivam.

Lactucæ parentur cum oleo amygdalorum recentissimo: sint à scolymo esculento, mentha, floribus bortaginis, lampfana, rapunculis, rapaneolis. Reliqua proferuntur.

Mensæ secundæ habeant confectioes amygdalorum, nucleorum pineorum, pistaciarum, juglandum: juglandes, nuges ponticas, recentes & decorticabiles castaneas, fructus dactylorum, ficus, panem Imperatoris vel biscottum, marcipanem, pyra à muscarum telis, quibus petuntur, perpurgata.

Poma cruda sub esu vino immerguntur, aut pulvere caryophyllorum, cinamomi consperguntur.

In promptu habeas cerevisiam non tenuem, sed tritico largiter imprægnatam, beneque defecatam. Horum sub censum pertinent Torgensis & Servesana. Vinum adsit purum, impermixtum:

In cratere tuo Thetis haud jungenda Lyao:

Svadeo propterea, sit Deus atque Dea.

In usu ergò habeas Falernum, Rheticum, cumprimis vulturinum, Wipacense. Hoc sanè posterius cæteris in hoc affectu palmam si non præripit, tamen ambiguam facit. Bibas quoque claretum, in quo aromatum additio modum non excefferit. Bibas & vinum caryophyllæum.

Helenites & absinthites exulent.

Univerfim tandem de hocce cibo potuque hæ teneantur regulæ. Nunquam uno in prandio fercula numerum Gratiarum excedant. Multitu-

titudo quippe parit nauseam. Cibo etiam & potui modus inhibendus. Nimia enim, quantitate sumtus cibis ventriculum opprimat.

Vinum copiosum non exhilarat, nec ad venerem proclivem facit, sed gravedine infestat cerebrum, somnumque inducit veterno non ab-similem.

2. Scopus. Hic semen sanguisque generandus, partesque prin-cipes roborandæ. E moscho & ambra paratus nodulus perpetim gesse-tur inclusus pixidi, quâ aperta, odor percipi possit ad libitum.

Unguento pectorali demulceatur cordis regio: oleo pectorali illi-nantur carpus, *καρπὸς*, latusque lavum, sed permutatim, cum un-guento pectorali.

Sacculus cordialis singulis diebus cordi applicetur.

Morsuli confortantes, confectio pistaciarum, pineorum quotidie binis sumantur vicibus, sed permutatim, horisque matutinis & pome-ridianis.

E trociscis à me præscriptis manè & vespere excitetur fumus.

Vespere Morsulus saccharinus ad formam vetetri intorti sumatur, ante ingressum lectisternii. Is enim & viscera confortabit, & imagina-tivam consopiram excitabit. Objecta quippe movent sensus. Nomina-ri posset pessarium zaccharinum non ob usum, sed ob externam formam.

ἐκ δ' ὅσων γινώσκται τὸ ἐργῶν.

1. Nodulus ē moscho & ambra.

2. Unguentum pectorale.

Recip. *Ambra liquida* ℥j

Ol. Benzoini ℥j

Extract. spec. aromat. rosat. ℥j

Moschi

Ambra grysee

Cibeci ā. gr. iij

Ol. nucl. mosch. per express. facti ℥vj

Mis. f. unguent.

3. Oleum cordiale.

Recip. *Olei benzoini* ℥β

Ol. cinam.

Lavend. ā. gt. iij

Succini albi ℥β

Ol. croci gt. ij

Ol. rosar. per infus. facti ℥β. *mis.*

4. Sacculus cordialis.

Recip.

Recip. Spec. aromat. rosat.

Diambra

Dionosch. dul.

Diatrim. santal. ā. ℥ij

Lig. aloes ℥j

Flor. rosar.

Lavend. ā. pjs

Fol. meliss. Mj

Moschi gr. iij

Ex incis. cum syndone rubrof. sacculus.

5. Morsuli confortantus.

Recip. Spec. ros. novell.

Diarhod. abbat. ā. 3ß

Magister. perlar.

Corallor. ā. ℥j

Amygd. dul. 3vj

Nucl. pineor.

Pistacior. in aq. ros. macerat. ā. 3ß

Citri condit. & anisi

Rad. eryngii cond. ā. 3v.

Nuc. in lrrd. con.

Zinzib. Chinens. con. ā. 3js

Ol. cinamomi gr. iij

Sachari alb. in aq. ros. dissol. 3vj

F. confect. in Morsulis.

6. Trochisci pro fumo.

Recip. Spec. Diambra

Xiloloes ā. ℥j

Styracis calam ℥ij

Benzoin. ℥j

Flor. lavend.

Macis ā. 3ß

Moschi

Anbra ā. gr. V.

Cum aq. ros. r. Trochisci pro fumo.

5. Trochisci pro fumo.

7. Pessarium zacharinum.

Recip.

Recip. *Cinamomi elect.*

Zinzib. ā. ʒij

Maceris ʒj

Caryophyll.

Nuc. mosch. ā. gr. xv.

Galanga ʒʒ

Incisis crasso modo adde

Amygal. dulc. ʒjs

Pinear. ʒx

Pistacior. excort. ʒj

Fol. quia n. viij

Extracti aromat. ros. ʒj

Ambra gryseæ gr. iij

Sacchori albi in aq. ros. dissol.

F. conf. in Morsulis, qui adhuc calidi formentur & torqueantur ad formam pessarii vel veretri.

3. & 4. Scopus. Hic parti affectæ succurrendum, quod tum manifestâ, tum occultâ virtute agentibus medicamentis peragendum. Idosum verò quaternis modis tentabo.

1. Admovendis. Posteaquam cacochymia corpus liberatum, partesque principales, puta cor & cerebrum, corroboratæ: jam pars affecta b incutem revocanda. Ea autem est putendum, quod tum impositus est, tum & tumore affligitur varicoso.

Impotentia medicamenta opponemus, quæ tum occultâ tum manifestâ agent virtute. Tumorem varicosum oleo & unguento carminativo sequenti discutiemus.

Recip, *Ol. de Sinapi*

De castoreo

De baccis Juniperi ā. ʒiij

Ol. Anisi

Carui ā. gt. x

Zedoaria. gt. iij

Ol. rorismar. sylvestr. ʒʒ

Mis. s. oleum pro scroto.

Recip, *Ol. de castoreo*

De euphorbio ā. ʒij

Amygdal. amar. ʒiij

Ol. anisi destill.

Aaa 3

Cumi-

Cinnam. ā. gr. ʒj

Vini sublimati Eben. ʒvj

Benzoi ʒß

Cibeti gr. iiij

Cera parum f. l. ā. unguentum.

Fiat inunctio manè & vesperi.

Aër vel calidus sit, vel temperatus. Manè & vesperi inungantur plantæ pedum, regio renum, pubes, pedinæ, caputque virgæ. Fia hoc manè & vesperi linimentis sequentibus.

Recip. *Ol. nucl. mosch. express. ʒvj*

Extracti mentha gr. ʒj

Moschi

Cibeti a. gr. v.

Mis. f. linimentum.

Vel Recip. *Extracti mentha gr. v.*

Ol. nuc. mosch. ʒij

Pul. pyrethri

Piper. nigri

Cubeb. ā. ʒß

Seri hircini ʒj

Fellus tauri ʒß

Moschi

Cibeti ā. gr. iiij

Syr. liquid ʒj

Ol. de sinapi ʒij

Mis. f. unguentum

2. Assumendis. Cibi hoc tempore sine bonum succum multumque generantes feminis & sanguinis. Ex horum numero sunt succus carnis, nux Indica, testes gallorum vel vulpium, carnes lustrarum, castoris, polypis ostrearum, pinei nuclei in lacte materaci, castaneæ, fructus dactylorum, sinapi, Eruca, bulbi, pastinacæ, renes scincorum, passer troglodyticus. Parcior sit cœna prandio, aliàs tantum dormitur, veneri vero non invigilatur.

Medicamenta interna omnia sint confortantia & satyricalia.

ELECTUARIUM.

Recip. *Castan. mundat.*

Avellanar. Italicar. ā. ʒj

Amgd. venet,

Pistactor.

Pinear.

Pinear. ā. ʒij

Medulla nucis ind. ʒß

Bulliant in vino malvatico ad perfect. coct. Postea pistatis
add. cinam.

Zinzib. in Ind. cond.

Cubebæ. ā. ʒß

Extract. mentha gr. ʒij

Sem. P. sinac.

Dauci

Eruca

Rapi sylvestr. ā. ʒj

Boleti cervi ʒjs

Boracis ʒj

Priapi Tauri.

Cervi ā. ʒß

Scinci marini circa renes & caudam ʒiij

Rad. satyrion. cond. ʒx

Eryng cond. ʒvj

Moschi

Ambra ā. gr. iij

Cerebell. passer. n. ʒiij

Mell, opt. despumat, vel sacchari albiss. q. s. pro Electuario.

MORSULI.

Recip. Rad. Eryngii cond. satyrion. ā. ʒß

Nuc. in Ind. cond. & inc. s. ʒijs

Nucl. pineor. pistaci r. acellan.

Ital. in aq. cinam. macerat. ā. ʒiij

Sem. pastinac. rap. sylvestr. ā. ʒj

Boleti cervi ʒß

Boracis stync. mar. ā. ʒj

Moschi, ambra ā. gr. iij

Ol. coriand. cinamomi ā. gt. ij

Sach. alb. solut. in aq. rosar. ʒviij f. Conf. in Morsulis.

TABULÆ.

Rec. Rad. cardap. pulv. bolet. cervi. ā. ʒß

Cinam. cubebæ. sem. eruca ā. ʒj

Piperis longi ʒij

Croci gr. V.

Priapi

Priapi Taur. ʒß

Magister. corall. ʒj

Ambra gryf. gr. v.

Sachari alb. solut. in aq. rosar. ʒvj

f. Conf. in rotulus

s. Tabula.

Singulis diebus manè ubi surrexerit, vesperi & post meridiem utatur permutatim Electuario, Morsulis, Tabulis. Pulvis.

Recip. Priapi Tauri ʒß

Sem. cruce

Cinam. elect.

Cubebæ. ʒ. ʒij

Caryophyll.

Nuc. Ind.

Galanga

Piperis longi

Zinzib. alb. ʒ. ʒß

Scanc. mar.

Potentillæ pul.

Test. cervi put. ʒ. ʒj

Margarit. præp. ʒij

Sacch. candi alb. ʒ. ʒiij

Mis. f. pulvis.

Hoc pulvere omnia conspergat fercula pro tolerantia. Quotannis etiam hunc pulverem in usu habeat tempore vernali, & circa Ægidii, quo tempore & cervi petulci lascivire solent.

Circa horam tertiam matutinam sequenti utatur pharmaco. *Recip. Omni aurorâ tres vitellos ovorum. Coq. lento igne cum Malvatici libræ s. misse: in fine coctionis adde Penidior. ʒvij*

Satyrion. pul. ʒj

Macis ʒß

Croc. gr. ij

Mis.

Bibat totum in aurora, & postea dormiat ad libitum.

3. Vacuandis. Modicè evacuatur, ne pro Cypride Copros. Novimus Medicum, qui primario cuidam viro, hosti reconciliato dedit purgans fortius, à quo & valvula seminalis aperta, semperque postea semen exiit, qui vir tandem & marasmo extinctus.

4. Fa-

4. Faciendis. Somnus non excedat modum. In lectisterniis decumbat molliviculis. Exoneret mentem curis : moveat pedes & equitet : sic animo hilari : legat scripta venerea, spectaculaque venerea multoties intueatur.

Atque hæc erant, quæ tum de legitimi coitus forma & modo, tum de impotentia aphrodisia curâ proferre volui. Peracta ea fuerunt à me sine scandulo, debitâ cum modestiâ. Neque sanè scurriles nugas agere soleo apud infirmos, quod quidam faciunt : Memor ego sum illius, quod exiat apud sophoclem : τῷ νοσῶντι ληρεῖν, ἀνδρὶς ἑλὶ σάφρωνος. Faxit DEUS, ut hic noster patiens crescat & multiplicetur.

CONSILIUM LXVI.

IN MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA CUM ALBO FLUORE UTERI, VARIISQUE ACCIDENTIBUS,



Onqueritur honestima matrona de dolore capitis, aurium, tinnitu, vertigine & visus depravatione; similiter quoque de appetitus dejectione atque orificii ventriculi compressione. Præterea quoque fluore albo uterino hætenus fuit correpta, qui à puerperio statim est exorsus, nunc verò temporis paululum cessavit.

Symptomata hæc omnia eò proveniēre, quòd bis foetum mortuum partu exclusit.

Quoniam verò in tam valido ac laborioso parturiginis nixu præter copiosam, quam par fuisset, sanguinis profusionem, uterus magnoperè debilitatus ac refrigeratus fuerit : Idcirco ille & epar, & ventriculus, caput, reliquaque viscera, lege quadam confortii, eadem intemperie affecit.

Cum enim sanguis calorem innatum sustentet, & omnes ac singulas corporis partes nutriat ac roboret, quis dubitabit, ex nimio sanguinis profluvio easdem quoque multum debilitari ac refrigerari, præsertim verò illas, quæ singulari quâdam sympachia cum utero consentiunt, quales sunt caput & ventriculus. Ventriculo itaque hæc ratione debilitato ac refrigerato, succus alimentalis non perfectè coctus, in crudum ac pituitosum excrementum transit, ità ut epar imbecillius crudum istum succum non laudabilem in sanguinem, sed in pituitosum hu-

morem convertere cogatur, qui uterum refrigeratum magis lubricum & impurum reddit sicque collectus, more fluoris albi muliebris fluit, interdum antè interdum post menstruam purgationem, quippè cum ad nutritionem minimè sit idoneus, pedetentim ex matrice profluit, qui que calorem naturalem interdum adeò mutat, ut loco sanguinis humor albus, pituitosus, viscidus ac lentus, (prout in venæsectione aliquoties nobis videre licuit) exeat.

Partim verò epar hujuscemodi succos crudos, lentos & viscidos ad caput & cætera membra mittit, qui tamen minimè corpus nutrire possunt, sed plerumque in frigida & mucosa excrementa transeunt.

Hinc innumerae prodeunt defluxiones & catharri, dolores capitis non contemnendi, qui que tantò magis exacerbantur quantò plures vapores frigidiusculi ex utero & ventriculo adscendunt, caput petunt, & vehementer replent. Et quod magis est, hujusmodi vapores frigidi sæpè ad oculos perveniunt, illosque micantes reddunt. Quo altius autem tales vapores exsurgunt, tantò validius tinnitum aurium & vertiginem proritant, & quando ventriculus (ut paulò antè monui) coctionem non rectè absolvit, succus alimentalis paulò crassior & tenacior in venis mesaraicis ad epar & lienem tendentibus hære, ibidem incalescere & acescere solet, e quibus postea acris acidus ac tenebricosus vapor iursum vergit, qui si orificium ventriculi tangit, nauseam & inappetentiam mover, si verò ad pulmones com meat, anhelitus difficultatem & pectoris angustiam procreat, si cor aggreditur, palpitationem ac tremorem ejusdem excitat, nonnunquam etiam lypothymiam. Si per fauces transit & linguam tangit, loquelam impedit: si altius pergit, cerebrum perturbat, dolores in fronte, maxillis, cervice dorso ac ossesacro mover, ita ut quandoque non surgere sed fellæ affixi sedere cogantur. Accidunt quandoque & alia symptomata, de quibus satis superque egimus in consiliis de melancholia hypochondriaca, hisque potissimum de illis locuti sumus, de quibus conquesta est nostra patiens.

Si itaque præsentī malo occurrere velimus, necessarium erit, uterum ob nimiam hæmorrhagiam & partum tristem ac monstrosū maximè refrigeratum ac debilitatum, summo studio calefacere & ad statum pristinum reducere, quippè qui cum reliquis corporis membris frigiditatem suam communicavit, & etiamnum communicat.

Cum igitur non solum uterus, sed & reliquæ corporis partes humore frigido, viscido & lento scaturiant, primò omnium humor iste digerendus concoquendus ac per idonea, Remedia educendus venit quo

quo peracto absque ulla capitis molestia per balnea & alia ad id nata apta medicamina matrix ad pristinam temperiem reduci nequit, si verò matricis calefactionem, ante universalem hujus excrementitii humoris evacuationem nosmet tenere velimus, non saltem Æthiopem lavaremus, sed etiam frigidiusculorum istorum humorum conturbatione, cephalalgia & aliorum gravissimorum symptomatum promotores extaremus.

Nullus autem dubito, quin honestissima hæc matrona exoptatam sanitatem sit recuperatura, si medicamentis præscriptis cum indubitata in Deum primò, dein & in medicum confidentiâ (quo interdum, Avicenna attestante, plus valet, quam Medicus cum omnibus suis medicinis) sequenti modo utatur.

Primum igitur pillulas A. deglutiat omnes, cum syrupo melissæ vel alio convenienti vehiculo.

Posteà herbas B. coquat in cantharo uno vel altero cerevisiæ benè defœcata, sinat refrigerare per se in cella, colet, colaturæ per duos dies manè ac vesperi uncias quinque vel sex capiat.

Die sequenti pulvere C. utatur in jure cicerum rubeorum cum croco & guttulis duabus olei cinamomi misto. Post de herbis iterum bibat per biduum, rursus utatur pulvere: Tertiò de herbis bibat ut antea, & iterum pulvisculum sumat.

Si post usum horum medicamentorum alvus fuerit constipata, utatur clystere D. alvum laxaturo & matricem calefacturo.

Sæpius me herclê hoc utendum, ita namque capitis dolor aliaque symptomata lenientur multum. Rotulas E. usurpet singulis auroris & vesperis: pro dosi una quinque vel sex sufficient. His peractis status sui certiore me faciat & ordinabo postea balneum ad uterum, aliaque multa, quæ videbuntur necessaria, usurpanda.

De virtus ratione nihil moneo, quippe cum ea antè patienti ipsi optime sit nota, & ab aliis etiam sufficienter præscripta.

SEQUUNTUR RECEPTÆ.

Recip. *Mass. pill. cochiar.* ℥j

De hiera cum agar. 3℥

Assajereth ℥ss

Dacryd. gr. j

Cum aq. cinamomi f. pill. n. xxj.

S. Villen. A.

Bbb 2

Recip,

Recip. Rad. aristolachiae rot. vera ʒiij

Diptami albi ʒß

Zedoar. ʒij

Cichorii ʒj

Rad. pentaphylli

Pæonia ā. ʒiij

Fœniculi

Asparagi ā. ʒij

Cort. rad. Thamaris.

Fraxini ā. ʒs

Sem. dauci ʒij

Pæon. ʒjs

Herb. matricar.

Melissa

Origani

Ceterach.

Agrimoni.

Flor. stæchad. Arab. ā. Mj

Cichorii Mjs

Conquassata dentur ad chartam.

S. Kräuter B.

Recip. Turbith. albiss. & gum. ʒß

Rhab. inter. & opt. ʒj

Dacryd. gr. ij

Cassia lignea ʒß

Pulveriscentur subtilissimè.

S. Pulver C.

Recip. Ligni sassafras pulverisati & ligati in peti. ʒij

Herb. matricar.

Melissa

Mercurialis ā. Mjs

Fol. lauri Mß

Coq. in s. q. aq. pro ʒij

Colatura Recip. ʒxj

Mell. ros. col. ʒjs

Mis. f. Enema.

S. Clystier D.

Recip. Spec. diamargarit. calid. Avic. ℥v

Diambra ʒß

Diarrhod. Abbat.

Aromat. ros. S. moscho ā. ʒj

Ol. caryophyll. gt. iij

Macis destill. gt. ij

Sachari albiss. sol. in aq. melissa ʒiij

℞. confectio in rotulis.

S. Röchlein E.

CONSILIUM LXVIII.

IN IMPOTENTIA DECUMBENDI, DOLORE STOMACHI, UTERI INFLATIONE ET FLUORE ALBORUM MENSIIUM IMMODICO.

Postquam Nobilissima matrona ingentes inflationes ventriculi, cum gravissimis utriusque lateris doloribus persenscat, ita ut in neutrum latus tutò decumbere possit, insuper uterus adeò sæpè protuberet, ut non rarò se gravidam falsò putet, (quando enim menses, ut plerunque accidit cum magno impetu distensione ac compressione erumpunt, tumor statim cedit) & factà purgatione menstrua, ferè quotidie humor pituitosus viscidus ac lentus utero effluat, certum est, hæc omnia fieri ex inæquali complexione dictarum partium, frigidum scil. crudum, partim etiam adustum lividumque sanguinem ex cibis etiam laudabilibus generantium. Ventriculi enim œconomia labefactatâ, jecur sanguinem bonum producere nequit, cum præsertim obstructum id sit & turgidum.

Lien autem sanguinem illum adustum non sufficienter attrahit, prout ille hic est dispositus, sed venis remittit, unde singulis mensibus mixtio malorum humorum in uterum decumbit: qui crassi lenti & frigidi cum sint, in venas justè illabi nequeunt, unde tormina, dolor & compressio oriuntur, uterus quoque magis inde frigescit, inflat onique ac albo fluori obnoxius redditur: Cujus mali postea ventriculus quoque fit particeps, ob frigidos scil. humores in eum restagnantes, quibus ita vexatur, ut cibos ingestos non perfectè concoquere, sed in serosos humores, flatibus procreandis apuissimos convertere cogatur, unde infla-

tio ventriculi non sine dolore, hincque epatis ac lienis ab eadem compressio, horumque viscerum effervescencia, à qua vapores pravi non solum caput, sed & thoracem petentes, tremoremque cordis cum asthma procreantes, linguam vellicantes, loquelam impediētes, oculi caliginem subfundentes capitique vertiginem adportantes, aliasque infinitas, tanquam ex lerna palude hydras producentes.

Si igitur nobilissima matrona de tot & tantis hostibus victoriam reportare velit, sequentibus armis illos invadat, oportet.

Primò itaque utatur catapotis A. manè circa horam 7. jejunando ad 10. mōx nodulum B. præparet, ut optimè novit.

Hic obstructiones epatis pariter ac lienis aperiet, crudosque evacuat humores. Ubi 2. dies de nodulo biberit, tertio die quiescat, & hora nona antemeridiana medianam brachi sinistri aperiat, usque sex uncia sanguinis effluerint, sequentibus diebus iterum de nodulo bibat ad consumptionem superfusi, inde rursus per diem integrum quiescat, & sequenti die manè hora sexta pilulas M. deglutiat, atque ad 10. jejundet.

Reliquis diebus singulis manè lectum egressa quinque rotulas D. comedat. Post spongiâ tepidè dextrum latus super epate per semihorulam foveat, fotu ex herbis lit. E. notatis, locumque abstersum unguento G. calidè inungat duplici linteolo superposito, similiter faciat cum herbis F. & unguento H. in latere sinistro. Notandum tamen quod in fotu ex herbis F. chalybs ignitus septies sit extinguendus, unciaque acetii rosacei tres addendæ. Fotus autem uterque, & inunctio bis in die usurpandus, manè hora 7. & à prandio h. 3. quinque tamen rotulis semper prius comestis.

Hiscè usurpatis & mensibus iterum egressis per biduum ab omnibus medicamentis abstineat. Tertiâ verò aurora utatur pulvere lit. I. signato in jure cicerum rubeorum calido, jejundet usque ad decimam, sicque uterus peculiariter à fluida viscida & alba materia expurgabitur.

Postmodum uteri gratiâ balneo ex herbis K. & aqua simplici parato utatur, continuetque hoc balneum per octiduum, & quidem bis de die, mane scil. hora 7. vesperti tertiâ, balneum egressa quiescat in lecto calido, sudore erumpente mediocriter & pro libitu sudet, absterfa vestiatur, & pedes ab externo frigore providè muniat. Demum in sella conveniendi collocetur, cui supponat prunas ardentes, immittatque unum de trociscis L. fumumque uterum permeare sinat. Suffitu hoc aliquoties facto, usum rotularum D. rursus aggrediatur, sicque finem usui medicamentorum feliciter imponat.

Toto autem hoc tempore temperanter vivat, & diætã puerperam
mitetur, abstineat à cibis duris & concoctu difficilibus, bibat ce-
am multo lupulo vel lingua cervina conditam & vinum rhenanum
rum, vitet aërem frigidum ac pluviosum, similiter iracundiam ac
terrorem, & divina favente gratiã pristinã sanitati restituetur.

Recip. Mass. pill. de kiera c. agar. ℥ij

De aloe & mastic. ℥j

Diagryd. gr. js

Cum aq. cinamomi s. pill. n. xxj

S. Pilule A.

Recip. Rad. dictam. albi ℥ij

Calami arom. ℥js

Aristoloch. rotunda ℥ss

Valeriana ℥ij

Leristi. i ℥ss

Rub. tinctor. ℥ij

Cort. rad. Thamaris. 3vj

Sem. citri ℥js

Dau. i ℥iiij

Plantag. ℥j

Rhabarb. optimi ℥js

Spica ℥j

Agarici troisc. ℥ij

Fol. Senna S. stipitib. ℥ij

Epithymj cret. ℥j

Herb. ceterach.

Spicanth.

Agrimon.

Melisse

Masticar.

Puleg. ā. Mss

Adiantki nigri

Capill. Vener.

Cichorii ā. Mss

Pulverisata ligentur in nodulo facto ex panno lineo albo
duplici, S. Nodulus B.

Recip. Cort. rad. helleb. nig. styriaci preparati ℥ij

Caryophyllor. ℥ij

Turbith. alb. ℥ij

Mss.

Mis. f. pulvis ligatus in nodulo.

S. Nodulus C.

Recip. Spec. diuarg. calid. ʒss

Diacinam diacymini, diuisi ā. ʒij

Arom. ros. gr. xv. troc. de cappar. ʒss

Derhabarb. gr. xv. diarhod. Abb. ʒss

Ol. caryophyl. gt. vj. Sachari alb.

Soluti in aq. cichor. & meliss. ʒiiij

F. conf. in rotulis.

S. Rotula confectiois D.

Recip. Rad. malva & herb. ejusdem ā. Mj

Flor. chamomel. rosar. rub. ā. Mss.

Herb. absynth. Mjs. Incisa dentur ad chartam.

S. Herba E.

Recip. Rad. Helenii, cucum. asini i ā. ʒv

Malva ʒj. cort. rad. thamaris. fraxini ā. ʒss

Fic. ping. n. ij

Sem. agni casti, plantag. ā. ʒiiij

Herb. puleg. Mj. ruta Mss

Ceterach. spicanth. ling. cerv. ā. piij

Fol. Senna Mjs

Flor. chamomel. Mj

Melilot. S. aneth. ā. Mss. Incisa & conquassata dentur ad chartam.

S. Herba F.

Recip. Ol. nardini, de absynth. chamomel ā. ʒss

Ungt. rosar. ʒij

Flor. chamomel. absynth. sicc.

Pulveris ā. ʒss.

Rosar. rub. ʒss

Ceraparum f. linsen.

S. Unguentum G.

Recip. Bdellii, ammoniaci. oppopanac. serapin. ā. ʒss
in aceto scyllit. dissolut.

Ol. amigd. dul. axung. porc. ā. ʒviij

Rad. cyclam. ʒjs

Centaurii min. ʒss

Agarici pulv. ʒij

Cort. rad. helleb. nig. ʒjs

Ol. de cappar. rutk. aneth. ā. ʒʒ

Vini sublimati ʒj

Bulliant parum & adjecto modico cera f. linimentis.

S. Unguentum H.

Recip. Turbith. alb. ʒij

Rhabarb. opt. ʒi

Mis. f. pul. S. Pulvis. I.

*Recip. Rad. valerian. petrosel. ā. lbj. consolida
majoris lbʒ*

Artemisie, savina, betonica, meliss.

nepet. origani ā. Miiij

Flor. chamomel. melilot.

Fol. lauri ā. Miiij

Sem. anisi, carui, cymini, anethi. ā. ʒjs

Fœn gr. ʒijs. ros. rub. Mij

Incisa & contusa dentur ad sportulam.

S. Herba K.

Recip. Gallie moscat. alipt. mosc. ā. ʒj

Nuc. mosch. spicenard. caryoph. ā. ʒis

Laudani, mastice

Olibani, myrrha ā. ʒij

Dissolut. gummatib. in vino & additis

pulverib. aliis f. Troscici pond. ʒj

S. Troscici fumigales L.

Recip. Mass. pill. aggregat. ʒij

Ammoniacy in aceto scyllitico dissol. gr. xvij

Cum pul. ceterach. f. pill. n. xxj

S. Pilula M.

CONSILIVM LXIIX.

CONTINENS INTERROGATORIA IN SUSPECTA UTERI DISLOCATIONE.



Obilissime Vir, contendis à me magnoperè, ut medicamen-
ta è pharmacopolio nostro tibi mittam, quibus carissima
uxor tua utatur in uteri furore vel dislocatione.

Atqui cum postulata mulierum à maritis plerunque

Ccc

fint

sint vel fallacia vel captiosa vel denique ἀπλολογητὰ & irrationalia, sit ut Medici iis faciliè credentes, facilius decipiantur: ex pudore etiam nimio & nocivo, qui honestissimæ tuæ uxori, primâ ab origine connatus esse videtur, pro affectu vero dissimulato, falsus simulatur alius.

Cum itaque honesto cuilibet Medico cavendum sedulo, ne sordidiæ ipsi aspergatur labes: cum etiam necessario curationem morbi præcedat cognitio, juxtâ illud Galeni: quantum quisque in cognitione morbi fallitur, tantum in medendo errabit: Consultissimum erit, ut ad sequentia prius mihi respondeat interrogatoria. Id ubi ab eâ factum, quid à me factu opus, dispiciam.

1.

An menses fluant ritè, justâ quantitate & terminis Lunationum jam ante solitis & consuetis?

2.

Nunquid biduò antequam menses effluant, vel etiam biduò post, materia quædam effluat alba, aquea & mucilaginosa?

3.

An effluvium illud aqueum & mucilaginofum tempore sit mutatum quantitate?

4.

An materia mensium naturali colore sit prædita vel non?

5.

Nunquid uterus ipsi ante vel post mensus intumescat?

6.

Nunquid ante mensium tempus tormina persentiscat circa uterum, peritonæum & alterutrum latus.

7.

Nunquid uterus interdum feratur sursum, vel alias sit immobilis & inconstans & inquietus, & uno in alterum devolvatur quasi locum, nec ne?

Numne insuper uterus versus inguina feratur cum periculo excidentiarum torminibus & compressionibus: An verò tandem spinam versus uterum devolvi sentiat?

8.

Nunquid compressiones & molestias percipiat ventriculi: uti & an ventriculi appetitus benè se habeat.

9. Nun-

9.

Nunquid persentiscat, verticem capitis infrigidari, à quo & gravedines vertiginesque subsequantur.

10.

An non & ventriculum quandoque sursum ferri, & trunci ad modum in gulam intrudi cum suffocationis periculo animadvertat.

11.

In hypochondrione dextro anverò sinistro numne tumores interdum instar colliculi alicujus deprehendat.

Hæc Medicum curaturum scire oportet, non solum propter morbi quidditatem, sed & ejusdem causas. Ad hæc si categoricè mihi responsum fuerit, libenter quantum in me faciam.

*POTENTISSIMÆ QUÆDAM MEDICINÆ IN UTERI
DISLOCATIONE.*

E Tribus staminibus filamentorum communium paretur lixivium, modo quo dixi alibi. Ea in lixivio cocta, eximantur, conspergantur pulvere caryophyllorum, matricariæ &c. Ex his unum stamen superponatur margini vasis illius, in quo calidum est lixivium, & huic infideat. Alterum Perinæo applicetur, tertium lateri tumido, vel dorso, prout necessitas efflagitarit.

Consimiliter cucurbitâ siccâ vitreâ prægrandi, cui stuppa succensa sit, maximâ cum utilitate & admiratione uterus ad locum compententem retrahitur. Inter easce autem actiones permutatim & perpetuo dentur Morfuli, Electuaria & confectiones, tum morbo huic appropriata, tum verò & conceptum juvantia, qualia sunt Extractum Artemisiæ, sanæmundæ, Eryngii, factum cum vino rubro. Morfuli item è coagulo leporis. Interim non negligantur quæ requirit Methodus.

CONSILIUM LXIX.
IN DISLOCATIONE UTERI.



Onflictabatur Nobilis quædam Matrona dislocatione uteri truculentâ & formidabili. Hæc sequentibus præfidiis usa, citò, tutò, & jucundè exoptatæ restituta fuit sanitati, utero simul ad moderatam temperiem perducto, eisdemque foecunditate conciliatâ. Juxta autem medicamentorum jam

subscribendorum jusum, adhibitæ quoque summâ diligentia fuerunt fermentationes illæ per stamina filamentorum crudorum, cum pulvere seminis carui & caryophyllorum aromaticorum, de quibus copiosè à nobis alibi.

Recip. Mass. pill. de hiera c. agar. ℥ij

Aggregat. ℥j

Dacrydi. gr. j.

Cum aq. cinamomi f. pill. n. xxj

S. Pilula A.

Recip. Rad. Valeriana ℥iij

Aristoloch. rotunda ℥ij

Fœniculi ℥ss

Cort. rad. cappar.

Thamarisc.

Fraxini ā. ℥iij

Rad. Zedoaria ℥j

Sem. aquileg. ℥j

Dauci ℥j

Ling. avus ℥js

Rhabarb. interioris & opt. ℥ij

Spica ℥j

Agarici trocisc. ℥ijs

Fol. senna ℥ij

Epithymi cret. ℥j

Herb. betonica

Calamenth.

Pulegia

Ceterach.

Spicanth.

Agrimon. ā. Mss

Melisse

Matricar.

Cichor. ā. Mj

Pulverisata omnia ligentur in sacculo facto ex panno lineo duplici.

S. Nodulus B.

Recip. Turbith. alb. & gumm. ℥js

Cort. rad. elleb. nig. styr. præp. ℥ijs

Caryophyll. ℥ij

*Pulverisati ligentur in nodulo facto ex
linteo duplici*

S. Nodulus C.

Recip. Turbith. albiss. ʒß

Rhabarbari opz ʒjs

Zinziber. ʒß

Mis. f. Pulvis.

S. Pulvis D.

Recip. Troisc. de rhabarbaro ʒij

De capparib. ʒjs

Spec. aromat. rosar.

Dianisi ā. ʒß

Margarit. preparat. ʒß

Caryophyll. minutim cisor. ʒj

Sacchari albiss. solut. in aq. scolopend. ʒiijs

Cum gt. vj ol. macis destillat.

F. Conf. in rotulis.

S. Rosule E.

Recip. Ol. chamomel ʒß

De absinth. ʒj

Mis. S. Limimentum F.

Recip. Ol. de capparib. ʒvi

Chamomelin. ʒß

Laurini ʒiij

Mis. S. Limimentum G.

CONSILIVM LXX.

IN UTERO MALE DISPOSITO ET
PRO RATIONE DISLOCATIONIS VA-
RIA SYMPTOMATA EXCITANTE.

Superioribus diebus N. N. uxori tuæ lectissimæ coram signi-
ficavi, illam matricem habere planè inquietam & pessimè
dispositam, quæ rarissimè in situ permaneat naturali, sed
facillimè de loco in locum moveatur, unde & sympto-
ma, de quibus conqueritur, suboriantur. Quod autem matrix ip-
sius

fius toties hūc & illuc fluctuet, fit partim ratione ligamentorum, quod humidiora ac laxiora quam par est, sunt reddita, partim quod uterum nimiam pituitæ copia sit gravatus, sicque gravior factus facillime anteforsum ad ossa pubis vel dextrorsum & sinistrorsum ad coxas, vel retrorsum ad os sacrum reclinat ac decumbit, & pro ratione decubitus, varios causat affectus, quemadmodum quoque si sursum adscendit, multa ac terribilia symptomata excitat.

Pro sublevatione igitur hujus mali utatur primò pilulis A. cum vino vel cerevisia jejuset ad decimam. Herbas verò B. in linteolo collectas coquat in olla nova cum quatuor libris cerevisiæ ad medietatem, dein singulis auroris lectum egressa & vesperti h. 3. calidè de hac portione ebibat cochlearia quatuor vel quinque, jejuset ad consuetum tempus, & pergat usque ad consumptionem cerevisiæ. Sequenti mane hauriat pulverem C. in jure cicerum rubeorum, jejuset ad decimam. Jus cicerum paratur, si aqua ad eos affundatur, bulliant dum dehiscant, postea adjice fragmenta cinamomi, bulliant iterum & colentur, pulveris hic electivè purgabit uterum. Sequentibus diebus manè h. 7. vesperti h. 3. comedat unum ex morsulis D. pergat dum durant. Quod autem uterus suum occupet locum, patiens nostra ante usum morsulorum sequenti fomentatione uti, mox unam eorumpem comedere debet. Accipiat tria stamina filorum crudorum: conspergat quodlibet stamentum pulvere caryophyllorum & seminis carui, pro quolibet consuescit juslibet drachmas duas, addat sufficientem quantitatem cineris, affundat aquam, sufficienter coquat, sicque fomentum paret, quod in vas quercinum mittat, ipsa supersedeat, & unum stamentum sub pudenda reliqua verò duo stamina prope pudenda circa utramque coxam statuat, sicque uterum hujusmodi filamentis præparatis optimè coaperiat, idem per ostiduum continuet, incipiat à quadrante horæ, pergat ad dimidiam, desinat ad integram, si aqua fomentatoria nimis refrigeretur, poterit calefieri filicum vel laterum tribus portiunculis ignitis, totum vel corpus benè vestiatur & cooperiatur, ne vapores caput petant, dolores excitent.

Dein quiescat in stragulo, licet etiam sudorem percipiat. Postmodò utatur Morsulis dictis, & pedes ac crura à frigore factis fotionibus defendat, diætamque puerperarum imitetur. Et ut eò melius maneat in locum regrediatur suum, Emplastrum E. sub umbilicum ponat, quod uterum in loco suo naturali dubio procul retinebit. Ne etiam levissima causa ipsamet uterus fiat inquietus, radices levistici, ut & oleum seu l.

succini semper ad manus habeat, hæc enim medicamenta ut
atoria nunquam negligere debet.

Recip. *Mass. pilular benedict.*

Aggregat. ā. ʒß

De hiera c. agarico ʒij

Diagryd. gr. j.

Cum aq. arthemisia f. pill. n. xxj

S. Pilula A.

Recip. *Rad. dictum. albi valeriana ā. ʒij*

Levistic. aristoloch. rot. ā. ʒiij

Cichorii ʒj

Sem. paon. ʒiij

Herb. cichorii

Endivia

Ceterach

Pulegii

Melissa

Matricarie ā. Mß

Beton. Mj

Dentur incisa ad chartam.

S. Herba B.

Recip. *Turbith. alb. & gummosi ʒß*

Rhabarb. ʒj

Caryophyllor. ʒß

Mis. f. pulvis.

S. Pulver. C.

Recip. *Caryophyllor. ʒjs. cinamomi ʒij*

Spec. diamargarit. calid. ʒj

Rad. eryngii cond. & incis. ʒß

Extracti zedoar. gr. vij

Conser. anthos ʒiij

Melissa ʒij

Sach. alb. sol. in aq. melissa q. s.

F. Conf. in morsulis aromatiss. gut.

6. olei Macis.

S. Morsuli. D.

Recip. *Galbani in aceto dissoluti ʒx*

Gum. Tacamach. ʒijs

Bdellii ʒiij

Myrr.

*Myrrha 3j**Syrac. liquid. 3ij**Pul. Artemis.**Scarlea ā 3j**Ol. rutacei & cera ā. q. s.**F. Ceratum de quo q. s. extendatur supra corium rotundum latum dig. 6. & sindone obductum intersuatur. S. Emplastrum. E.*

CONSILIUM LXXI.

IN ARTHRITIDE, CALCULO, ET
MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA
EX OBSTRUCTO SPLENE.

Tatus morbi, quo Dominus æger quàm diutissimè affligitur, hic est. Sæpius per intervalla tamen, nunc Podagrâ, nunc Cheitagrâ, interdum etiam arthritide verâ, affligitur: cujus sanè doloris & tumoris potissima causa esse solet flatus, quamvis etiam interdum utraque fiat ab affluxu materiæ alicujus, maximè pituitosæ. Corripitur etiam interdum Nephritide ita ut calculos aliquoties cum urina excreverit, & multos & satis magnos, absque magna tamen difficultate. Accedit his malis & hoc, quod propter lienis obstructionem hæmorrhoides consveto tempore sanguinem superfluum non extillent, qui satis sit pro imminuenda hâc plethora. Præter hæc verò omnia, æger quotidie cum flatibus multum habet negotii, adeò ut ex levi obstructione alvi, multum compressionis circa diaphragmatis & ventriculi regionem sæpè sæpius sentiat, nec non etiam capitis gravitatem, vertiginem aliquam, si quando eò ex corporis erectione aliâve commotione, quæ modica non est, rapiuntur. Undè fit, ut ferè semper decumbere cogatur æger, & ab omni etiam lectione librorum abstinere, qui tamen alias in perlegendis libris bonis totus est, & occupatur libentissimè.

Ex historia, quæ commemoratur, animadverto temperamentum integerrimi viri esse frigidum & humidum, in quo abundant multi humores serosi & pituitosi, qui faciliè resolvuntur in flatus & dolores arthriticos, & nonnunquam podagram & cheiragram excitant: quibus additur & calculus renum. Quæ affectiones omnes ad commune

tem.

temperamentum totius referuntur : habent enim inter se communione[m] cacochymia[e], orta ex intemperie frigida & humidâ viscerum. Ubi enim vitium primæ coctionis in promptu est, quemadmodum ex copia flatuum patet, non est dubitandum de alteratrice ventriculi imbecillia : quâ præsentē consequens est secundam coctionem non minus convenienter & debite quam primam fieri, & deinceps pro nutrimento partibus alendis humorem excrementitium & ad nutriendum non idoneum transmitti : & hinc materiam defluxionum ad articulos & rennes pro generatione calculi per venas devehi : paroxysmos hujusmodi tantò frequentius repeti, quanto cacochymia pituitosa plethoræ propius accedit, & robur naturæ firmitus est, ad materiam copia & qualitate gravantem aut per certa intervalla temporum anni ; (quod annotandum etiam in historia cuperem) aut continua fluxione, ad articulos & rennes in falsu quotidiano paulatim & sensim facto propellendi.

Commemorantur præter hæc etiam alia symptomata, videlicet flatuum copia circa ventriculum & ex his diaphragmatis compressum & alvi durities, cum vertigine & capitis gravitate : Quæ cum non sequantur temperamentum totius, sed potius ex parte male affectâ originem ducant, idcirco peculiarem considerationem requirunt.

Certum autem est partem affectam in hac symptomatum congerie esse hypochondria, & affectum istum hypochondriacum inde rectè & verè appellari. Fit autem hypochondriaca, sive Melancholia mirachialis seu flatulenta, quotiescunque ventriculi coctrice tabefactata propter externum errorem, multa cruda pituita generatur : quæ calore venarum mesaraicarum (sive ad hepar, sive lienis substantiam pertinentium) similiter ex causa externa, pulsquàm ex usu naturæ est aucto, impeditur, quo minus & ut decet, mox ad epar & splenem attracta transeat, sed in ipsis hæreat, ibique lentescat & ace scat, partim cale scat & inflatus convertatur.

Et cum talis pituita non sit simplex & pura, sed pro ratione ingestorum mixta, fit ut multum melancholici succi pituitæ permixtum duo nobis mala producat : primum flatus hypochondriacos, nam tenuis pituita & serum humoris melancholici minera esse solent flatulentia : Deinde vertiginem & capitis non quidem gravitatem perfectam (quæ ex copiâ humorum proficiscitur) sed capitis ad agendum quasi inhabitatem.

Et si enim caput repletur & gravius afficiatur, tamen ea repletio potius ex vapore quam humore originem ducit. Quo fit, ut modò hi-

lariori animo & capite minus affecto æger nonnunquam sese sentiat: interdum verò magis, scilicet pro coctione ventriculi felicius & expeditus peractâ. Nam in hypochondriaca propter obstructionem hypochondriorum faciam est calore venarum meseraicarum, ut supra monui materia partim est calida & acris, partim acida & adstringens. Calida ex victu & calore venarum meseraicarum, adstringens & acida ob cruditatem ventriculi & mixtionem succi melancholici. Talis materia, cum à calore tum partis, tum totius continenter subigatur, sursum mittit vapores similes quidem, sed tamen omnes paulò crassiores, subastringentes, acres, nebulosos, obscuros, & partim frigidos partim calidos: hi delati ad diaphragma & pulmones difficultatem quandam respirationis, ad asperam arteriam, leviusculam quandam interceptionem aëris, ad linguæ radicis veluti motum ad loquelam formandam, impeditum: propulsi verò ad cor, palpitationem quandam, eamque graviolem, quantum crassiores sunt; ad cerebrum verò vertiginem, quantum sunt copiosiores: metum aut melancholiam, quantum obscuriores sunt, & magis nebulosi, exuscitant. Gravitationem verò, quam potius inhabilitatem ad agendum nominare volui, huiusmodi vapores producant, quando perpetuò exhalant, & qualitate suâ cerebrum percellunt, & leviter replent: seu potius, ut post ebrietatem fieri solet ex crapula, quæ saltem calidis furnis capiti molesta esse nonnullis solet, adstringendo & quasi convellendo panniculos cerebri & partes nervosas, afficiunt, & quasi vertiginem minantur. Quæ tamen omnia cibo assumpto maximâ ex parte sopiuntur & post tres vel quatuor horas reviviscunt & denuò afficiunt.

Ex quibus hunc in modum planum evadit in integerrimo viro facultatem alteratricem tam in ventriculo quam in epate, esse causam cacochymix pituitosæ, & ex parte, quemadmodum ex Melancholia hypochondriaca conijcere licet, melancholicæ, Hypochondriacam verò esse morbum in viâ propter obstructionem in venis meseraicis: & in alterata qualitate ob errorem externum ortum à causa partim externa, illa quidem ex victu hæc ex labefactata alteratrice ventriculi generantis humores crudos, & venis sua caliditate chylum, quo minus debite transeat, impredientibus.

Quibus si salubriter mederi velimus, necesse est talia remedia, ut applicemus, quæ ventriculi & epatis intemperiem alterent, & calorem pristinum debite quoad ejus fieri poterit, restituant: deinde venas meseraicas temperatis remediis aperiant & materiam crassam & lentam detergant, & venas insuper temperatè refrigerent. & calorem in illis

præternaturalem sopiant. Id si fiat minus materiæ generabitur producendis fluxionibus ad partes supra commemoratas & ab calculum renalem, qui quod ad materiam attinet etiam ex genere fluxionum est, generandum: obstructioque in hypochondriis, quæ tantò est pertinacior, quantò splen succum melancholicum ignavius & insufficientius attrahit: & auferetur etiam vertigo & quicquid gravitatis capiti molestiam adfert, evanescent. Non volui hic splenis imbecilitatis mentionem facere, quod Dominus patiens illum non durum scribat, nec symptomata, quorum in historia mentio fit, talia sint tonum splenis vehementer læsum colligere possim: sed potius in ea sim opinione, humoris melancholici attractionem in venis mæsaraicis ob venarum mæsaraicarum calorem & obstructionem impediri; & inde etiam hæmorrhoides tardius & parcius, inordinatiusque fluere.

Hic scopis utrum satisfacere possimus, vir optimus est sollicitus. Nam cum medicamenta contrariis qualitatibus prædita requirantur, facile cuivis obvium esse potest, non sine magno labore id præstari posse & fateor: non tamen sunt impossibiles: quod medicamenta, quæ id præstare possunt nobis in promptu sint: & æger ad tantum malum propellendum nobiscum conspiret.

Quod igitur ad medicamenta attinet: necesse est fieri evacuationem totius per ea, quæ humores serosos, pituitosos & melancholicos adustos sine calefactione ex toto habitu educant. Id quod præstare soleo evacuatis primum viis communibus per bolum factum ex Electuarii Lenitivi 3x Spec. Episcopi ʒij, exhibitum duabus horis ante prandium; deinde tali nodulo:

Recip. Cort. Thamaris.

Fraxini ʒ. ʒss

Rad. cichorii ʒij

Pæon. ʒij

Sem. dauci

Aquilegia ʒ. ʒj

Gran. alkekengi ʒij

Herb. ceterach.

Lingua cervina

Spicanthi ʒ Mss

Agrimosa.

Pulegii ʒ. ʒj

Betonica Ms

D d d 2

Cicho-

Cichorii Mj
Agarici trociscati ʒvj
Rhabarb. opt. ʒj
Fol. senna ʒj
Hermadaetyl ʒj
Epithymi cretici ʒj

Pulverisata ligentur in nodulo facto ex syndone duplici, qui in fictili vase infundatur in vino (quod in hoc casu prætulerim) vel cerevisia clara & pura, ad quantitatem tantam, ut quatuor digitis aut quinque saccus submergatur: postquam per noctem in infusione steterint, manè exprimo fortiter circa horam sextam, & interum repono: ante decimam denuò exprimo, & quando patiens prandere cepit, prandiumque eâ mediocritate peregit, ut primum haustum requirat, exhibeo ille separatim defusum ex sacco satis magnum haustum, quem peragit ita ut bonum haustum bibisse affirmare possit: quod ex defusò superest, iterum sacco affundo: post haustum verò illum jubeo statim vel vini vel cerevisiæ haustum superbibere, ut sapor abominabilis permulceatur, & prandium absolvere, alioque potu perficere jubeo.

Idque cotidie facere mando, pro ratione & frequentia evacuationis & virium conditione. Primo autem biduo dum ex nodulo bibit: nodulo tantum vini vel cerevisiæ iterum affundo, quantum isto biduo est defusum, Cæteris diebus nihil amplius addo, sed tantisper bibere fino, donec ferè nihil nisi feces turbidæ supersint. Si habitus corporis qui pituitosus est ferret, aperirem venam, tum quando per triduum de nodulo bibit: eoque die ab usu noduli abstinerem: sed cum metuendum sit, ne habitus magis refrigeretur, præsentibus Medicis id deferò circum spectè & attentè meditandum.

Hunc modum evacuendi hypochondriacos expertus sum à multis annis multò efficacior, & cum majore euphoria conjunctum, adeò ut cæteris omnibus præferendum simpliciter existimem.

Quibus hic non placet, is poterit syrupum vel decoctum ad modum sequentem præscribere, & ʒiij. vel plures ad cotidianum vel alterum usum exhibere.

Recip. *Rad. cichorii ʒj*
Fragor. ʒvj
Pentaphyll.
Filicis a. ʒß
Cort. rad. cappar. ʒij
Thamarisci
Fraxini a. ʒiij

Glyzirr-

Glyzyrrhiza ℥vj
Vicetoxici ℥j
Passular ℥vj
Sem. 4. frig. major. ā. ℥j
Dauci ℥iij
Aquileg ℥j
Gran. alkekengi n. vij
Herb. Iva arthet. Mj
Ceterach.
Lingua Cervina
Spicanti ā. pjs
Agrimon. Ms
Capillor Veneris ā. pjs
Betonica
Veronica ā ijs
Cichorii
Endivia ā. Mj
Flor. hypericon. Mj
Hermodactyl. veror. n. j.
Turbit. albiss. ℥j
Zinzib. ℥s

Cog. ut decet pro ℥xx. in quibus tribus fervoribus ebulliant.

Fol. senna ℥ij
Epithymi Cretici ℥j

Postea colentur sine expressione pro ℥xiiij

In quibus infunde pernoctem.

Agarici trociscati ℥iij
Rhabarb. optimi ℥j
Spica Ind. ℥s

Express. adde syrupi de succo Iva ℥iij

Bisantini

De scolopendria ā. ℥ij

Mis. f. Apozema. Vel si syrupus magis arideat additis ℥v sacchari f. syrupus. De quo exhibeantur cochlearia quatuor vel quinque, pro ea scil. conditione atque operari animadverterimus.

Post usurpata hæc medicamenta, ad electiva accedendum est: in quorum numero primas tenere puto, pillulas sequentes, biduo post absolutum syrupum vel nodulum manè circiter horam quintam exhiberi possum.

*Rec. Mass. pill. de Iva à Mathiolo in ca-
pite de Iva decripiarum.*

Aggregativarum ā. 3s

Cum aq. Iva s. pill. n. XXI.

Tandem pro confortandis totius corporis partibus, commodum foret exhibere ʒj mithritat, cum conserva flor hypericon ʒij, manè circiter horam quartam, & ægro præcipere ut superdormiat.

De cæteris intemperiem tam universalem quam particularem emendantibus & corroborantibus, ex iis indicare oportebit, quæ posthac ad me scribentur, vel ex *ἀντοψία* ægrotantis exquisitius colligere liquebit.

Ad victus rationem quod attinet, nihil addo: sum enim in ea sententia à præsentī Meoico ritè & secundum debitum tam naturæ morborum, quàm ægri institutam esse.

Atque hæc quantum colligere ex iis quæ ad me missa sunt, & brevis temporis admisit, breviter respondere volui: Æternus & misericors DEUS usui horum clementer benedicat.

CONSILIUM LXXII. IN ARTHRITIDE.



Dareliqua tuarum literatum capita, Vir Clerissime, Domine & amice colende, propter occupationes, quæ me ante triduum ex sudetibus montibus reversum ferè obruunt, non satis pro eo atque volo respondere possum, ideoque mihi veniam dabis. De Arthritidè respondeo: Magis quæri de præservatione, quàm de curatione. Nam anodyna & quæ dolori mitigando usurpantur etiam leppis, mulierculis & tonsoribus nota sunt.

Præservatoria medicamenta diriguntur ad causam, hujusque remotiōnem.

Causa quæ sola aggredienda: meo judicio duplex est: aut enim oritur ex cacochymia aut ex catharro seu defluxione. Cacochymia nihil aliud est, quàm copia vitiosorum humorum in vinis contenta. Generata vel propter externum errorem, vel oblaxam facultatem coctricem in Epâte. Ob externum errorem fit, quoties peccatur in victu tam secundum quantum, quam quale, tempus & modum assumendi. Ob epatis labefactatam facultatem, vel à nativitate vel ob externum errorem. Unde fit, ut coctione non rectè in epate peractà, cacochymia oriatur.

oriatur. Quæ cum adeo excrefcit & augetur ut facultati retentrici moleſta eſſe incipiat, fit, ut natura magno conatu, & quidem interventu interdum febris ad expulſionem inſurgat, materiamque ad articulos imbecillos vel natura vel ob externum errorem detrudat. Hancque Arthritidem univerſalem plerunque appellare ſolitus ſum, quando cum amicis de hoc malo contuli: tum, quod non ſolum ad articulos à natura propellatur: ſed ſæpè etiam per vias urinæ copioſiſſimè expellatur; multoties autem cauſa fit calculi. Adeò ut maximus Fernelius non præter rem quæſtionem, cur ſcil. Arthritici plerunque etiam ſint calculoſi, inſtituerit.

Altera cauſa arthriticarum fluxionum ex capitis intemperie, vel nativâ, vel ob externum errorem contracta oritur. Atque ità intemperies meo iudicio non tam in cerebro, quam extra cranium in carne & cuti reliquiſque partibus capitis exterioribus dominatur, tantoque major eſt, quanto cerebrum ipſum cum exteriori intemperie concordat.

Hæc dominante generantur vel excrementa, in capite ſub cute & carnibus: vel ex venis materia deorſum deſtillat, & arthritidem generat. Quando generatur ſub carnibus & cute, paulatim & cotidie generatur: & tales plerunque perpetuis articulorum paroxyſmīs conſiſtantur: quando deſtillat partim perpetui adſunt dolores: partim per intervalla frunt. Sed diſcernuntur acerbitate, magnitudine, gravitate doloris: tum locorum & partium diverſarum, quas ſimul occupant illæ deſluxiones ſaltem paulatim & ſerè cotidianis acceſſionibus moleſtæ ſunt.

Contra univerſalis Podagra ſeu Arthritis uno momento, magnoque impetu, interventu febris aut alterius univerſalis commotionis humorum pro copia humorum, & latitudine (quod diligenter notandum) & laxitate viarum ad plures partes ſimul, aut hodiè ad unam, cras aut perendie vel ſerius ad aliam partem, & certis quaſi ſecundum tempora anni intervallis invadit. Hæc breviter ſic delineata tibi ſufficere poſſe puto.

Quod ad præſervationem attinet, facile tibi patere ex his fundamentis poterit. Nempe quod univerſalis Arthritis potius purgationem tempeſtivam requirat, & juvantia coctricem in epate & ventriculo: unâ cum victus ratione conveniente, & potum thermarum vel ſimilium, ſi exiſtimetur Epate & membrīs coctioni inſervientibus ſubveniri poſſe. Particularis verò magis in alterando intemperiem capitis verſatur. De qua & Fernelius diligenter monet. In hac uſus Ligni, præſertim ſi lateat

lateat aliquid luis venereæ, vel simile aliquod malum, ex causa externa profectum, quod non minori diligentia est observandum, quàm reliqua omnia. Nam multos arthriticos solius ligni beneficio restitui planè in integrum, quos ex sola lue tales esse diligenti & solerti disquisitione animadverti.

Talibus arthriticis dolotibus ex capitis intemperie profunt capitalia localia, cucuphæ, stillicidia, cauteria & similia. De particularibus remediis, quæ & universo & parti tanquam causis conveniunt, proxime tibi respondebo. Ubi quod controversum vel admonendum putaveris, rescripseris. Interim hæc boniconsulito, & si quid plantarum communicare poteris facito. Vale.

Vide Tabulam sequentem.

CONSILIUM LXXIII.

IN ATROPHIA ARTHRITIDE SCABIE, DOLORE COLICO PERIODICO, CALCULO, CALORE FEBRILI, PALPITATIONE CORDIS &c. EX OBSTRUCTIONIBUS ET TUMORE EPATIS AC SPLENIS.



Orbi, Quibus cum Magnificus & Nobilis Vir conflictatur, sunt primum obstructions & duriusculi tumores epatis ac splenis, non solum manifesti ex actione læsa, nempe sanguificatione depravata, & attractrice succi melancholici in splene imminuta: sed etiam ipso tactu & symptomatis, tumorem & obstructionem hujuscemodi viscerum consequentibus, (videlicet inappetentiâ, siti, calore præter naturam) præsertim à cibo sumto, lassitudine totius corporis, & membrorum quasi imbecillitate conspicui. Deinde intemperies ventriculi frigidior, partim à primâ origine, partim ob externum errorem, nempe victus rationem ante aliquot annos largiorem: quâ & virtus ventriculi, accedentibus intempestivis animi laboribus & studiis immodicis, est labefactata, & superveniente febre quartanâ, colicisque doloribus inde profectis, itâ attrita, ut ingestum cibum pro eò, quem natura requirit, modo, non sufficienter coquat: sed potius in succum crudum, acidum & astringentem convertat.

Qui-

Arthritis est morbus articulorum in mala compositione & soluta unitate ortus ex humoribus à virtute expultrice ob copiam vel qualitatem vel quantitatem & copiam simul irritata, ad articulos detrusa. Unde manifestum est arbitrium esse ex genere fluxionum, in quibus consideranda veniunt 7. capita:

1. Ut humor, qui expellitur, est vel,
 - excrementitius coctionis, vel
 - prime & secundæ vitiosus ex caco-chymia, vel:
 - simplici
 - biliosa melancholica pituitosa
 - non simplici, sed ex his mixta.
 - tertiæ ex alimento vel:
 - cacochymico vel mixto.
 - simpliciter
 - non cacochymico, ut sanguine.
 - non excrementitius, ut sanguis peccans solâ quantitate seu copia, stimulante naturam ad expulsionem ad articulos, ut habitus plethoricus solvatur.
2. Causa generans tales humores excrementitios est facultas coctrix labefacta ob intemperiem, vel:
 - viscerum, puta epatis & ventriculi, producentium caco-chymiam, partis alicujus excrementa multa producentis.
 - perfectam à dispositione vel
 - nativâ
 - accititiâ
 - orta
 - à primâ origine.
 - ex errore externo.
 - videlicet
 - aëre
 - cibo
 - potu
 - animi affectibus
 - venere nimia
 - evacuazione intermissa &c.
3. Modus generationis humoris fluentis fit, vel:
 - 1. Quando ventriculus & epas etiam opt. alimentum pp. digerant non in sanguinem bonum sed cacochymicum convertunt.
 - 2. Quando in assumendis alimentis peccatur secundum:
 - quantitatem
 - qualitatem
 - ordinem
 - tempus &c.
 - 3. Quando in aliqua parte imbecilla, puta capite nutrimentum sive bonum sive cacochymicum convertitur non in alimentum sed humorem excrementitium ob intemperiem, vel
 - nativam
 - accititiâ
 - calidam
 - attrahentem & plusquam concoquere potest.
 - adurentem & corrumpentem in materiam excrementitiâ.
 - frigidam, plus recipientem.
4. Ut movetur. Movetur autem à facultate expultrice irritata vel ob
 - copiam sanguinis boni
 - simpliciter ob caco-chymiam
 - qualitatem non simpliciter sed mixtam ex diversis humoribus
 - biliosam melancholicam pituitosam
 - peccant a. vel
 - soli
 - quantitate
 - qualitate
 - simul
 - quantitate & qualitate.
 - ob imbecillitatem
5. Terminus à quo est vel
 - totus habitus venarum.
 - pars seu caput, secundum partes exteriores.
 - Colligitur enim excrementum tale intra.
 - cutim
 - carnes & exteriorem superficiem erauj.
 - peccans solâ quantitate.
6. Terminus per quem, seu viâ, per quas materia fluit, & fit expulsio, vel
 - intra
 - universaliter cum videlicet expellitur ex toto habitu venarum ad superficiem, vel sanguis
 - vasa seu venas, vel:
 - particulariter quando natura ex toto habitu venarum materiam peccantem ob imbecillitatem capitis, primum expellit sursum, deinde per venas capitis q. secundario deturbat ad articulos, vel
 - quando nutrimentum à parte non perfecte coquitur, vel quia:
 - copiosum attractum est.
 - aduritur
 - non debite alteratur, sed convertitur in excrementum: tunc desinit secundum partes subcutaneas ad articulos.
 - extra
 - simul & magno impetu.
 - per vices hodie ad hos, cras ad illos.
7. Terminus ad quem sunt articuli atque in his potissimam partes
 - nervee membrano-se & tendines
 - in quibus excitatur
 - tumor
 - dolor
 - ob imbecillitatem
 - nativam.
 - accititiâ.

Hinc patet cur in cedente pedum præter tensionem nullus sit dolor, etiamsi adsit tumor, quod materia non irruat in partes modo dictas: cur etiam acedo materia inter defluendum non excitet dolorem, quod non defluat ad partes nervosus: sed per venas vel:

- mediate sub cute ac capite.
- immediate ad articulos propellatur.

Quibus ita suppositis, facile intelligitur, primâ coctione imperfectè coctâ, præsertim quando victus vel largior est, vel in qualitate peccat, secundam coctionem non perfectiorem fore.

Qualis enim chylus offertur epati, talis & sanguis ab eodem perficitur. Si crudior ille, non solum & crudiorum producit sanguinem, sed & ipsa epatis substantia illâ oneratur cruditate, adeò, ut ad frigiditatis habitum inclinare incipiat, sanguisque generetur frigidior, corpori alendo, nequaquam idoneus. Iste deinceps in partibus extremis, & sub cute colligitur, ubi & humorem quendam, vel ichorem potius œdematosum frigidum & humidum per universum corpus producit. Simile quid in cacheticis & hydropicis est videre. Quod si virtus sit calidior aut etiam minori, quàm par est ingeratur copiâ, adeò ut ventriculi virtus in coquendo expeditè nimis agat; tunc chylus quidem generatur paulò perfectior, non tamen ita absolutè bonus, quemadmodum solitus naturæ cursus exigit. Ideoque etiam epar minus offendit frigiditate, sed ab epate & natura, vi & ob ascititium calorem ex obstructione tam in ipso epate, quam venis Mesaraicis ortum, aliquatenus aduritur, & in pituitam fallam, adustosque ex parte humores convertitur. Quin imò id non solum, sed & quadam ex parte propter diversas substantias ciborum & potus discriminatim ingesti, in bilem degenerat. Ex hoc ergò fonte, tota sanguinis massa exiguum sanguinis præfert copiam: maximè verò adustis, pituitosis, falsis & biliosis perfunditur humoribus. Tanto etiam evadit impurior, quantò splenis tumor & obstructio major est. Nam splene sit affecto, & venis mesaraicis ad ipsum pertinentibus obstructis, non fit succi melancholici tam copiosa attractio, qualem natura integra requirit. Attractione non sufficienter factâ, residuum succi melancholici in venam portæ regurgitat & ad epar detruditur, perque venas dispersa. Sanguine permiscetur, totamque sanguinis massam unâ cum cæteris humoribus biliosis, falsis & pituitosis adeò depravat, ut necessario morbi subsequantur ii, quibus ipsius Magnificentiâ à multis jam annis frequenter est conflictata, & in hodiernum usque diem molestat.

Inter hostes autem eos, qui ex hoc, quo dixi, orco tanquam ex equo Trojano prodeunt, primus est Atrophia, non quidem consummata, sed incipiens, quâ corpus debitâ fraudatur nutritionis portione. Cum enim natura ita constitutum sit, ut omnia membra nutrantur sanguine, sanguis vero naturâ sit dulcis suâ; facile animadvertere licet, exiguum nutritionem futuram, ubi sanguis adeo depravatus sit, ut biliosus sit, pituitosus, falsus, melancholicoque refertus succo.

Secundus morbus est Arthritis. Hæc etsi articulorum morbus ut proprius, primamque & præcipuam causam habeat articulorum imbecillitatem, eamque vel nativam vel æcisiatiam: si tamen ad materiam, seu sine quâ non respiciamus causam, evidenter apparet, fieri in hoc ægroto à natura talem talis materiæ exonerationem & depositionem ad partes remotas, ignobiles & imbecilles, quæ ad nutritionem corporis inepta sit. Eam, ut dixi, nutritioni ineptam materiam natura tentat expellere, & in partes deponere ignobiliores. Id dum fit, natura calorem alienum seu febrilem exsuscitat. Eo quippè in defectu caloris naturalis, natura tanquam ministro suæ in expellendo actionis utitur.

Hic calor febrilis cum ex natura sua sit periodicus, proinde & ab eo lassitudines & dolores gravativi membrorum, sitis, inappetentia, statim proveniunt temporibus. Hinc igitur præagia paroxysmorum reliquorum morborum complicatorum certissima petuntur.

Hostis Tertius est scabies. Soboles ea est crassior materiæ arthriticæ, salsa adusta, melancholica, ad superficiem in periodica naturæ resistentia detrusa. Relicta fuerat ea ob crassitatem sub poris cutis; jam cutem exedens, ibidemque divortium unitatis faciens.

Colicus dolor periodicus quartum obtinet locum. Multos jam annos est, quod iste Magnif. hunc virum afflixit. Neque sanè magnam meretur admirationem. Cum enim materia febris quartanæ non sufficienter à natura sit expulsa, vel dissipata, sed vel in vena portæ relictæ, aut à Medico etiam, qui sufficienti eam purgatione non prosecutus est neglecta; factum, ut ea vel periodicè, id est, iis temporum intervallis, quibus humor melancholicus in febre quartanâ, secundum naturæ consuetudinem moveri solet, ex ramis venæ portæ, per colum intestinum undiquaque dispersis, in Colon sit exonerata, ibidemque dolores & cruciatus maximos per certa intervalla produxerit.

Quintus hostis calculus est. Duplex jus iste sibi in hoc ægro vendicat. Primò quidem, quod renum intemperies, quæ reliquorum vicerum fovet intemperiem, mali hujus causa sit efficiens. Dein verò & causa materialis in hoc ægro sufficiens deprehenditur. Producit in ægro hoc à vitio primæ coctionis, nutrimentum lentum, adustum, crassum, pituitosum.

Istud ad calidiores si devolvatur renes, an non ibidem, ut lateres in furno, in calculum concrevit crassum, durum, firmissimum.

Molestissimus omnium est hostis sextus, calor nempe febrilis. Non enim solus is est, sed pluribus stipatus comitibus truculentis, vim infert modo

modo planè truculento. Sunt ii comites lassitudo spontanea, prostratus appetitus, sitis immodica &c. Hæc συμπτωμάτων συνδρομή omnem videtur morborum conditionem superare. Nam nec somno fructuosè indulgere, nec cibis svaviter & cum delectatione frui conceditur. Imò ad omnia quæ offeruntur, fastidioso aspectu æger offenditur, & in tædium vitæ, reluctantè naturâ, invitus præcipitatur. Docet nos experientia, cibi oriri nobis fastidium, potus verò desiderium, si corpus vel ex balneo, vel exercitiis aut causis externis internisque aliis immodicè incalescat.

Quid non fiat in hoc ægro, cui calor in corpore alienus? an non is similia excitabit symptomata? Nihil ferè dubitandum de eo. Ostendit id pulsus, à sumto præsertim cibo celerior & frequentior. Caloris hujus febrilis hoc in hoc corpore est fundamentum, ut sequitur. Adest tumor lienis & epatis: adest & Mesaraicarum obstructio.

Hæc à succo Melancholico causatur. Hic enim cum à liene nequaquam debito afficiatur modo, in mesaraicis relinquitur, fertilissimus obstructionis parens. Sed & alia obstructionis adest causa. Imminuta est ventriculi chylicatio. Proinde chylus generatur crassus, & ipse obstructionis parens. Obstructionem sequitur coidiani chyli crassi & succi melancholici illaudabilis retentio. Eam, ut umbra corpus, comitatur calor præternaturalis. Ab hoc febris cum commemoratis dependet symptomatis. Humores eò, quo dictum, collecti & retenti modo, non solum incalescunt, sed & corrumpuntur, in tantum, ut qualitatem cordi, quod arx est vitæ, è diametro contrariam, indispiscantur. Qualitatem istam intelligo, quæ vapor malignus sit, cor manifestè affligens. Indicant id motus cordis præternaturales, & imprimis palpitatio. Vapor iste malignus, etsi actu sit calidus, quod ex putrilagine exhalet feculenta & fimosa: cum tamen & naturæ sit frigida & sicca, eò quod aciditate quâdam præditus, cor adeò periculosè constringit, ut cor, illud periculum quasi subolfaciens, haud segniter ad ejus expulsionem cogatur insurgere. Hinc ergò insignis illa & manifesta palpitatio.

Hucusque discursus de causis morborum istorum & symptomatum.

Cum hætenus demonstratum, quæ causa horum morborum & symptomatum sit, viscerum intemperies, tumor, obstructio, nutrimentumque illuadabile & ineptum: quis non videt ad hujusmodi viscerum intemperiem, obstructionem & humores vitiosos, omnem Medici cura-

ram & industriam esse convertendam. Quoniam autem viscera in integrum nequeunt restitui, priusquam impedimenta (ut humores diversi in toto corpore non æquali lance per habitum venarum dispersi) removeantur, proinde eorum cumprimis habenda ratio.

Prima itaque curationis intentio ad talium humorum educationem dirigitor. Remotis his obstaculis, secundâ intentione visceribus naturalis sua concilianda temperies. Fiet id medicamentis tum aperientibus, tum verò & robur addentibus.

Intentio tertia imbecillitati articularum, vitiisque subcutaneis accommodator. Ritè istis administratis, valetudo commodior speranda haud dubiè.

Ad primum quod attinet, vias communes ab excrementis crassioribus exonerandas, diximus. Fiat id per pillulas, sub literâ A. descriptas. Usurpentur eæ, ut hoc addam, tribus summum, vel rectius, duabus ante prandium horis. Accedendum dein ad massam sangvineam, venasque mesaraicas.

In his aperiuntur obstructions : in hac cacochymia per educationem humorum vitiosorum emendator. Fiat id per medicamenta, quæ sacculo B. includuntur.

Coquatur saccus iste in sextario vini ad medias : postea decoctum refrigeratum unâ cum sacculo infunditur in amphoram fictilem satis capacem, quibus additur sacculus C. & affusâ vini quantitate, quæ ad sex supernatet digitos, reponatur in cella per eum diem, quo Medicamentum A. sumtum fuerat, vesperi ambo sacculi fortiter exprimantur, & per noctem iterum in cellam reponantur. Manè exprimantur denuò. Hæc etiam expressio reiteranda cotidiè. Sub prandium defunditur mediocris cyathus, ex quo, cibo ad mediocrem quantitatem sumto, haustus satis largus bibitur. Mox verò ut sapor ingratus è palato evanescat, haustulus vini vel cerevisiæ superbibitur. Deinceps prandium cibis & potu solitis absolvitur Sacculis verò priori biduo semper tantum vicissim affunditur vini, quantum defusum est pro potu. Diebus sequentibus ulteriore affusione non opus. Cotidiè tamen vel diebus etiam alternis in prandio haustus continuetur unus. Sed cum cautione : pro tolerantis evacuationis adhibeatur moderatio. Si quid in cyatho, è quo haustus hauritur, remanet, id semper refundendum. Unum hoc loco notandum. Post tres dies à vino hoc primum poto, quartus interponendus, dicendusque feriis. Nequaquam tamen simpliciter : eò
n, die

n. die non quidem vino utatur purgante vel medicamento mittendus tamen sanguis ē venā cubiti dextri mediā, ad ℥iij, vel summum quinque. Sequenti vicissim de usus sacculi repetendus, & ad finem usque continuandus. Saburrā cacochymicā hunc in modum subductā, si videretur opus esse evacuatione electiva, ne scilicet id quod in remotis & angustis viis epatis & splenis, longinquisque totius corporis residet venis, relinqueretur autor essem, ut diebus duobus post finitum nodulorum usum, electiva usurparetur purgatio. Eam ad rem proderit medicamentum litera D. notatum. Miram quippē id vim habet in aperiendis obstructionibus & educendis materiis abstrictioribus, quæ in partes remotas & angustas se se insinuarunt penitissimē. Moderatē insuper educit & blandē, quicquid educit. Bibatur calidum manē ante hor. vj. prandium ad horam differendo decimam.

Prima intentione absoluta, ad secundam progressum facimus Viscera hic emendanda, humoresque in toto venarum habitu, apprimē alterandi. Perficitur istud usu Morfulorum E. quorum unus manē h. 7. vel præter propter: alter ā prandio circa hor. 3. manducandus. Statim post manducationem locus Epatis decocto F. splenis decoctione G. per horæ quadrantem tepidē cum spongia fovendus. His itā peractis, utrumque detergendum viscus: Epar quidem unguento H. splen verò unguento I. tepidē inungendum.

Medicaminorum istorum usus ad diem usque octavum, vel etiam longius, haut interrupto continuandus ordine: singula scilicet fomenta & ungenta unā cum Morfulis, bis cotidie applicando & usurpando.

His itā rite administratis, tactu exploranda viscera, an nempe ea adhuc doleant & dura sint. Si mollia deprehenduntur hypochondria, eaque nec dolent, nec duritiem præ se ferunt ullam, intrepidē ad emendationem massæ sanguineæ accedendum. Caute tamen hūc adhibenda quædam. Sanguis in venis explorandus diligentissime, utrum scilicet is ad naturalem aliquatenus reductus sit status. Cognoscetur id ex facili tolerantia, liberō & expetito partium omnium motu: urinis quæ calorem, substantiam & contenta ad naturalem statum accedentibus. Hæc non inveniantur, evacuationes per sacculos repetendæ. Causa est, quod massæ sanguineæ alterationem per sarsæ parigliæ decoctum emendare, nobis sit propositum: usus autem ejus exquisitam corporis evacuationem præsupponat. Denuò ergò, si opus, repetantur sacculi: denuò etiam, iis absolutis, purgatio D. repetitor.

Sequenti die usus sarsæ inchoandus.

Bibuntur autem ex decocto hujus radici, sub litera K. descriptæ uncia quinque calidæ, manè post horam quartam & dum somno deinceps indulgemus, sudori operam navamus ad horas duas, ita tam ut blandè, non cum lassitudine sudemus.

Post sudorem rotulis L. sex utimur, sudore à corpore probè deterfo. Horam circiter nonam prandemus; utendo victus ratione idonea: bibendo verò potum secundi decocti ex salsa, sub litera M. vel N.

Aprandio circa horam tertiam iterum tantum bibimus, & ad horam quintam usque sudamus, sudore deterfo, & corpore à squalore & caliditate inter sudandum introducta iterum convenienter refrigerato, hora sexta, cibum capimus, & à coenâ denuò Tragæa utimur.

Pro ventriculo autem ut potum aquæ facilius ferre possit, confirmando: à cibo sumto semper tantum capiendum ex Tragæa O. quantum dimidio putamine ovi compræhendi potest, & nihil superbibendum. Hoc modo ad septimanas tres vel quatuor secundum præscriptum modum procedendum est.

Est autem hoc medicamentum valdè efficax non modò ad viscerum obstructions expediendas, & massam sangvineam per sudorem mundificandam & benigniorem atque ad nutriendum idoneam reddendam: sed etiam tertiam indicationem ejus usu explemus. Cum enim per sudorem agat, reliquias humorum salforum sub cutelatentes, & articulis impactas, non solum rarefacit & resolvit, verum etiam calorem in articulis nativum exuscitat, & robur addit, ita ut neque scabiei facilè locus sit neque arthriticæ fluxioni articuli tanquam loca propter frigiditatem imbecilla, facilè aditum admittant: quippè quod serosa excrementa, quæ per imbecillitatem in articulis quasi subsistunt, & diuturnitate temporis paulatim crassescunt, hujus medicamenti interventu facilè dissipentur & exhalent.

Cum enim tali curatione omnia membra in nativum statum temperiei, quoad ejus fieri potest reducantur, fit ut æquabilis harmonia omnibus actionibus perficiendis vicissim corpori universo restituatur & omnia quasi renati esse videantur.

Interim dum ex decocto salsæ parillæ bibitur: duo diligenter observanda sunt: 1. Locus quo renes siti sunt ter de die inungendus, ne renes inter sudandum nimis incalescant: idque faciendum est unguento P. manè & vespere, post sudorem scilicet, & noctu quando cubitum ire decrevimus; Deinde semper opera danda est, ne alvus constipetur.

Quod

Quod fiet, si (sponte non fluente) Clysteribus idoneis utamur, vel medicamentis eccoproticis, primas vias ab excrementis crassis expedientibus, usurpantur autem manè una hora post sudorem, prandium ad duas horas differendo, & decocto falsæ à prandio eò die non utendo.

Eccoproticon medicamentum descriptum est sub forma pilularum A, quarum supra mentio facta est: clysteres fieri possunt ex brodio pulli & nelle rosato colato: ita ut accipiantur lib. j brodii pulli aut decocti avenæ depilatæ: & uncia quatuor mellis rosati colati.

Præterea & hoc diligenter advertendum est, ut alvo sponte etiam sua fluente, in usu falsæ, octavo quoque die corpus semel vel per potionem electivam sub litera D. supra descriptam evacuemus. Quod propterea fit: quod in usu falsæ humores valdè attenuentur, & coquantur.

Cocti verò eductionem requirant. Eam enim si neglexerimus. Id mali metuendum nobis præfagiunt, quod videmus multis accidere, ut videlicet periodica evacuatione neglecta, morbi longi in tali curatione humoribus ebullientibus & turgentibus naturam acutorum induant, & multiplicia symptomata defluxionum exuscitent.

Quo metu facile liberabimur, si modò per intervalla materiam coctam suaviter & sine violentia paulatim ex corpore & habitu venarum promoveamus.

De victu nihil moneo, nisi velim noctuas Athenas. Idem de cæteris rebus non naturalibus.

Æternus Deus ut hisce benignè benedicat ex toto animo precor.

Recip. Spec. hieræ simpl.

Agar. ʒi.

Rhabarb. opt. ʒ. ʒi

Cum aq. beton. f. pill. n. XXV.

S. Pillen A.

Recip. Cort. rad. elleb. nig.

Syr. præp. ʒi

Hermoadactyl. ver. n. j

Caryophyllor. ʒij

Pulverisata subtil. ligentur in nod. f. syndone duplici

S. Säcklein B.

Recip. Rad. vincetox. ʒvj

Fœnic.

Asparagi ʒ. ʒiij

Cort. rad. cappar.

Thama-

Thamaris.

Fraxin. ā. ʒijs

Sem. dauci ʒiij

Aquileg. ʒjs

Agni casti ʒj

Herb. lva arthetica

Paralys. ā. Mj

Betonie.

Agrimon.

Ceterach.

Card. bened.

Veronic. ā. pjs

Fol. senna s. stip. ʒiij

Epithym. Ores. ʒj

Rhabarb. opt. ʒij

Rad. mechoacan. ʒjs

Agar. trocisc. ʒvj

Cinam. ʒij

Spica ʒj

Pulsata omnia quam subtiliss. ligentur in sacculo oblongo
facto ex syndone duplici s. Säcklein. C.

Recip. Rad. vincetox. ʒjs

Cichor.

Fenic. ā. ʒiij

Cort. rad. Thamaris.

Fraxini

Polypod. quer. ā. ʒß

Ononid. ʒj

Cort. rad. elleb. nig.

Styrac. præp.

Hermodact. ver. ā. ʒj

Caryophyll. ʒß

P. ssular. ʒß

Sem. aquileg.

Dauci ā. ʒj

Melon. ʒj

Herb. Ceterach.

Agrimon.

Centaur. min.

Iva arthet. ā. ꝑj

Veronica

Fumar.

Cichor.

Capill. Vener ā. ꝑß

Flor. hypericon. ꝑj

*Coq. in s. q. aq. Iva arthetica & fumar. ꝑro ꝑßß. In colat. tribus
tervoribus ebulliant.*

Fol. senna 3ß

Epithym. Cret. 3js

Cinamomi 3j

*Stent in loco tepido per h. 3. postea colentur sine express. ꝑro 3iiij. in
quibus per noctem. Infunde rhab. opt. 3j*

Agar. trocisc 3j

Spica gr. vj

In expresso fortissimè factò dissolve Manna 3j

Et adde ol. anisi gr. iij

Mis. f. Haustus.

S. Purgation D.

Recip. Spec. diarhod. Abb. 3j

Troc. de capparib.

De Rhabarb. ā. 3iiij

Aromat. rosat. 3j

Cort. citri cond. & incis. 3ß

Rad. cichor. cond. 3ij

Conf. anthos 3j

*Sach albiss. sol. in aq. cichor. q. s. f. c. gr. vij. ol. nuc. mosch. de-
still. Conf. in Morsulis.*

S. Morsellen E.

Recip. Rad. Althea 3js

Centaur. minor. 3iiij

Fol. agrimon.

Absynth. ā. Mij

Fol. malva Mjs

Flor. chamomel.

Rosar. rub. a Mj

Spica Ind. Mß

F ff

Den-

Dentur incisa & confusa ad chartam.

S. Kräuter F.

Recip, Rad. Elerii

Cucumer. asin. ā. ʒvj

Cors. rad. cappar.

Thamaris.

Fraxin. ā. ʒiij

Althea ʒj

Sem. agni casti

Plantag. ā. ʒiij

Ficuum ping. n. vj

Herb. Malva

Althea ā. Mj

Ceterach.

Spic. anth. ā. Mß

Pulegii Mj

Thymi Mß

Ruthe pjs

Summit. aneth.

Flor. Chamomel. ā. Mj

Rosar. rub. Mß

Dentur incisa & conquassata ad chartam

S. Kräuter G.

Recip. Ol. Nardi i

Absynth.

Chamomel ā. ʒvj

Rosat. ʒß

Flor. Chamom.

Absynth. ā. ʒj

Rosar. rub. ʒj

Aq. absynth. ʒj

Coq. ad consumption. aq. & postea adject. cera q. s.

F. linimentum.

S. Salbe H.

Recip. Ol. de capparib. ʒjs

Rutacci ʒj

Vi i sublimati

Aceti acrimini ā. ʒij

Rad.

Rad. filicis

Cyclam. ā. ʒij

Centaur. minor. ʒj

Terendis iritis, bulliant usque ad olei remanentiam: postea expressis adde.

Ammo. iaci

Bdelli.

Opopanac

Serabini

*ā. ʒij in aceto
dissoluitur.*

*Simul iterum leviter bulliant, & adde cera ʒij
F. linimentum.*

S. Galbe I.

Recip. Rad. falsaparill. ʒijs

Lig. sassafra ʒiij

Cort. lig. Guaiaci ʒijs

Vissi quer ʒij

Passular ʒj

Rad. scorzoner. ʒiij

Cinam. ʒj

Coq. in aq. cichor. ℥ijs

Borrag. ℥ijs

Fumaria ℥ij

Ad medietatem, prius per hor. 24. in fusa in aquis istis ferventissimis.

S. Decoctum K.

Recip. Spec. rosar. novell

Diarrhod. Abbat. ā. ʒj

Essent. Margarit. ʒij

Ocul. cancri ʒß

Lig. aloes ʒß

Sach. alb. sol. in aq. rosar. ʒijs

F. Conf. in rotulis.

S. Rotula L.

*Recip. Remanentias decocti K. & adde,
aq. comm. ℥vij*

Cinamomi ʒj

Sem. anisi ʒjs

Coq. ad Tertias.

S. decoctum M.

Fff 2

Recip.

Recip. Rad. salsa parigl. ℥js

Lig. sassas ʒj

Cort. 12. Guaiac. ʒj

Vis. quer. ʒjs

Passular. ʒvj

Coq. in aq. font. ℔ viij. ad tertias, posteaquam per se refriguerint colesur.

S. decoctum N.

Recip. Sem. coriand. præp. ʒvj

Anisi

Fenic. ā. ʒiij

Cinamomi ʒiij

Cort. arant. ʒß

Nuc. mosch. ʒjs

Calam. aromat. ʒj

Corall. rub. præp. ʒij

Sacchar. ros. tabul. ʒj

Sach. cand. alb. ʒjs

Ex grosso modo incisus

F. Tragea. O.

Recip. Ungt. infrig. Galeni

Rosat. Mes. ā. ʒj

Alb. camphorat. ʒij

Ol. rosac. completi ʒß

Mis.

F. Unguentum P.

CONSILIUM LXXIV.

IN QVO, QVALES QVANTASQUE
ILLEGITIMUS THERMARUM USUS IMPOR-
TARIT CLADES, DOCETUR.



IN Thermas Montium sudetorum, Doplicenses migrarat nobilis & genus Dominus N. N. conflictatus tunc fuerat podagrâ, corpore perfectè insimul cacochymico & bilioso. Consuluerat Medicorum neminem, corpus ad thermas non præpararat, thermis usus fuerat indiscretè, immoderatè. Corpus habuerat perfectè cacochymicum biliosum & in melan-

melancholiam proclive. Præparantibus utebatur nullis, pro diætâ ad-
erat Afotia, aquis utebatur calidissimis, & ultrâ tempus longissimum.
Redeundi alvus erat occlusa, in hypochondriis tumor sedebat sclerodes,
fluxus hæmorrhoidalis intestinum rectum cruentabat, ægrè faciebat re-
num calculus, dolor infestabat colicus, excreta quædam alvi si egre-
diebantur, erant tenuiuscula & liquidiuscula, relictis *σκιβάλοις*, cum
tenesmo tamen, hydropen minitabatur schirrus lienis & Epatis, unâ
cum plusquam immodicâ venæ portæ oppilatione. In tam numerosa
symptomatum congerie, sex potissimum scopi curativi sese offerunt.
Primò enim annitendum, ut sangvificatio recta postliminiò reducatur.
Sangvis enim optimus est naturæ thesaurus, quo animal vivens carere
nequit, cum calor naturalis in eo potissimum stabuletur.

Secundò in id incumbendum unicè, ut sangvinis vitiosus, crassus,
salsuginosus & corrosivus vel subducatur vel corrigatur.

Tertio tumor lienis & Epatis emolliendus veniet.

Quartò sedandus dolor colicus & inhibendus tenesmus.

Quintò dolor inhibendus nephriticus.

Sextò, debita recuperata temperie, sperandum, & dum naturam
robustiorē redditam materiam podagræ molestantem aliquo expul-
suram modo.

In tanto verò symptomatum & scoporum diversorum numero,
non omninò simul possunt peragi, sed auspiciū faciundum ab eo quod
maximè urget. Dolor ergò sedandus primum, dein submovendæ cau-
sæ. Cum etiam curatio hæc diuturnitatem præsupponat temporis, The-
rapeusin eam in certos distribuemus actus.

In primo itaque actu vel congressu cum morbo potiunculam le-
nitivam aliquot exhaustiat vicibus, præmissio tamen usu syrupi violacei
cum oleo sulphuris; sacculos etiam chamomelinos & fots verbasinos
vino incoctos multoties imponat gremio & intestino recto.

Unâ die si potiuncula utitur lenitivâ, alterâ nucibus myrobalanis
vel chebulis conditis utatur. Unguenta in colica & hæmorrhoidibus
non tam profunt, quam sacculi vel spongiæ actu calidæ. Alvus etiam
quandoque sollicitanda Enemate (si toleret) ex lacte chamomelino,
floribus verbasci, melle violaceo & croco aromatico.

Interim Diætâ simul instituat sobriam & decentem. Utatur ju-
culis, pulticulis, hordeatis, pineatis, cum aquâ rosarum & succo grâ-
natorum. Carnes sint pipionum, turturum, vervecum, pullorum,

cum succo limonum granatorum, & syrupo melissæ. Pisces adsint Lucii, epata bellioniorum, auratæ, pedes vitulini in gelatinis. Edulia communiter sunt ova mollia recenter à gallinis allata, raparum exiccatarum decocta, poma Mordiana cocta. Caseos, artolagana & salsamenta Therapeusis expungit è legionum suarum numeris, ut nauci & utiles.

Vinum sit Rhenanum, lene. Cerevisia Servestana. Falernum absit, uti & enulatum, cum id protrudat & commoveat calculum.

In actu secundo, die primo & secundo, vel subsequenter vacuis chebulis utatur conditis vel syrupo A.

A. prandio Syrupi B. vel Mixturæ sequentis capiat particulam.

Recip. Conser. rosar. ʒij

Buglossæ

Violarum ā. ʒs

Myrobalan. cheb. condit. n. iij

Cort. citri cond. ʒj

Gelatina cydoneor ʒj

Tryphera saracen ʒs

Spet. rosat. novell. ʒj

Corall. rub. præp. ʒj

Margarit. præparat. ʒs

Cinamomi

Macis incisi ā. ʒs

Rad. cichor. cond. ʒvj

Incisis omnibus j. Mixtura.

Cum syrupo granator. acido & foliis auri n. iij Spirit.

utriusq. xxx.

Recip. Mirtillor. Italicor. n. CLX.

Mirabol. Bellericor.

Nigror.

Emblicor. ā. ʒs

Sem. cymi i

Carui

Anisi

Asii ā. ʒijs. in aceto per horam inf. &

iterum exicator.

Mirabo'. in vini vel aceti s. q. bulliant ad mollitiem, postea cetera addantur, & cum Miva cydon. aromat. & syr. granat. s. q. f. Syrupus.

S. Syrupus A,

Recip

Recip. Rad. cichorii ℥js
 Cort. rad. capparor.
 Thamarsci
 Fraxini ā. ℥iij
 Scorzonera ℥j
 Plantaginis
 Tormentilla
 Bistorta ā. ℥vj
 Cort. Myrabolan. chebul.
 Citrin
 Indorum ā. ℥j
 Sem. Plantag. ℥s
 Coriandri ℥ij
 Endivia
 Pertulaca ā. ℥ijs
 Dauci
 Agri casti ā. ℥js
 Herb. plantaginis
 Millefolii
 Numularia ā. Mjs
 Adiantum nigrum
 Capill. Vener.
 Fumaria
 Geterach
 Veronica ā. Mij

Coq. in s. q. aq. plantaginis & agrimonia pro ℥xxij. In quibus
 ebulliant.

Fol. sennae s. s. ℥iij
 Epithymi Cretici ℥is
 Colentur pro ℥xiiij, in quibus iterum ebulliant.

Confect. Hamech. ℥xij
 Iterum colentur diligenter, Colatura adde syr. granator. aci-
 dorum ℥iij.

De capill. Veneris
 De rosis siccis ā. ℥ij
 Sacchari ℥vj
 Coq. ad formam syrupi, cui adde syr. de acetosa q. s.
 S. Syrupus B.

Tertio die reiteretur potiuncula aliqua lenitiva.

Quarto die reiteretur herbæ pro sacculis perinæo applicandis mor-
debato, sub litera H. vel I.

Recip. *Herb. & rad. walvæ* ā. *Mj*

Spica Ind. ʒj

Absynthii Ms

Fol. agrimonie Mjs

Flor. Chamomel.

Rosar. rub. ā. *Mj*

Dentur incisa ad chartam.

S. Herbae H.

Recip. *Rad. cucum. asini,*

Elenii ā. ʒvj

Cort. rad. Thamaris.

Fraxini ā. ʒs

Altheæ ʒj

Sem. portulacæ,

Agni casti ā. ʒs

Ficuum ping. n. vj

Herb. Ceterach.

Spicanth. puleg. abrot. ā. *Mj*

Fol. Sennæ Ms

Summit. aneth. *Mj*

Flor. chamomel.

Rosar. rub. ā. *Ms*

Incisa & contusa dentur ad chartam.

S. Herbae I.

Quintò die potiuncula lenitiva præscribitur alia.

Sexto die Tragæa utatur stomachica, vel Gelu cydoniorum.

Die septimo, & quodocunque ardorem senserit ventriculi, El-
ctuarium ei præparetur è fructibus cynosbati conditis & Tragæa st-
machia.

Die octavo, vel quodocunque horis pomeridianis calor ade-
videtur febrilis, Aqua utatur sequenti, quam prius tamen turbabit hi-
nde agitando.

Recip. *Margrith. præparat* ʒjs

C. Cervi usti præp. ʒs

Off. de Corde Cervi n. j
Santali citrini odoratis. pul. 3s
Aq. borrag. 3 ij
Card. bened. 3 j

Mis. S. Aqua corroborans.

Eundem in finem eodem in casu applicentur epithemata campo pe-
 um & manuum atque temporibus.

Recip. Flor. borraginis
Violarum ā. p. ij
Anthos
Melisse ā. 14j

Flor. Nymphaeae p ij
Rosarum pjs
Santali citrini puluer. 3s
Cort. citri 3j

Fiant fasciculi quatuor, lati digitos 14, & longi dig. dimid. S. Sac-
culi pro pul'ibus.

Recip. Aquar. rosar. 3 ij
Cinamomi 3 ij
Borrag. 3js
Spec. diamanthar. frig.
Aromat. rosar. ā 3j

Mis. S. Aqua. pro superioribus fasciculis.

Si incidat *2xemia* unguento C. utatur ad tempora.

Recip. Ungt. albi
Alabastrini ā. 3j
Nibi i albi 3s
Ol. rosac. q. s. F. linimentum C.

Urgente dolore calculi, compescatur is unguento superiori, omis-
 so unguento Alabastrini & ejus loco addito tantundem olei scorpionum.
 Si Tenesmus urgeat, non tantum fons fiat ex herbis chamomil &c.
 Item H. & I. sed & per siphonem in anum irroretur mucilago seminis
 psyllii, lac & mel rosatum. Hæc tamen sint calida.

Tandem in mucilaginem & linteolum intingi potest, inque anum im-
 mitti ad abstergendum & consopendum.

Si dolor an sit immoderatus, superioribus addi potest crocus, qui do-
 lorem vehementer sedat. Demum podice sic eloto, pulvere conspergatur
 Antimonii minutissimè pulverisati. Ggg Si

Si fluxus redeat Hæmorrhoidum, bibat de Tormentillæ & fragorum ficcorum decocto. Postea in balneo incoquantur.

Rec. *Alumni. plumosi pulveris.*

Pulver. cupressi ā. q. s.

Fiat infusus usque ad umbilicum per horæ quadrantem, Egresso fumigium fiat in anum è pulvere capparum, quantitate juglandis Tandem binas Rotulas D. absumat.

Recip. *Gummi Arab.*

Tragagant.

Cornu C. usti prap.

Masticis ā. ℥j

Corall. rub.

Magarit. praparat. ā. ʒs

Boli Turaci veri

Sem. Portulacæ

Endivia

Carab. alb. n. ℥s

Sacchari albiss. in aq. plantag. dissoluti ʒ. ij. 4. *Conf. in rotulis aromatisi ol. nuc. mosch. destill. gut. iiii.*

S. Rotule D.

In actu tertio præfens adesse non poteram, quapropter præsentibus reliquis medicis imperabam, ut ad sequentes articulos observantissimè attenderent, eamque ad rem quæ pertinerent, pro suo judicio, salutariter exequerentur :

1. Somni observetur quantitas, qualitas, effectus.
2. *Quædam* medicamentorum, inprimis vero quorum.
3. In Excretionē sanguinis considerent. 1. Quantitatem. 2. Substantiam, an crassus, levis, ichorosus, mixtus. 3. Qualitatem tum in colore, tum verò in acrimonia. 4. Modum excernendi. 5. Excrementa, an crassa, densa, dura, flava, nigra, adusta.
4. Locus, per quem excernantur excrementa, ut intestinum rectum, quod consideratur secundum conjunctionem cum colo.
5. Tumor schirroides.
6. Modus excernendi, an cum magno conatu, & cum Tenesmo, & utrum totum intestinum rectum doleat, an verò tantumpars superna, media, infima.
7. Dolor circa os sacrum.
8. Calculus, si in renibus, ureteribus, vesica, cole.
9. An

9. An dolor Colicus perseveret ab adustis fecibus, an verò flatulentus fieri incipiat.

10. Quomodo appetat cibum, concoquat & reficiatur.

11. An facilius jam sit sessio.

12. Explorentur vires diligentissimè.

13. Quomodo ad hos vel illos cibos in specie se habeat.

14. Pro exigentia singulorum, superiora medicamenta repetuntur.

15. In ultimâ mensis hujus quadrâ, quantum fieri potest cessetur à Medicamentis purgantibus & diaphoreticis, solis retentis corroborantibus.

Pro congressu quarto, circa æquinoctium vernum venæsectionem institui. Ordinabam ipsi sequentem potiunculam.

Recip. Rad. Tormentilla conquass. ʒjss

Brodii pulli non saliti ℥jss

Coq. & exhibeatur manè & vespèri.

Hæc Tormentilla cum paulum sudores moveret, alternis eandem diebus propinandam censui. Sudori quidem non magnopere indulgendum censui, ne iterum ebullitio fieret massæ sangvineæ, sed ut tantum ichorosa materia à centro loci affecti (hæmorrhoidum) ad superficiem promoveretur corporis. Interim ubi alvus subsistebat, enema vel potiunculam laxativam præscripsi. Magnam etiam tunc temporis suspcionem mihi movebat foetor sanguinis excreti. Putredinem enim viscerum adesse arbitrabar, cui causam præbuissent perfunctorii illi Medici, qui ab initio accersiti fuerant.

Visitatione quinta de dolore pustularum ani quiritabatur ægrotus. Eam ad rem curabam parari fotum è sequenti medicamento:

Recip. Urtic. cum toto.

Rad. Chelidonia min. ā. q. s.

Coquantur isthæc in vino de monte Prisanze vel vino rubello quocunque alio, vel etiam vino austero styptico.

Alternatim verò & diebus intercalaribus fiat fotus ad intestinum rectum è sequentibus medicamentis.

Recip. Althea cum toto,

Rad. bismalva

Fabaria

Herbar. chamomel.

Aneth.

Sem. lini q. s.

Coquantur in aqua vel vino pro fotu,

Ggg 2

Fient

Fient itidem fofus ē fucco rad. cheledon. minor. oleo lini, fabaria, oleo ovorum, croco, floribus sambuci, capis fub cinere toftis: Fovetur quoque pulvere limacum calcinatorum, qui cum liquore aliquo in bom-
bace exceptus adhibetur.

Afelli quoque cum oleo violaceo ad formam linimenti contun-
duntur & adhibentur.

Fit quoque fuffimigium ē radicibus capparum.

Hæc fanè omnia permutatim adhiberi volo, emplaftris appropria-
tis tandem fuper impofitis.

Congreffu fexto de quibusdam adhuc ægrodus conquerebatur refi-
duis fymptomatibus.

Ad fedandum enim dolorem ani, federe jubebam in affere cupreffii
repido.

Alvum folvi demandabam caffiâ deglutitâ cum elect diaphœen. me-
dia ante prandium horâ.

Epiploon quoque vitulinum madefieri jubebam in oleo fequenti,
calidumque applicari abdomini, ufque ad pubem deorfum. Liniebat
id dolorem flatulentum, alvumque infimul emolliebat.

Recip. Ol. chamomel. n^o

Anethini

Ung. dialthea ā. ℥jss

Ol. laurini ℥j

Cymen ℥ij

Aq. flor. chamomel. ℥ij

Bulliant parum, exprimantur, & applicentur ut juffi.

Vifitatione feptimâ jubebam continuari ufum decocti Tormentillæ
& fragorum, quibus faporis acceptioris ergò fyrupum Granatorum fe-
quentem admifcebam.

Rec. fyrupi granatorum medior. ℥iiij

Extracti acetofa ℥s

Ol. anifi gut. viij

S. fyrupus granatorum noster.

Ni fluxus omnimodo ceffaret, jubebam parari ē fequentibus her-
bis infeffum ad umbilicum ufque.

Recip. Fol. plantag.

Flor. & fol. verbasci ā. Mv.

Seminis lini conquaffaci ℥x

Cor. mal. granat.
Balaustior
Sumach.

Baccar. myrtib. conquass. omnium. ā. Mv
Dentur ad charcam.

Pro confortatione in usu habere debebat creberrimo Rotulas & Syrupum sequentem.

Recip. Spec. rosat. novell.
Aromat. rosat. ā. ʒij
Margarit. prap.
Corall. rub. subtil. pulv. ā. ʒs
O. nucistæ gut. V.

Sachari albiss. soluti in aq. Tormentilla ʒv.
Fiat. confectio in rotulis.

Recip. Cortic. myrobal. Chebul. Citrin.
bellet. Emblic. Indor. ā. ʒs
Myrsill. Ital.
Fragor. exiccat. ā. Mj

Coq. in suff. quant. aq. Tormentilla & fragor. Post exprimantur fortiter pro remanentia ʒiij. Quibus adde.

Syr. granator. acid. ʒiij
Sachari q. s. Coq. iterum ad consistent.
Syrupi, cui adde ol. anisi gut. X.
Fiat. Syrupus.

Sanguinem quoque pillulæ ē Bdellio sistent, si nempe harum IX. horâ dimidia ante prandium sumantur vel coenam.

Recip. Mass. pill. ex Bdellio recentis.
Diffensu. ʒj
F. pill. n. xiiij

Extractum corallorum eundem ferè præstabit usum.

Visitatione octavâ febricula eum correptum deprehendi : Urgente autem Febris paroxysmo dolor in osse sacro quievit penitus. Causam subfuisse arbitror quod partes illæ refrigeratæ, calore febrili, calfactæ fuerint. Febri huic sequens opposui medicamentum.

Recip. Pul. cordial. mei ʒj
Corall. rub. prapar. ʒiij
Aq. card. bened. ℥ iij Mis.

Hoc in ipso utebatur paraxysmo. Ante paraxysmum Electuario utebatur confortativo : post eundem rotulis.

Recip. *Confer. acetosa*

Flor. borrag.

Violar.

Mel. ss. ʒ. 3vj

Lactuca Hispan. condit. ʒjs

Rad. Cicher. condit. ʒj

Spec. diarthod. Abb. ʒjs

Extracti acetosa ʒs

Cort. citri cond. ʒs

Margarit. prep.

Coral. rub. prep. ʒ ʒi

Mis. cum syrupo violar. ad formam Electuarii.

Recip. *Margarit. preparat. ʒjs*

Corall. rub. prep. ʒi

Sachari soluti in aq. plantag. & card. bened. ʒjs. F. Confectio rotulata.

Compressio pectoris sub sterno, uti & dorsi incidebat saepiusculè.

Eâ in re laterem calidum vino delibutum, linteisque in volutum, pectori & tergo applicabam, quem omni modè salutarem sensit. Ad fissuras ani (fluxus enim ferè cessarat) præter superiora, aspergebam pulverem ex Anagallide flore rubro.

Offi sacri doloribus satisfiebat unguento Comitissæ & Martiato : quod sanè egregiè profuit in mitigando dolorem, calefaciendo & siccando.

Tandem jubebam, ut unâ horâ ante cibum sequenti uteretur medicamine, ad calorem nativum pedetentim excitandum, & postliminiè quasi reducendum.

Recip. *Mivæ cydoneor. ʒj*

Ol. piperis destill. gr. vj

Mis.

Postremo Totus in refocillandis viribus eram occupatus : hunc scopum, cum secutus & affecutus essem, corpus more decenti evacuandum statuebam.

DEO altissimo sit gloria.

CONSILIUM LXXV.

IN ULCERIBUS DYSEPULOTICIS



Ulceres Crurum Dysepulotica, quibus Vir nobilissimus conflictatur, partim sceletyr bica esse partim verò rheumatica & ob caliditatem quandam partis, ipsi fluxioni junctam, magligna: cum ex causis & mali essentiâ: tum verò symptomatis pathognomonicis facile patet.

Sceletyrben quidem i. ipsa ulcerationis essentia ostendit, dum crustosa sunt, nigra, sicca, neque pus in initio neq. saniem reddentia, itemque rebellia & contumacia.

2. Causæ. 1. Externa, imprimis victus ratio antehac inordinata, affectus animi vehementiores, moeror & sollicitudo de publicis. 2. Interna. Humor melancholicus, superassatus, contumax, ut ratione adustionis pustulas excitet: ratione crassitie cutem & subjectam carnem quasi adurat: ratione contumaciæ vel potius malignitatis efferatur.

3. Materie μετὰ σπασίς ante annum ex brachio in ventrem & inde in crus sinistrum: ubi ulcera hujusmodi excitata & multiplicata fuere.

Tertiò. Symptomata concurrentia, asthma, deliquium leve animi, febricula inordinata pulsus languidus, tarditas ad motum, tumor pedum œdematosus, doloris sub noctem exacerbatio, inquietudo in lecto.

Rheuma verò (quod sceletyrben jungi quandoque solet) demonstrat. I. Et pars recipiens seu subjectum (tanquam terminus ad quem) aptum, cutis scilicet & crura. 1. Cum alias cutis à natura ad id sit constituta, ut fluxiones recipiat. 2. Crura autem per se epatis emunctoria statuantur & esse soleant. 3. Ac ratione situs ad suscipiendas fluxiones sint accommodata. 4. Pars illa affecta, imbecillior alias per se utpote à fonte caloris longius distita. 5. In hoc subjecto impotentior sit reddita, tam à triplici in tibiæ locis diversis factâ distinctis temporum intervallis contusione. 6. Quam per œdema crurum quo cutis & subjacens illi caro (tanquam apta ac convenientia aquosæ illius materie receptacula) alterata, nihil miri, loca quoque illa ad humorum partim falsi & mordacis, partim crassi fœculenti ac melancholici influxum disposuisse, quo postmodum, ceu acri quadam uredine tentata, exulcerata ac crustâ densâ oblecta fuerint.

II, Et pars mandans, (tanquam terminus à quo) Epar scilicet & Lien, quæ

quæ 1. multitudine vitiosi humoris, (qualis quotidie vitio coëctricis facultatis ibi gignitur, ut ex continua humoris illius vacuatione, patet) gravata. 2. Itemque humoris dicti malitia & acrimonia laceffita, in subjectum aptum sese exonerarunt. Cum enim circa viscera & vasa, humor ille concervatus, propriam & peculiarem quandam alterationis formam acquirat, eamque, vicinis vel etiam remotioribus partibus communicet, fit, ut naturalis istarum partium temperies corrumpatur, donec in contagii communione consentientes ad susceptam semel qualitatem alienam, alimenta super ingesta commulentur similiter & vitentur, sicque multi ejusmodi humores pravi de novo indies generentur.

3. Humor fluens, 1. & ob multitudinem ibi contineri non aptus. 2. Et ob malitiam seu acrimoniam naturam laceffens. 3. Et ob substantiæ modum tenuitatem scil. facile delabens. 4. Et ob medicamenta exiccantia commotus, majorem impetum adipiscens.

III. Intemperiem tandem, calidam indicat 1. color partis rubens. 2. Caro ulcerata rubicundior. 3. Calor quidam præter naturam partis ad tactum. 4. Sensus manifestus caloris ab ægro. 5. Dolor ab illo sensu. 6. Cutis desquamatio, velut in ambustis.

Intentiones agendi quod attinet, I. Ratione sceletyrbes facile constat, 1. viscerum obstructions aperiendas & illa quidem esse alteranda. 2. Humorem illum adustum alterandum quoque & educendum. 3. Ulcera verò tanquam ambusta in initio, hincut maligna tractanda.

II. Ratione Rheumatis. & I. quidem partis mandantis. 1. purgandum quoque, non tamen nimium, ne coëctrix facultas magis debilitetur, sic plus humorum gignatur, 2. Roborandum.

II. Partis autem recipientis, roborandum quoque.

III. Humoris tandem fluentis. 1. multitudo, omni evacuationum genere abscindenda. 2. Acrimonia attemperanda. 3. Tenuitas leviter increasanda. 4. Impetus præsertim humorum ad crura inhibendus, 1. vel per vacuantia per alvum, urinam, sudorem seu habitum corporis. 2. Vel per exiccantia, lignum & vulnerarias potiones. 3. Vel per derivantia revellentia & intercipientia, v. g. fonticulos.

III. Ratione intemperiei calidæ junctæ alterandum rursus, & potissimum quidem per Topica.

Quibus sanè intentionibus satisfaciendis progrediendum erit secundum tria Therapeutices instrumenta, Dietam, Cheirurgiam, Pharmaciam.

Dietam quod attinet, secundum sex res non naturales dictas:

Omnem quidem excessum aëris in singulis qualitatibus vitandum esse

esse facile constat, ne alterentur viscera nobiliora, vel humores fundantur aut exprimantur: inprimis tamen humida & Austrina coeli constitutio.

Quemadmodum & cibi tam boni quam mali succi noti sunt. Monendus tamen videtur vir nobilissimus, ne variis cibis simul vescatur ob inæqualitatem succorum & coctionis. Et abstineat quidem suffumigatis, salis, aromatis nimium conditis, peracidis, caput petentibus: piscibus quoque crassiorum carniū, leguminibus flatulentis & id genus aliis pravum vel crassum succum gignentibus. Utendum verò inprimis nasturtio: itemquē absynthio, quomodocunque grata palato reddi possunt. Et ex fructibus, passulis, limonibus, capparibus. Ac nunc temporis fragis, cerasis, itemquē persicis cū maturuerint, ad intemperiem humoris calidam & siccam utendum, modò ventriculi tonus dictis adhuc respondeat, hordeatis aliàs, amygdalatis, additis præsertim amaris: itemquē seminibus frigidis ad humoris adusti attemperationem: pineis, pistaceis, quod abstergant, aperiant, nutrant.

Potus quoque magna habenda ratio, ob celeritatem nutrimenti & maximum ejus indigentiam. Unde cerevisia eligenda clara, defœcata, vetustior parumper. Vinum verò *ὀλιγοπρόρον*, subtenue, quale Neccarinum vel Rhenarum tenuius. Inprimis tam cerevisiæ quàm vini medicata ex absinthio, cochlearia, fumaria (cum absinthii sapor, reliquorum alias facile obfuscet) veronica, chamædri &c. parari possent.

De somno haud aliquid monendum videtur, cum à meridiano aliàs abstineat, nisi nocturnus nullus fuerit.

Neque etiam de motu vel quiete: cum propter crura affecta motus nimius impediatur & alias Hippocrates, qui ulceribus laborant, eos ne stare quidem velit: atque hoc loco in sceletyrbe minus adhuc conveniat, cum humores aliàs locum illum petere soleant, & animo quoque quandoque patientes ipsi facile linquantur.

Alvum respondere singulis diebus oportet spontè, vel arte: per Martium scilicet panem ex Mechoacanna, vel passulas purgantes, vel pruna cum manna decocta.

Animi tandem affectus moderatos esse decet, mœrorem inprimis & sollicitudinem, utpote aliis graviores.

Medicamenta quod spectat & alterantia quodam. 1. Syrupus Magistralis parandus ex rad. cichor. asparag. rusc. filic. cort. cappar. fol. agrimon. scolopend. nasturt. aquat. cochlear. nummular. cepeæ, hyssop. fumar. absynth. Rom. Sem. endiviæ. card. bened. flor. 3. cordial. uvis passis & id genus aliis appropriatis, infusis & decoctis in aq. veronicæ,

H h h

cha.

chamædr. cuscute, vel etiam in sero caprino. Addendo succos cochleariæ, nasturtii, cepeæ, depuratos & cum sachari s. q. syrupum conficiendo.

2. Vacuantia verò : cum humores ita sint fluxiles ac ad dejectionem alvi paulo copiosiores, debilior virtus reddatur : nodulo uti posset in potum infuso, ex Rhabarb. fol. sennæ, epithym. soldanell, agar troc. rad. mechoacan. cum correctoriis. Helleborus quoque niger Styriacus, cum coctionem desideret, cum caryophyll in peculiari vini quantitate infundi & coqui posset, hinc ut refrigeretur permitti tandem reliquo vino infusionis noduli affundi. Cumque malignitatem ulcera obtineat, Turbith minerale rectè præparatum vel etiam Alkacheft ex usu valdè esset, quemadmodum multorum experientia id comprobavit.

3. Roborantia tandem : ex conservis cochlear. absynth. fumar. bugloss. card. bened. spec. diarrhod. Abbat diatrionfantal. troc. de capparib. myrobal. chebul. & citrin. nuc. Ind. condit. & id genus aliis, variæ formæ conficiendæ. Quemadmodum & syrupus sceletyrbicus ex succo cepeæ, nasturt. cochlear. cum sacharo confici solet, & illi postmodum syr aliquis cordialis v. g. flor. tunicæ, de pomis redolentib. de cortic. aut acetos citri misceri. Ac parari posset destillatum ex supra dictis alterantibus : destillatum verò vel ita simpliciter usurpati, vel per manicam super cinamom. & sacchar, colari, sicque instar clareti exhiberi.

4. Exiccantia per potiones vulnerarias ex pentaphyll. caryophyllat. veronic. agrimon. scabios. &c.

5. Itemque vacuantia per habitum corporis (sive sudorem sive halitum) ec sarsaparill vel potius ex ligno & cortice Itemque Chyna ex usu valde essent, nisi forsan humores ad expulsionem commoti, ratione impetus & consuetudinis ad inferiora; deorsum potius ferantur : sicque ulcera hoc præsertim tempore anni, quo aliàs illi in corpore humano commoveri spontè incipiunt, sic à natura sese exonerante in loca consveta protruduntur, multiplicata fuere. Ut idcirco bis posterioribus omissis, diatâ exquisitiori, itemque aliorum usu frequentiori, mali huius expugnatio sit tentanda.

Chirurgica tandem præsidia quod attinet, venæsectio, quod huic non assveverit, morbusque jam sit in statu, locum hic nullum videtur habere : licet cucurbitulæ scarificatæ propter consuetudinem, & interceptionem quasi, vel etiam revulsionem in natibus & scapulis admitti possent.

Fonticulorum pro derivatione vel interceptione saltem humorum, usus quoque nullus videtur, quod ambo crura cum exulcerata, tùm œde-

œdematosæ; tumore turgida conspiciantur : Ulcera autem hydropicorum difficulter esse sanabilia & ipsius Hippocratis autoritas & rerum omnium Magistra experientia luculenter attestetur. Quæ sanè ulcera, prout nunc in cruribus reperiuntur, in initio ratione crustæ tanquam ambusta tractanda per digestiva dicta ex vitello ovi, therebinthina, ol. ros. butyro majali non salito loto &c. Inprimis butyro recenti multum tuso & agitato in mortario plumbeo, cum succo malvæ in formam linimenti redacto. Quemadmodum hoc loco ex usu propter intemperiem partis esset, mucillago psyll. cydonior. & gumm. tragag. extr. cum aq. parietar. additis ol. lilior. alb. & cerâ; superponendo diachyl. simpl. & etiam molle. Cujus hæc est, descriptio.

Recip. *Empl. diachyl. simpl. ʒiij*

Ungt. dialtheæ ʒij

Ol. Irin.

Chamomell.

Anethin.

Lilior. alb. ā. ʒij

Cera ʒvj

Therebinth. ʒij

Mox fol. brassicæ recens, si libuerit, adhibendo. Sublata verò crustâ ex usu esset ungt. Arantii ex succis (tractat. suo rumorib. prætat. nat. appressum) cum & sine camphora : cum præsertim intemperies calida partis, simul juncta sit.

Ac alias paratur unguentum sceletyrbicum ex succo cochleariæ cum pauxillo mell. & tantillo pulv. aristol. rotundæ, vel etiam aluminis. Quemadmodum etiam utrique tam Arantii quam sceletyrbico unguento propter ulcerum malignitatem, aliquid præciptati loti aqua cochleariæ misceri posset, vel etiam ol. saturini, sulphuris aut vitrioli usurpari.

Atque hisce quidem cerotum diapalma superponendum. Quemadmodum mundatis probè ulceribus ad unguentum fuscum tanquam scaroticum : tandem ad illud diapompholygos, emplastrum Griseum vel de minio tanquam epulotica, deveniendum.

Cumque dolor ulcerum admodum per noctem inprimis, infestet : pro palliativa q. cura : medulla panis triticei cum lacte cocta (quibus aliquid Alſines aliqui addunt) vel etiam puls ex medulla panis secalini & cerevisia antehâc contulerunt, ac in usum illa denuò revocari possent.

Atque hæc quidem pro ratione indicationum nunc temporis agenda vi-

dentur. Quæ sanè intentiones si immutata temporis processu fuerint, remedia quoque varianda eaque alia præscribenda erant. Faxit Deus eventus optatus respondeat.

CONSILIUM LXXVI. IN ULCERE SINUOSO.



Ecidit Ante Sexennium vel circiter Vir nobilissimus cum equo ita ut utrumque os tibiæ sinistræ in medio frangeretur : Ac post absolutam curationem (quæ tamen per multos annos extracta fuit) spatio quadrantis anni, ulcus reerudit in parte sinistrâ tibiæ, paulò alius supra fracturam, tumque duo ossula ibi fuere extracta. Sic unus ibi sinus est constitutus. Hinc iter quoddam ingressus cum incommodius forsan crus tractaret : In parte tamen domestica tumor oboritur, aliquantum inferius respectu fracturæ : qui postmodum suppuratus alteri sinui occasionem præbuit.

Hunc dum explorat Chyrurgus, reperitur tertius, & aperitur quoque, loco quasi intermedio. Ut omninò, quantum ad præsentem hujus affectus præter naturam statum ulcus mihi videatur esse non tantum sinuosum, sed & fistulosum unà cum osse corrupto.

Ulcus quidem, cum essentia ipsius illud ostendat : solutio scilicet, continui in parte molliori cum erosione, unde pus quoddam seu sanies excernitur.

II. Et quidem sinuosum : cum scilicet oculis pateant terni, ut ex stylo probatorio liquet, itemque injectionibus, dum infuso liquore ex duobus majoribus manifestò materia refluit, ex tertio transudat.

Neque verò plures adesse sinus existimo, quod liquoris injecti quantitas respondere hisce videatur, cum immissus ab altero statim effluat, tertio loco, ut jam dictum est, quasi transudet : sic quàm celerrimè per omnes feratur. Candela quoque cerea iidem sinus fuerunt explorati : at non soluti reperti.

III. Fistularum quoque ratione calli, qui manifesto junctus apparet

1. Dum cute quæ albicante omnes sunt obvoluti.

2. Dicta cutis exacte non sentiat.

IV. Os deinceps corruptum esse, & ex fractura conjici potest, quàm (malè præsertim tractatam) subsequi solet : dum inflammata carne & cute,

pute, tanquam operculo suo os spoliatum. (aëris, quem nunquam ex-
pertum fuerat, appulsum) alteratur.

2. Deinde ex ulceribus dysepuloticis præcedentibus quorum ratione
sanies ad os decurrit, & in ipsius substantiam sese immittit, unde illius
secundum certos gradus corruptio.

3. Tactus præterea hoc testatur, cum nimirum non tantum in aspe-
rum quiddam (unde perioestio nudatum fuisse facile patet) sed & in æ-
quale, imò quasi in cavitatem quandam stylus fuerit immissus, cum of-
sa sana, dura esse constet, glabra & lævia.

4. Adhuc caro mollis, fungosa, laxa, quæ supercrescere hætenus
sæpenumero solita fuit.

5. Ulcera itidem morosa, & epuloticis rebellia : ita ut licet jam jam
cicatrix induci velle videretur : tamen spontè caro fuerit relinita : quod
in osse illo, natura solido & sano fundamento destituta laudabilem
carnem superstruere nequirit.

6. Sanies denique exeat tenuior & liquidior. Ac licet alias foetere e-
jusmodi sanies maximoperè soleat : hoc tamen loco foetor deesse (ut
per filamenta sicca exploratum fuit) videtur propter injectiones ex frigi-
dioribus plantarum succis ut solani &c. quæ illi resistunt.

Quemadmodum & minor est copia puris, quod fistula in ipsum
os finiat.

V. Verè Rheumaticum autem licet hoc ulcus statui non possit.

1. Cum nulla adsit excrementorum acredo.

2. Neque labra tumida.

3. Neque major excrementorum proventus quam pro ratione ulceris.

Attamen I. Neque pars mittens deesse videtur, Ut.

1. Ex colore faciei colligere est, plumbæo.

2. Ex lienis vitio quodam, & in sinistro hypochondrio quibusdam
quandoque molestiis.

II. Neque pars recipiens, ut.

1. Ex tumore sub loco affecto apparente constat.

2. Quod modò melius, modò pejus æger habeat. (licet & extrin-
secæ hujus causæ reddi quandoque possunt.)

3. Decrementum adsit cruris : sic consumptio, vel avocatio vel deri-
vatio alimenti (per affluxum quendam ad locum affectum) facile
appareat.

Intentiones agendi quod spectat.

Hhh 3

1. Ul-

1. Ulcus ut solutio continui, unionem rursus indicat.
2. Fluxio, si quæ adsit, sui ablationem vel interceptionem, vel exiccationem.
3. Sinus sui repletionem.
4. Callus sui remotionem.
5. Os quantum ad partes corruptas, tanquam præter naturam sui separationem.

2. Quantum ad partes sanas, sui conservationem.

Quibus sanè intentionibus satisfaciendo ab osse corrupto, incipiendum, utpotè quod aliis fundamentum & sustentamentum quasi præbet : ut omnino vitio illo ossis remoto, callus facilè extergeri & laudabilis caro regni, sic sinus tandem repleri : tandem ulcus uniri possit.

Corruptio verò ossis cum non patens sit, sed occulta : quomodo os apparens reddi possit, non facilè patet. Sive,

1. Per dilatantia c. 9. rad. gentian : vel spongiam, & id genus alia : cum tentatum id quidem absque successu fuerit : interim redditus dolor ingens, sicque nova affluxio sit excitata.

2. Sive per sectionem : cum in loco incerto inquirendo multa temerè secare oporteret, cum summo ægri periculo, & artis dedecore.

3. Sive caustica : tam potentialia : quemadmodum & illa usurpata in parte sylvestri fuere : sed propter symptoma gravissimum (stuporem intensiss. sc. partis subjacentis :) statim succedens, amota necessariò fuerè.

4. Quam actualia : cum absque sectione periculosissima neque simpliciter, neque per cannulas applicari possint.

Nisi tamen per septica quis, partes loco affecto, hinc inde vicinas exedere, ac carnes liquare, sic aditum sibi patentem, ad eos affectum parare velit. Quod sanè neque citò, multò minus jucundè, multò adhuc tutò, propter vasa ibi excurrentia fieri posse omninò sentio. Constat equidem (experientia non etiam magna) talia ulcera dari (vel spontè vel artè) quæ magnam tibiæ, aut aliorum artuum usque ad os partem occupant. An verò in casu hoc antiquo, Dubiam illam investigationem dubiam quoque rasuram, vel uersionem, Vir nobilissimus sit admissurus, ut dubito, ita ipsi & aliis meliori judicio præditis judicandum relinquo.

Interim curam hæc (quam tantopere expetit vir nobilissimus) alia via aggrediendo : cum præsertim ipsemet Hipp. ante ignem ferrum experiri jubeat, & ante ferrum medicamenta : Naturæ separatio illa com-

committenda : juvando illam per exiccantia potissimum. Secundum omnia illa tria medicorum auxillia, Diætam, Pharmaciam, & Chyrurgiam : Spectando scil. ut antea ostensum fuit, malum magis urgens, ossis nimirum corruptionem.

1. Non enim tantum dicta exiccantia, vehementer exiccando humiditatem, omnem ossis tam excrementitiam, cariei authorem quam ex parte alimentorum, exhauriunt : Sic partes corruptas, exangves, nutritionisque ac vitæ expertes reddunt : consequenter necessario abscondere faciunt glutine eo. (quo cum sanis partibus ratione vicinitatis, & communione vitæ continebantur) destitutas ; Non aliter atque per autumnum vel etiam alias folia & fructus decidere videmus, consumto alimento & humido, quo tanquam glutine ramis propriis adhærebant.

2. Verum etiam : Quod per siccantia humiditates quod in ossis substantiam imbibitæ sunt, eamque mollem reddidere absumatur : sic os exiccatum firmitus reddatur : hinc facultas expultrix exurgat ac os corruptum, à sano separet.

3. Præterea ossis natura, per siccantia firmior reddita carnem generet, inter os corruptum & sanum : caro autem illa aucta, os postmodum corruptum impellat, sic separet.

4. Tandem ut in casu ita dubio separatio ossis, quam intendimus non succedat : os tamen per exiccantia illa (tanquam temperamento suo respondentia) in sanitate, quo ad licet conservetur.

Neque verò mirum videri debet, per Diætam, & medicamenta appropriata talem effectum separari (licet non ita facilè) posse. Si enim fistulæ, cancri, arthritici dolores, scabies & alii morbi, salsamentorum, acrium & aliorum, quæ tenuiorum sunt partium usu v. g. sinapi, alliorum, capæ, item quovis in cibo & potu excessu, vel saltem immoderantia, efferantur & exacerbantur : cur non cibis, itemque potionibus medicatis & aliis auxiliis appropriatis mitescere iidem & aliis possent, & ad æquiorum saltem conditionem revocari, &c.

Diætam ergo quod attinet, secundum res suas sex non naturales magna illius, ratione habenda, quod absque ea, reliqua medicamenta nil possint : & secundum : Gall : illa unica multi diuturni curentur morbi. Licet verò de singulis illis multa afferri possent, cum tamen temperatam vitam nobilissimus æger aliàs vivat : pauciora monere sufficiat.

Aër ergò in activis sit temperatus, in passivis ad siccum vergens ; vitandæ ergò in primis mutationes ejus subitæ : ac caput à nocturno aëre muniendum, ne defluxiones excitentur : In cibis observanda & & quantitas

titas & qualitas; Illa quidem, ut de mensa surgens appetat adhuc: præterea ut coena sit parcior, quandoque etiam nulla, Hæc verò, ut sint simplicissimi, præterea laudabiles seu euchymi: quales quidem noti sunt. Et assis potius, quàm elixis carnibus utendum, ne fluctuent in ventriculo.

Quemadmodum & betonica, veronica, agrimonia, scordium, coqui in brodiis: Præterea brassica rubrà & cancris fluviatilibus (utpote qui inter vulneraria dicta referuntur) frequenter uti posset. Fugendi è contra crassum ac viscidum succum gignentes, qui facilè quoque patent. Ac vitanda imprimis sale & aromatis nimium condita, fumo exiccata, frixa, acida, itemque acria.

Potus magna habenda ratio, cum citò & multum nutriat, neque eò carere possimus. Cerevisia itaque sit clara & lymphida vetustior paumper, non feculenta, vina generosa fugienda utendum verò albo, tenui, oligophoro, quale Rhenanum vel Neccarinum est. Somnus sit moderatus, & nocturnus tantum neque is statim à cibo inchoandus. Exercitium moderatum ex usu quidem est dum calor natus in crure læso excitatur. Intempestivum verò valdè nocuum est; cum Hipp. eos ulceribus pedum laborantes non stare, ne dum ambulare jubeat. Alvus quotidie respondeat, spontè vel arte, scil: per passulas purgantes, quæ in officinis præstant: vel pruna decocta, aliquid mannæ adjiciendo.

Animi tandem affectus sint moderati: Ira potissimum & moeror qui aliis sunt vehementiores.

Cheirurgiam quod spectat, cum verè rheumaticum ulcus non sit, neque venæsectio, neque scarificatio, multò minus fonticulus in opposito crure pro derivatione, vel etiam in affecto pro interceptione ex usu esse videntur: Adde quod corpus alias cacochymiam potius quam vitio lienis) quam euchymiam præferat. Ut omninò, cum ex superioribus apparuerit, apertionem ossis, tutam haud admitti posse, manus opera ferè sic excludatur.

Medicamenta quod attinet, præmissâ vacuatione primùm primarum venarum, per pil. hier. cum agar: aggregativarum post totius, vel per nodulum rhabar. fol. sen. agar. vel per syr. magistralem, ita ut tempore nunc verno ex rad. polypod. querni, Acori, gentian. Scorz. Valerian. fol. chamel. beton. primul. ver. Capill. Ven. lupul. Cort. myrob. chebu. citrin. Inder. sem. anisi foenic. fesel. cartham floribus hyperic. &c. passul. glycyrr. S. &c. decoctum paretur, & in eo infundatur, a. Rhabarb. fol. sen. agatic. rad. mechoac. &c. ac colaturæ addatur.

tur Syr. de fumar. byzant. comp. Manu. calabr. Sl. Sacchari q. s. pro mediocri dulcoratione : præmissâ inquam vacuatione, Lignum ex usu foret tanquam Catholicon per se exiccans scil. totum habitum corporis : præterea quod dirigi per appropriata ad locum affectum & præsens malum possit : inprimis si maligna aliqua qualitas juncta forsan ulceri esset. Sudoriferum ergo parandum ex lign. Sanct. cort. ligri : falsa sparil. sassafra additis sub finem decoctionis rad. pimpinell. Caryophyllat &c. fol. beton. Veron. Careui &c. Sudoriferis non admodum conferentibus magni nominis medici, potionibus utuntur vulnerariis, quibus experientia astipulatur. Et ratio id svadere videtur : quod licet potiones istiusmodi, noxios humores per alvum non expurgent : Ulcera tamen detergeant, & ab omni vitiosorum ac excrementosorum humorum colluvie vindicent. Sangvinem præterea ichorib. & omni impuritate depurgando puriorem reddant : Ut postmodum natura excitata, corruptum à sano (beneficio facultatis seretricis) separet, atque ex sanguine illo defecato, tanquam materiâ aptâ & laudabili carnem quoque laudabilem regignat, & restituat. Posset ergo talis parari ex rad. aristolorum rot : Charyophyllat. Ind. fl. pimpinel : consolie. utr. fol. pantaphyll : peucedam : Scabios : agrimon. nepet : veron : beton : fanicul : Scord : Sem : card. benedict. hyperic. &c. Summ. Cannabis rubri & c. h. cord. & c. coquendo illa vel in aqua simplici vel appropriata ad quantitatem quamcunque, post dulcerando & aromatizando melle rosato sacch. conammom &c.

Quidam additâ justâ quantitate sacch. & Cinamomi, colando per manicam, parant vinum Hippocraticum Magis tamen arrideret distillatum affuso, vel vino albo tenui, vel aquis appropriatis. Vulneraria potione, & ipsa non admodum conferente, thermæ inprimis Carolinæ, cum ratione minerarum, duplo plus exiccent, quam calefaciant, præterea penetrent, abstergant, consolident : maximo ex usu essent. Dum nimirum calor natus partium læsarum vel etiam ossium, excitari ita solet : sic sumtiones illius singulæ melius administrantur : humores, si qui affluant impediuntur : & si qui præsentés sint, excantur : Squamulæ ossium corruptorum quod licet, abstergentur, & soluta unitas rursus consolidatur : Si præsertim stillicidio illarum uteretur. Cumque de frigido illarum usu, num admittendus is sit nec ne, diligenter inquirat : minus commodæ tales videntur. 1. Quod ex Hipp. frigidum ulceribus mordax 2. frigidum ex eodem. Hip. nervis, nervosis & ossis partibus sit inimicum. 3. Tanta erosio quo ad interiora

in hoc malo penitus latente absque gravioribus Symptomatis vix possit institui.

Localia ipsa quod spectat, observata intentione principali exiccandum quoque ob rationes supra relatas. Unde injectiones ex herbis quoque vulnerariis dictis v. g. agrimon. aristol. rot. pimpinell. Veron. Osmund. &c. parandæ : miscendo illis ea, quæ ossa propriè spectant, cort : pini, opopanax. rad. pucedan. bryon. pumic. ust. Cretam conbust, thus. myrrham : ac si fortius velimus aloen gum. elemi, camphoram. coquendô in aqua simplici vel appropriatâ, vel hordei : ac usurpando colaturam aut per se simpliciter, aut addendo mel. ros.

Quod si fortius adhuc requiratur, lixivium parari posset ex cinere absinth. abrotan. aneth. addendo quadruplum ciner. fagni. aut querni. Atque illi injiciendo sequentia metallica, ignita : Alia a. ingredientia pulverisata : ac colatum cum melle ros. usurpando, Alumen subustum Sarcocoll. lap. calamin. marchasit calcin. ciner. fluviatil. Chalyb. aristol. utriusque lithar. tutiæ, myrrhæ mastic. bol. atm. terr. sigill.

Ex quibus ipsis (si res postularet) cerotum parari posset, extrinsecus applicandum, additis ammoniaco, galbano seu therebinth : Cerâ & id genus alijs.

Quæ quidem nunc agenda mihi videntur : aliorum a. præstantissimorum Medicorum liberam sententiam & judicium cognoscere quoque cupio.

CONSILIUM LXXVII.

DE VITIO CUTANEO OBSIDENTE COLLUM, ET PARTEM MENTI, BARBÆ- QUE PILOS IMMUTANTE.



Utritio Omnium Naturalium actionum prima est, ac prope modum maximè necessaria, alteratricis quædam species, ea non tantum in ventre obitur, sed & in venis, imò in unaquaque corporis particula, atque hîc assimulatio vocatur, nominetenus à nutritione, nihil autem reipsa dissidens. Bifariam autem frustratur nutritio : aut enim prorsus non fit, aut non ritè sed vitiosè, neque intra justum modum, nunc ipsius virtutis alteratricis, nunc materiæ culpa atque defectu. Non fit nutritio ob privationem & defectum materiæ, ut in *argosia* vitiosè fit culpâ materiæ ut in

ut in κακοτροφία ad quam Leuce pertinet, quā H. T. jam ex longo tempore conflictatur, inter cutis foedatæ vitia, & ad vitilignes relata. Species vitiliginum Græci ab immutatione floridi caloris cutis in austerrum ἀλφες, Latini inde album nominant, immutare enim apud veteres ἀλφαίνειν dicebatur, Aetius lib. 3. cap. 132.) tres sunt, ἀλφες generis nomen retinens, μέλας & λεύκη. μέλας nigro & umbroso colore cutim inficit : ἀλφες & λεύκη albo & subaspero describitur, sed uterque quodam discrimine. Non enim leuce summam duntaxat cutem ut cæteræ duæ vitilignes, obsidet, sed paulo descendens altius, in cutim totam, & quadantenus etiam in subditam carnem grassatur, pilorumque radices corripit, quos sensim videmus defluere, quiq̃ue succrescunt, novis prioribus haud similes esse, sed prætenues & instar lanuginis albos, deformiterque canos. Si qua ex vitiliginibus aliter colorata est, verbi causa, si cutis liveat, aut rubeat, fusca sit, eam moderni malum mortuum ferè indignant, in quo sensus admittitur, aut multò est stupidior, quàm in cæteris vitiliginibus. In omnibus igitur cutis decolor est, & florem suum naturalem, qui ex rubro & albo mixtus est, & in carnatus, perdit, maculis velut squamulis non continuatis, sed palantibus, & guttarum more dispersis inquinata, quæ mutata pristina se de sua interdum per temporum circuitus efflorescunt, ac longè lateque in aliis citius, in aliis serius proserpunt.

Ejusmodi macularum in cute causa est error facultatis nutriticis, & quem ipsa gignit ope caloris sui, sanguis improbus & vitiosus.

Est enim calor succorum dominantium, & exuberantium in corpore, qui ut probè adhæreant affectæ parti, ob ejus tamen infirmitatem assimulari & in rubedinem transmutari nequeunt. Quapropter caro, vitioso hoc, ac interim crudo sanguine diutius alta regenerataque concolor ipsi redditur, habitumque adipiscitur consimilem: ut caro quidem maneat, sed immutata forma pristina, aliamque aut verius alienam speciem degeneratione quadam induat, neque tantum, ut in crustaceis exangvis & alba, sed & gracilis nutritionis desiderio evadat. Sub hac specie sensus tangendi in particula, quàm leuce occupat, sese ipso torpidior redditur, ut neque scalptum, neque punctiorem infixæ aciculæ percipiat. Et tantum quidem de ideæ hujus non tam morbi, ut autumat Hippocrates in proerheticis, difficillimi & periculosissimi, quam potius periculi expertis foeditatis sive albuginis, quemadmodum Gaza nominat, tam in carne quàm in cute præter naturam ex pituita crassa, vel malò corporis habitu & lapsa facultatis nutritoriæ pronatæ. Nunc ad τὸνδε;

Galeno Leuce & cætera id genus cutis vitia medicamentis curantur pituitæ trahendæ idoneis : adhæc illis, quæ *σπινυατὰ* sunt, & foris adhibentur. Quemcunque autem Leuce invadit, non ita facile dimittit, præsertim si superficies cutis occalluerit, hoc est in callum obdurata sit, si cutis compuncta nihil aut multo hebetius sentiat, si fricta aut scarificata eadem lacteum quid exudet, & locus ante pilosus nunc glaber & depilis evadat. Tunc enim vix unquam sanescit, neque color pristinus postliminiò recuperatur.

Cæterum de te, vir humanissimè, melius spero : nec enim in id discriminis alba vitiligo tua pervenit.

Hujus curandi ratio in duobus videtur consistere, in publica universi corporis purgatione, & in opera, quæ privatim & peculiariter ipsi loco affecto fœdatoque impendenda est. Ad utramque tibi quædam artis nostræ præsidia mihi præscribenti utique verendum est, ne tritum objiciatur, ecquid Athenas noctuam? Estque in hoc genere jampridem ab aliis me multò, peritionibus in eadem arenâ defudatum strenuè, licet non eo, quem tu summopere optabas, cum profectu. At enim verò tibi amico debitum solvendum est, quod in nuperis tuis à me liberaliter exegisti.

Purgatio prævium quendam apparatus requirit Ordire ergò à potione materiam in corpore digerente, purgationique, quam pilulis deinceps moliemur, apparente.

Recip. *Aq. decoct. capill. ven.*

Agrimonia

Scabiose

Lupulor.

Rad. Oxylapathi

Sem. urtica ʒvj.

Dissolve in iis, Syr. acetos. simplic.

De Betonica

Mell. ros. colat. ā. ʒj

Mis. f. potio bihuana, sorbenda manè hora VI. calidè.

Duabus horis post, aut tertia à meridie sume aliquid pulpæ Tamarindor. recens extractæ, aut si præstò sit tantundem pulpæ Thamarind, conditæ, ut ex India in Emporia hodiè solet asportari,

Recip. *Pill. alæphangi.*

De agarico

De hiera ā. ʒss

Pul.

Pul. Turbith. albi & gummosi gr. viij

Trocis. Alhand gr. iij

*Cum melle ros. col. s. pill. pestilential. magnitudine. manè deglutien-
da hor. V. cum ʒss mell. ros. colati.*

Hor. X. sorbeantur duodecim cochlearia brodii rub. cicerum. Non est autem, quod hanc purgandi corporis historiam sæpius repetas, cum materia vitiosa hæreat in ambitu corporis. Quare te ad τὸν καὶ sive localia adjutoria statim accinges, præmissis tamen Mithridatio, quod habitui corporis dicatum est.

Recip. Mithridatij opt. ʒj

Rhub. Sambuci ʒij

Mis. in unum, & postridiè purgationis sumantur manè hora 4. cum haustulo vini: cui indormire tibi, atque insudare licebit per hor. j. aut ʒss, si vires permiserint. Die his interposito conferat se Dominus in balneum, quo ad defricandum affectum locum utetur pila sive lineo nodulo ex farina fabacea, lupinorum, pulv. cort. rad. cappar. sem. urticæ: aut affricet rutam cum pipere & vino ex vino subassam.

Extra balnea primas in usu tenet aqua è succo limonum in alembico vitreo destillata. Ante omnia autem locus sub mento defœdatus vitiligine præparandus est, hoc est perfricandus nitro, ut non nihil transpiretur, aut confricetur solum cutis in loco aprico, sub dio & ad solem: cui quidem operæ vernum tempus omnium erit accommodatissimum, unde Celsus lib. 5. c. 28. ἀφ' ὧν vernos morbos appellasse mihi videtur. Sunt qui partem affectam asperioribus pannis perfricant, vel foliis ficulnis. Nonnulli loco frictionis partem affectam scarificant vulnusculis superficialiis, & minus altè penetrantibus.

Postea pharmaca ex aceto illinunt. Tertiò abluunt locum, atque abstergunt cum aqua, ne nimis erodatur: Tandem betæ crudis foliis universum locum operiunt. Jacto hoc fundamento numerosa sylva medicamentorum in promptu sit, ne natura uni assvenscat. Fricabis ergo locum albo vel nigro elleboro, quousque exudet. Deinde tepente leporis sanguine inunges, aut illines sandaraca; vel.

Recip. Fol. ficæ

Sulphuris vivi

Aluminis ā. ʒj

Rad. cappar. ʒiij

Hæc in pollinem detrita cum aceti q. s. in corporentur in formam cataplasmati popularis quidem, at usu tamen longè præstantissimi.

Rec. Rad. Dracunculi

Chamaeleont nigri ā. ʒjs

Aconis

Off. Sapia exusti in cinerem ā. ʒj

Farina fabacea aut hordeacea ʒj

Cum aceto in eandem formam redigantur & loco allinantur calide.
Vel.

Recip. Baccar. lauri

Terra cimolia ā. ʒj

Nitri ʒj

Rad. cucum. sylv. ʒij

Spuma maris usta ʒj

Pul. adherentis parientibus domus in qua eger dormit ʒij

Aceti q. s.

Illinatur ad solem, & post parvum interstitium ablue locum. Postest etiam rudis iste pulvis smegmatis loco in balneis adhiberi ad defricandum.

Galenī testimonio in 2. de alim. fac. c. 4. Pepones abstergunt, si sordidam cutem cum ipsis fricueris: alphas extimos & in cutis superficie detergit caro eorum, sed multò potentius ipsum semen. Mihi verò placet magnam amygdalarum amararum quod ab olei expressione relinquitur, magno usui in balneo, & vice saponis.


In ratione vivendi cautum te esse oportet, & omnem cruditatis occasionem, quantum quidem potes præcidere. Quo nomine somno paululum indulgendum, & exercitia oportunè instituenda sunt, & hæc in gratiam caloris nativi, ut is focilletur, & malus habitus frigidio deponatur, aut commutetur in calidum. Vitandi sunt cibi frigidi, pituitosi, glutinosi, ut pisces, legumina, olera, & quæcunque pinguis sunt, acetosa, dulcia. In vino tibi legem non pono. Ut te Bacchus amat, qui tam εὐσπομον & σόμαχον succum tibi elargitus est, quem cum isthic essem, pitissando mihi æstimare licuit, inter Hispanica vina quotquot unquam bibi, facilè præstantissimum. Si vomitus, ab epulis incessat, non intermittendus est, siquidem à crudi humoris illuvie ventriculum exonerat. Venus moderata non incommodat præsertim jejuno stomacho, etsi Cypria rarò absque caloris, jactura saluari solet. Deinde ab animo abstergi, quicquid inest mœsticiæ, decet.

His spero te, Vir humanissime & amice colende, divinâ gratiâ adjutum, & à deformi candore menti liberatum iri, modò in usu eorum ab

absque fastidio, & cum quadam tolerantia perseveraveris. Nam mala chronica sunt filix temporum, suis circum scripta ætatibus, quibus sensim increscunt, & in sui curatione moram diuturniorem desiderant. Quod si tamen res aliter atque speramus, neque ad votum animi successerit, ad phœnigmos & rubificantia nosmet impostherum accingemus. Tu interim ab aqua forti (quam separationis vocant argentarii) tanquam à Dæmone abstinebis. Noli quæso inte ipso vim tanti veneni experiri, quod Phaëthonti ab Halchymistis (puta iis, qui in Chymia parum, in Medicina nihil norunt) dicatum est. Vis liberè & ingenuè dicam, neutrum mihi probatur, neque λόγος ἀπὸς neque πῦρ ἀλογόν. Utrumlibet enim destitutum ab altero mancum est, & ὁλοκληρεῖται etiam suam amittit. Hæc tu fortassis joca dices, atqui ego seria. Vale & me ama.

CONSILIUM LXXIIX.

PRO QUODAM LUE VENEREA
INFECTO.

uidam Haud Infimæ Notæ lue venereâ admodum erat infectus: habebat os exulceratum, & supra uvulâ ipsi cavitatis quædam erat erosa insignis, intantum, ut bibenti potus ad nares restagnaret, indidemquem largiter efflueret; is curabatur perquam feliciter medicamentis sequentibus:

Recip. Conf. Hamech. ℥iij. spec. Elect. Eleſcopi ℥j

El. de succo rosar. ℥j

Ol. fœniculi gt. ʒ

Mis. cum ſacharo pro bolo.

S. Electuarium A.

Recip. Rad. ſcorzonera ℥j

Cichorii ℥vj

Lapati acuti

Borraginis, pœonia

Pentaphylli ā. ℥ß

Fœnic. asparagi ā. ℥vj

Calami aromat. ℥js

Liquiritiæ ℥j

Polypod. querc. ℥js

Passu

Passular. 3x

Sem. carchanti conquass. ʒj

Citri ʒiij

q. Sem. frag. major. ā. ʒj

Pulpa Tamarind. ʒj

Corr. mirobal. citrin. chebul. Indor. cum ol. amygd. dul. praeparat. ā. ʒʒ

Corr. rad. elleb. nig. styr. secundum descriptionem subscriptam
prep. ʒiij

Turbith. albiß. ʒij

Caryophyllor. ʒijs

Fol. beton. origani

Flor. stæchados Arab. rosmar. ā. Mj

Ceterach, agrimon, numularia ā. Mʒ

Fumaria Mj

Lapat. acuti

Borrag. adianthi nig.

Capill. Vener. cichor. endivia ā. Mʒ

Coquantur ut decet in s. q. aq. fumaria, sub. finem addendo
Fol. senna ʒijs

Epithym. cret. ʒj

Ubi ebullierint parum, colentur pro his quibus adde.

Syr. de stæchad ʒijs

De fumaria ʒiij

De succo beton. ʒij

& infund. per noctem

Rhabarb. opt. ʒv.

Spic. Indor. ʒʒ

Agar. Trocis. ʒb

Expressi Rec. ʒiij. dentur pro dosi. assund. ol. fœniculi gt. ij.
S. Potio B.

Reiteretur quoties postulabitur.

Recip. Mass. pill. coshiar. ʒʒ

De fumar. ʒj

Aggregat. ʒʒ

Troc. Alhand. gr. ij

Cum aq. salvia f. pill. n. xxiiij

S. Pilula C.

Recip. Mishridat. opt. ʒj

Conser. borrag.

*Anthos A. ðij**Mis. pro bolo.**S. Corroborativum D.*

Hisce medicamentis, quæ tibi, mi Domine N. N. hac vice mitto, utere sequenti modo:

Mane hora sextâ bolum A. degluti: jejuna ad decimam fuge aërem externum & attende quantum purget: sequenti aurora hora quintâ bibe potiunculam B. calid. redormi h. i. cavendo tamen sudorem. Tertiâ aurorâ cessato. Quartâ ex cephalica dextri brachii mediocrem sanguinis quantenus titatem, uncias quinque circiter emittito.

Sequenti manè, quinto scilicet die reiteretur potio B. ut & sexto, septimo & octavo die, ita ut sexies ea bibatur. Hac ratione enim tota massa sangvineâ bellè emendabitur alvo nimirum ter vel quater in die officium suum faciente, & vitiosos humores exterminante. Si verò continget pluries ventrem dejici, nec tu benè ferre possis, diem quandoque unum quiesce: potionibus omnibus exhaustis, duobus integris diebus ab omni medicamento abstinendum. Sequenti tandem manè pilulæ C. deglutiendæ h. 6. & superbibenda cochlearia aliquot aquæ salviæ vel betonicæ. Aurorâ altera Roborativum D. hora quinta comedendum, rursusque pro libitu dormiendum.

Recip. *Rad. elleb. nig. Syr. q. f.* abscondantur capillamenta, quæ infundantur per noctem in vino malvatico, & iterum leviter exsiccentur, post interior materia lignea abjiciatur, cortices reserventur usui & S. *Cortices rad. elleb. nig. preparat.* Stipes similiter vel truncus abjiciendus tanquam inutilis.

Not. Cum filum curationis hucusque à nobis fuisset deductum, quiddam memorabile & relatu verè dignum accidit. Me enim jubente & ordinante barbitonsor malum illud venereum sequenti attingebat aqua, ibi ad miraculum usque quicquid emortuum erat & inutile, decidebat, ulcusque illud postmodum curationi tantum abest ut reluctaretur, ut potius quasi ultrò à natura restituendum videretur.

Aqua hæc erat:

Recip. *Salis Ammoniaci pulveris. ʒß*

Spir. vitrioli ʒß

Aq. rosar. alb. ʒjss Mis.

Postea præscripsi sequentia remedia.

Recip. *Ligni guajaci limat. ʒiij*

Cort. ligni ʒj

Kkk

Rad.

Rad. *sarsaparill.* ℥ijLig. *sassafras* ℥vjRad. *Scorzonera* ℥ij*Pentaphylli* ℥j*Pæonia* ℥ß*Passular* ℥iijSem. *anisi* ℥iij*Cinamomi* ℥iijßHerb. *betonica* Mj*Salvia* Mß*Cichor.* Mß

Pulverisentur & incidantur omnia ut decet, postmodum infund. in olla vitrea benè excoctâ affundendo aq. fontanæ ferventiss. libros quatuordecim, id est quinque cantharos Lipsenses. Stent in infusione per horas duodecim, post coquantur ad medietatem. Colatura reservetur usui: exhibeantur uncia sex usque ad octo.

S. Hydroticum A.

Remanentiis decocti superioris affund. aq. fontanæ libras quatuordecim, addendo rad. scorzonera ℥ß passular. corinth. ℥vj cinamomi, sem. anisi an. ℥js santali citr. ℥ß. Coq. ad absumpt. tertiæ partis, & per se refrigescant; post colentur. Colatura servetur usui & *S. Potio cibalis B.*

Recip. Rad. *salsa parill.* ℥j. lig. *guajac.* lim. ℥iij*Sassafras* ℥iijRad. *scorzonera* ℥jHerb. *Betonica* Mj*Salvia* Mß*Passular.* min. ℥jsSem. *anisi**Cinamomi* opt. ā. ℥js

Coq. in aq. fontan. lib. xxiiij, ad consumptionem tertiæ partis, ubi per se refrigerint, Colentur, Colatura servetur usui.

*S. Potio Cibalis C.*Recip. *Spetier.* diatrion. *santal.**Diarhod.* Abbat. ā. ℥jß*Diambre**Diamoschi* dul. ā. ℥jOl. *macis* gt. iij

Sach. albiss. soluti in aq. *cichor.* & *beton.* ā. ℥v.
F. Conf.

F. Conf. in rotulis.

S. Rotula D.

Recip. Ungvent. infrigid. Galeni

Rosat. Mesuei ā. ʒvj

Cum ol. rosar. odorifero f. linimentum molle pro inunctione dextri laris.

S. Ungventum E.

Recip. Ungt. rosat. Mes.

Ceroti santalini ā. ʒʒ

Populei ʒij

Ol. rosacei ʒʒ

Mis. pro inunctione lumborum. F.

Recip. Mass. pill. coctiar. ʒʒ

De fumaria ʒj

Aurear. ʒʒ

Extracti helleb. nigristyr. gr. iij

Cum aq. salviae f. pill. n. xxj

S. Pilula G.

Recip. Mitridat. opt. ʒj

Deur ad fictile.

S. Mitridatium H.

Recip. Rad. Filipendula

Pentaphylli

Pæonia ā. ʒiij

Malva ʒʒ

Sem. Pæonia

Sileris mont. ā. ʒjs

Baccar. lauri ʒij

Sem. fenugraci ʒij

Herb. beton.

Salvia

Origani ā. Mj

Pulegii Mʒ

Malva

Parietaria ā. Mj

Flor. Chamomel.

Stæchad. Arab. ā. Mʒ

Coq. pro lib. j. in Colatura dissol.

Electuar lenitivi

Kkk 2

De

*De hiera simpl. ā. ʒiijss**Diaphænic. ʒjs**Ol. Cœcirini**Anethini**Mellis anthosati ā. ʒj**Mis. F. Enema.*

De hydrotico A. bibendum manè horâ tertia ʒvj. usque ad 8. ʒ, superdormiendum & sudandum ad 7. sudore absterfo inungat epar unguento E. & lumbos unguento F. comestis prius rotulis D. Horâ octava prandendum, primisque tribus diebus more solito edendum, sequentibus aliquid subtrahendum in inquantitate cibi. Tribus diebus primis dictis bibendum etiam nihil præter potiones B. & C. nã sanè potiones etiam semper in promptu sint, probè curetur. In hypocausto maneat, obambulet. Hora tertiâ vespertina in lectum rursus sese recipiat; quartâ dein auditâ sudorifera potio prædicto pondere hauriatur & per unius horo spacium, fiat sudoris elicium. Rotulæ quinque comedantur & partes scriptæ inungantur. Sexta hora cœnet. Sudorificæ & cibariæ potiones nunquam deficiant.

*Recip. Confect. Hamach. ʒjs**El. lenitivi ʒijs**Spec. Elect. Elefscop. ʒß**S. Electuarium K.**Recip. Syrupi de fumaria ʒjs**Aq. fumaria ʒij**Mis. S. Saccus L.**Recip. Decocti fumariæ, flor. steecchad. & cichorii ʒiijss**Elect. de succo rosar. in tabul. ʒj**Conf. Hamach. ʒij**Spec. Elect. Elefscop. ʒij**Syrupi de fumaria ʒj**Mis. S. Purgatio M.**Rec. Aquæ fontanae lb. ij, in quibus laminas cupreas decies extingue.**Rec. hujus aquæ lbj. aq. plantag. rosar. a. ʒiij.**Sublimati ʒyß**Sachari optimi ʒß**Bulliant ad medietatem, & clarificentur cum albumine ovi.**S. Aqua N.**Hæc aqua servetur ad usum.*

Reli-

Reliquorum medicamentorum usum continuet per quatuor vel sex hebdomadas.

Ubi primò hydrotico A. usus fuerit, tormina aderunt, quæ Ene-
mate I. auferet, ita tamen. ut eo die sudoriferum vesperi omitat. Aliàs
etiam alvus semper sit laxa vel sponte, vel clystere I. aut electuario K.
Hoc electuarium sumat manè, sudore finito; idque vel in forma sic-
ca, vel succo L. dissolvat, & tunc à meridie cesset ab hydrotico.

Singulis etiam septimanis semel per integram diem ab hydroticis
cessabit, & eadem die utetur manè hora vj purgante M. Ubi tribus se-
ptimanis perrexerit, tandem ulcus illud venereum aquâ corticum ju-
glandium destillata diligenter abstergat: vel ejus loco utatur unguen-
to Ægyptiaco, quod dissolvat aqua plantaginis, & habeat pro garga-
rismo. Si ulcus tunc nimium dolebit, gargarismo utatur è lacte te-
pido. Quod si hoc modo ulcus vel recrudescat, vel simile quid no-
xii appareat de regenerata carne superfluâ & inutili, vel etiam id me-
dicamentum non satis sit efficax, ad potentiora descendendum.

Bombace itaque aqua N. excipiat: ita ulcus tangatur: tunc ca-
ro putrida & dura facile vincetur. Cheirurgus postmodò carnem a-
stringentibus & exiccantibus curet. Tandemque ita è domo in aërem
patentem (sed non nisi gradatim) se conferat.

In cibum veniant ova tremula, jura Gallinacea, amygdalæ, pineæ,
jura bubula, carnes gallinarum sine aromatibus, pulticulæ, ova liqui-
dius frixa, hordeata. In mensis secundis habeat passulas, confectio-
nes amygdalorum, pinearum, anisi, fœniculi, coriandri unicâ sachari
tunica incrustatarum. Pira, citonia, aliaque styptica & incrassantia
ad tempus proscripta sunt.

CONSILIUM LXXIX. PROPHILACTICUM

TEMPORE PESTIS.

Nec non XXC.

THERAPEVTICUM PRO IIS, QUI JAM

DENUTU ET VOLUNTATE DEI LUE

PESTIFERA SUNT INFECTI.

*Datum & promulgatum lingua vernacula ab ipso D. BRÜN-
NERO, sine tamen medicamentorum descriptione,*

Anno 1598.

Kkk 3

PRÆ.

PRÆCAUTIO IN PESTE CERTIS MEDICAMENTIS FACTA, UT ET PRÆSERVATIO.



Rimò omnes Masculi & Viri sacculum literâ A. signatum & collo appensum gestent, & naribus adhibeant. Fæminæ verò & Virgines sacculum B. litera insignitum secum habeant.

Deinde utriusque sexus homines ite. tam fæminæ, quàm mares Scuta Cordialia indusiis prope cor sub sinistri lateris mamillæ inferiore parte assuant; aut tegumento pectorali annectant, idque interdiu & noctu. Quæ scuta tamen aut sacculi interbassati & ex sindone confecti vel sericeo rubro variandi sunt pro ætatis diversitate. Nempe pro adultis primo, deinde sedecennibus decennibus quinquennibus trimulis, aut bimulis. Id quod benè Caudo Medico & iis, qui circa ægros versantur, observandum erit.

Tertiò Linimentum est præscriptum sub litera D. cujus quantitas erit instar pisi aut ciceris, quo nares illinantur & aurium meatus, antequam quis domo exeat.

Quartò ordinatæ sunt rotulæ sublinguales aut orales; sub litera E. quarum una semel sensim liquefieri in ore aut lingua debet & sic sensim delingi. Id quod prodest contra aërem in propinquo infectum.

Hæ rotulæ autem mulieribus non prosunt, cum moscho sint imbutæ; pro quibus substituuntur aliæ sine moscho, aut ambra aut zibetho, quibus uti ipsæ in eodem contagionis periculo possunt.

Aliàs alternatim matronæ exiccatos citriorum cortices aceto aut vino puro maceratos masticare queunt loco dictarum rotularum in ore liquefcentium.

Sextò aër corrigendus est suffimigiis, qualia præscripta sunt, sub signo F. de eorum itaque portio injiciatur prunis ἀνάρτοις & siccis, nulloque fumum aut fætorem emittentibus, idque quater fiat in locis suspectis aut nondum infectis manè, ante prandium, & cœnam, deumque vesperi. Ne verò pestis contagium, si fortè aliquem infecterit, diu aut tam cito hæreret, nedum radices agere queat, ecce maribus sub S. G. singulo mane dimidium morsulorum erit absumendum, sicut dimidii reliquam hora 3. à meridie. Postero die & sequente alternatim rotulæ usurpandæ sunt tres vel quatuor, mane sc. & vesperi sed ita; ut si hodiè morsulis usi fuerint, cras rotulis H. perendie ro-
tuli

tulis l. fruuntur. Fæminæ v. solas rotulas jam dictas usurpent. Pueris verò solùm exhibentur rotulæ unæ vel duæ, præsertim de Zedecoria H.

PRO DOMESTICIS ET PAUBERIBUS.

Conclavia, quæ hi inhabitant, aut loca, ubi versantur, quater quotidie suffitum experiantur, mane, ante prandium & coenam, & post pocenium, suffimigium autem præparatum sit ex talibus quæ vel singulatim, vel conjunctim, si haberi possint, incendantur; sc. ex origano, lauri baccis aut foliis, absinthio, quernis foliis, juniperi baccis aut ramis, seu cremiis, lavendula, Ruta, betonica sylvestri, succino, mastiche, thure; apprimè commendatur pro suffitu: si vitrioli ℥iij. in semisextario vini boni contriti sumantur & infundantur in laterem ignitum, & vapor conclave, ubi ægri jacent, pervadat & imbuat, adeoque aëris malignitatem corrigat. Quod si æger inibi peste infectus fuerit demortuus, ne contagium delitescat, & ita ulterius serpat, aliosque ingressos inficiat, calce nova parietes inducendi sunt, ut ita venenosæ pestis fomes absorbeatur.

Porro singulis horis matutinis antequam quis domo, pedem efferrat, radix Angelicæ, Dictamni veri, valerianæ seu phumajoris, Levistici Helenii, Magistrantiæ & Chamophyllatæ radices aceto vini per noctem maceratas habeat, quarum portio ore assumenda & masticanda erit Rutæ, melissæ, nigellæ Levistici aut Magistrantiæ radices vino imbutæ & nodulo insutæ pro odoroamento esse possunt.

Tertio, valde profunt: Pimpinellæ, Dictamni, Magistrantiæ & Angelicæ, radices singulatim pulverisatæ, quarum pulveris manè tantum butyro & panè comedendum est, quantum uno grosso seu solido contineri potest. Pro merenda mulierculæ & ancillæ valerianæ, Levistici & Zedoariæ radicem, vel Enulæ campanæ tenuissimæ tritam eadem dosi accipiant, sed ita ut alternatim radicib. pulverisatis utantur; & hodie hac, cras alia, & sic consequenter fruuntur.

QUOMODO PESTE INFECTI SE GERERE DEBEANT.

Si quis iusta ex DEI ira ob peccata admissa contagiosa peste imbuetur, ille post preces primò & seriò ad Deum non tam scelerum vinclicem, quàm patrem benignum & vitæ largitorem effusas & quotidie singulis momentis iteratas, auxilia legitima & à pio bonoque Medico præscripta negligere non debet, quod si fecerit, parùm aberit, quin
Deu

DEUS omnipotens & fidus gratiam favorem & benedictionem medicamentis & alimentis sit largiturus. Inprimis autem certa signa adsint oportet, è quibus ægro innotescet, se revera jam pestifera lue infectum esse, id quod deprehendet; 1. ex inopinata & subitanea omnium virium in corpore prostratione, item ex dolore artuum ostocopo; in quo talis sensus, qualis in iis, quibus brachia & pedes malleis, fustibus aut rota sunt contusi, unde langvor & imbecillitas tanta sequitur, ut nec stare, nec incedere, ne dum officio consveto fungi possint; sed decumbere & quiescere gestiunt & ad lectum nolentes, volentes pergunt. Quod si igitur tale quid simul ac quis persentiscat aut subodoretur citò occurrat, nec differat: Nam.

Principiis obsta, serò Medicina paratur.

Cum pestiferum illud venenum non inducias det; sed & illicò petat, ita ut unicus horæ quadrans in hoc acutissimo & lethalissimo morbo neglectus plus obsit, quàm in aliis morbis aliquot dies. Ideoque non tam diu cesset, aut cunctetur, donec capitis dolorem, frigus, horrorem, aut calorem persentiat, angorem item circa pectus & deliquia crebra animi advertat, atque ad vomitum irritetur, Hæc enim symptomata, unde morbus pestilens liquidò innotescit, arguunt certò, jam ægrum peste infectum esse & venenum illud contagiosum sanguinis massam & omnes corporis partes artusque perrepsisse & inquinasse. Quamprimum itaque langvorem & lassitudinem talem percipit, & lecto decumbere cogitur, ex officinâ sibi afferri curet, sudorificam aquam sub litera K. quæ aliquantò preciosior, aut aliam viliores sub litera M. in tribus distinctis fistilibus infusam, quorum unum calefactum illico exhauriat, & lecto contactus sudet quantum potest, ad horam 1. aut alteram, quod si haustum evomat, alterum fistile aqua sudorifica plenum fervefactum exhauriat, vel etiam tertium: quod si secum retinuerit & probè desudaverit, adeoque bubo efflorescat, aut anthrax, febrisque simul invadat, quod Medico dignoscendum relinquatur, & plerunque ex rigore & horrore deprehenditur; venam secari jubeat à barbitonsore, conveniet hæc parti, in qua bubo est ortus, id quod à Medico Chirurgis significandum erit; & quantum sanguinis detrahendum: sine qua conditione si sit, venæsection prohibetur; Quod si itaque venæsectio sit absoluta, aqua cordialis ægro sub signo N. est præscripta infictili, quæ benè circumagi debet, ut turbida fiat, & inde 4. cochlearia communia ebibat, & inde fortem haustum de aqua card. bened. superbibat; Quæ aqua cor mirè corroborat, quapropter interdum & noctu

& noctu sæpius, & singulis horis eam benè confusam & turbatam usurpet; & iterum haustum bonum aquæ card. benedi. aut scordii, aut scabiosæ superbibat; sin a. ardor vehemens superveniant & sitis, usurpet aquam acetosæ, acetosellæ, Borraginis, scordii, aut flor. Nymphaeæ alb. sed aqua cardui benedi. præcellentissima est. Quia v. aqua cordialis N. charior est, pauperibus alia præstat viliori precio sub signo O, qua uti possint. Quod si venæsectione non sit opus, illicò confugiant infecti ad usum aquæ Cordialis. Dum itaque sudor primus abiit, & venæsectio, si opus, facta & aqua cordialis hausta fuit, cibandus est æger alimentis corroborantibus ut jusculis galli. carnis bubulæ, it. pulmenticulade ptisanæ cremore cum emulsione amygd. dulcium, de similis albißimis, quib. inspergatur codimenti loco pulv. cordialis, pro cibo adhibeant tenuam bubulam carnem, vervecinam, vitulinam, itemque aviculas, apprimè alaudas; quod si carnes fastidiat, patiens, aviculæ & carnes aliæ assæ contundantur, contusis jusculum gall. aut de carne bubulo leniter affundatur & succus reprimatur & misceatur cum succo citri, granator aut limovum, aut cum rob. de herb. sal. rib. ut astringitatem acquirat, & ita propinetur. Talia enim juscula mire confortant vires hominis: quia sunt ἀπενεργὰ concoctu facilia, nec multa alteratione indigent; sed faciliè in naturam spirituum & corporis nutriendi substantiam convertitur, ut Hipp. habet aph. ῥᾶν πλεονεχὲς πότε, ἢ σίλῳ; & ita etiam ægri vires facilius conficientur: Carnes & aviculæ decoqui possunt frustis citri aut limonum in orbiculos defectis aut uvis acerbis additis, & notandum omnia edulia debere esse acidiuscula: affundatur item cibus succus citoniorum aut vinum citonites imo succus eorundem pro potu in siti exhiberi potest aut cum citoniis in frusta dissectis carnes decoquantur.

Patientes debent esse abstemii & invinii: utantur verò cerevisia proba & antiquiore, item succo de citoniis, qui peculiariter veneno contagioso resipit, vel aquis scordii, cardui benedi. acetosæ, & scabiosæ, & in ardore vehementissimo, aquis de floribus nymph. alb. cucumeris, aut Endiviæ, quibus admiscuntur ob acredinem succus de granat. & berber. succo acetos. citri, videndum tamen ne plus justo admisceatur, ne nausea oboriatur; sed gratia concilietur & palato ægri consulatur. Quod sit ita cibus prima vice fuit æger, jejunium toleret, tries horas, interim crebrò usurpet & exorbiat aquas cordiales sub signis N. & O. & haustum superbibat de aqua cardui benedi. aut aliarum supra commemoratarum. Et hæc est primus diatandi modus.

Secundò, elapsis tribus horis post jejunium, alterum fictile aquis sudoriferis plenum ebibat, & sudet in lectu sesqui horam, inde aliquid de cibo supra præscripto sumat, & aquas cordiales frequentet.

Tertiò iterum horis trib. elapsis tertium, fictile propinetur, ut tot horas sudet, quot ante, id quod in initio faciendum est quàm diligentissimè, ut intra 9. vel 10. horas ter desudet: Quia enim malignitas veneni pestilentis nimis vehemens est & in corde radices ferè egit, vix fieri potest, ut una vicè tolli & expelli possit, à corde. Licet enim quandoque post usum rectum aquarum sudorificarum semel adhibitum appareat, q. nihil mali subesset, delitescit tamen fomes velut sub cineribus consopitus; & ocyus exardescit velut scintillæ antequam in flammam abeant; neque hic securitas est ulla, ita ut posteriora pejora fiant priorib. Ideoque provocandus est sudor hydroticis aquis, & cor confirmandum aquis cordialibus quo pestilens venenum planè extingvatur, quem in finem & ad carpos & cordis regionem sacculi & fomenta sunt ordinata sub. Z. & aqua pro pulsu ad arteriis ventilandas & recreandos spiritus vitales X. & V. qua imbuantur lintheamina & carpis obducantur. Nodulus item odoratus A. A. sæpe in aqua odorata imbutus adhibeatur naribus crebrò: pro corde a. sub sinistrâ papillâ unguentum seu linimentum confectum est BB. pro ditioribus sicut CC. pro tenuioris fortunæ hominibus quod illinatut sæpe. Et licet sufficiens videatur aqua sudorifica ter usurpata in 9. aut 10. horis: non tamen negligentem aut securum hic esse debet; sed pergendum est & propinandum aquæ dictæ sudorificæ in uno fictili dimidium altero die, manè, & sudandum inde per horam aut ultra, & demum tertiam partem, donec meliusculè se habere deprehendatur: & vires manifestò redeant resectæ, roburque corporis iastaretur; Sin verò nimis charæ pauperibus sint aquæ dictæ sudorificæ, pulverem habet alxipharmacum, L. cujus iusta dosis cum aquis appropriatis ipsis dispensari tolerabili precio debet; idque eo modo, ut aquas adhibebunt, & si primo evomuerint, secundo & tertio alias doses vel inviti assumant; inde vero dimidium pulveris & demum tertiam partem ebibant, donec convalescere se sentiant. Porro plebeculæ infimæ, ut & gravioribus personis, nisi delicatæ nimis sint, præparate I. pharmacum de cantharidibus & fermento, uti notum chirurgis, quod arteriis anterioribus alligatum, & supra malleolos in crura aut tibia alligatum, mirè subtrahit venenum contagiosum à corde.

Sin alicui, quod optandum, proba terra sigillata, bolus armenus verus, aut terra sigillata Silesiaca strigenfis ad manus foret, harum zij

con-

contritas in ꝑxij aquæ cardui benedicti dissolvat, & benè permisceat, ut turbida potio fieret, & cochlearia 4 communia ebiberet, loco aquæ Cordialis, superbiberetque aquæ cardui benedicti aut scordii aut scabiosæ bonum haustum, non malè suæ valetudini faciet. Vinum inprimis citonites apprimè laudatur, seu succus expressus ex citoniis recentibus aut decoctum citoniorum frigidum quo uti possunt pauperes loco aquarum stillatitiarum & cordialium. Nec improbaremus hic loram seu sapam citoniorum, aqua affusa & expressa per linteolos è citoniis contusis, ut è pyris sylvestribus pro potu, si benè deferbuisset aut despu-masset, quia hoc potu nihil gratius aut miseris ægris salubrius, præfertim in tanto æstu & siti, quin & ad venenositatem luis, corrigendam & inhibendam rabiem excogitari possit. Quin & aqua ardens seu vitæ aut elixir de citoniis si cui suppetat, ille cochlear unum pro viribus recreantis usurpet, & aliis aquis appropriadis & supra notatis admisceat; nec dubium, quin refrigerium & virium instaurationem sit exinde percepturus. Præterea quoque destillata caponum cum herbis & floribus variis & radicib. quæ contagiosæ pesti, ardori, alvi profluvio, vomitui, syncope, & hæmorrhagiæ resistunt, & vires conservant, non sunt celenda: sed sæpè propinanda. Bubones, quod attinet, pustulas & febres Medicus juxta cum chirurgo sanabit, ut symptomatica. Quæ singula si hic percensere voluerimus, integrum volumen nobis esset complendum. Præcipua tamen prætereunda non sunt: sed advertenda & avertenda, quantum fieri potest, citissimè & tutissimè, ne vires alias languidæ prorsus prosternantur & ita venenatæ & pestiferæ lui ansa ulterius progrediendi & grassandi præbeatur.

Symptomatum primum.

EST OBSTRUCTIO ET DURITIES ALVI.

QUæ si adsit, opus est clystere leni & emolliente ex ptisana ac jusculo avenacæ puliculæ cum paucis uvis passulis & oleo rosaceo aut violaceo; quod si hæc juscula desint, decoquitur clyisma ex herb. acetos. meliss. fol. nymph. viol. mart. lactuc. & borrag. Item de pulp. cucurb. confit. clyster cum præd. suprà oleis, aut postulatur ex officina clyisma leniens sub numero V. Aliàs alia purgantia in initio medicamenta cautè sunt exhibenda, cum iis periculosum alvi profluvium excitari possit; & benè notandum, ægro nihil boni consuli aut inde evenire solet, si statim in principio purgetur; Quia enim purgantibus medicamentis certum tempus est relinquendum, donec vires suas ex-
ferant

ferant & in actum erumpant, submeruendum non interim, ne venenum ad cor properet & illud opinione celerius invadat, quod quidem non purgantib. sed sudorificis & alexipharmacis potionibus est discutiendum & à corde fugandum. Sin a. simul æger probè desudaverit & necessitas requirat alvi solutionem, clyster adhiberi potest ante unam horam, donec demum secundo iterum desudet. Purgationem v. hîc nec natura morbi nec ars sudent. Quidquid etiam alii Medici expertissimi scribant, illud eventus docebit, quod sc. alexipharmaca nimis serò exhibeantur, si à purgantib. auspicari velimus: ut tamen necessitas alvi obstructæ urgeat, & purgantia requirat, possint ea propinari post 13 aut 14. horas, usurpatis jam debito modo sudorificis aquis, id quod benè providendum erit iis, qui ægrorum ut adstantes curam gerunt; In purgatione n. respiciendum est ad super fluitatem humoris educendi, ne unus pro altero educatur, & sic ægro plus obsumus, molestiamque majorem exhibeamus, quam levamentum.

Secundum Symptoma.

ALVI PROFLUVIUM.

QUod priori est oppositum. Quia contraria juxtà se posita magis elucescunt; quod si superveniat, nec tamen æger inde alleviationem sentiat ullam (ubi cita alvi cohibitione opus est) sin a. inde vires roborari sentiat; alvus sistenda non est, sed naturæ, quo vergit, cursus relinquendus etiamsi alvus vigesies deponatur aut exoneretur (modo non planè robur naturæ collabascit;) simulque malignitas materiæ evehatur: tunc tempus est eluendi ventriculum & intestina hac potiuncula. Decoquatur ptisana, & prima aqua effundatur, deindeque nova affundatur, & decoquatur, donec fiat q. jusculum; cujus dosis est, quantum phiala contineri potest, cum duobus cochleariis communibus succi ros. arid. quod una vice exhauriendum est, & post 4. horas repetendum. Sin displicuerit succus de rosis, aut defuerit, ille m. f. ros. rub. incarnat. aut albarum siccarum, sumat & cum jusculo ptisanæ ebulli re sinat, & transeolet, aut fortiter exprimat liquorum & ita ebibat. Similiter & ex antiqua rosarum conserva & aqua hordei potiuncula præparari potest. Sed prius melius est, cum non tam dulce sit (Nam hîc dulcia non adeò conveniunt,) Dum itaque bis potiuncula hæc adhibita fuit, post tres horas ægro alia est concinnanda tam confortans, quàm alvum fluentem sistens.

Recip. *Aq. plantag.* ʒv

Terra sigill. Strigens. ʒj

ANR

*aut bois armen. aut terra sigill. vera
Corall. rub.*

Exacte pulverifat. ʒʒ probè commisceantur : & propinetur ægro una vice tepidè aut calidè. Post 4. horas iteranda est potio : nisi quid me fefellerit, aut æger non rectè se gesserit affirmare ausim, hac tamen cum exceptione, quod non dum venenum vicerit, id expulsum iri per sudorem, & alterum futurum durum : quod si fluxus non cessit, teritiò usurpet, sin nec sic, pulvere utatur sub signo P. cujus dosis ʒj cum aqu. plantag. in mortario probe contriti & comisti, adhibeat vero & ebibat calidè

Cautela tamen hæc observanda, ne nimis citò alvi fluor sistatur : & si reliquæ sint malignæ humorum superfluitates in corpore, quæ sine periculo cohibui & sisti nec debent nec possunt ; Medicus postquam æger de ipsius consilio potionem de ptisana usurparit, simulque tamen videt certum humorem, qui initio apparuit, etiamnum fluere, præscribat potionem ex myrobalanis sub Q. signatam, & illam propinabit post tres horas, ante quam ptisana fuerit usus ; & demum dabit potiunculam de terra sigillata Silesiaca ; ut supra monitum fuit, aut pulverem sub litera P. Nolo hic admonere, quod in potionibus & aliis exhibendis chalybs sit extingvendus.

Apud nonnullos autem, ut audio, ocyssimè alvi profluvium oritur, quo vires ita prosternuntur, ut q. semimortui decumbant. Quia vero exinde colligi potest, sanguinis totam massam, uti id urinæ turbidæ & valde rubræ indicant, peste contagiosa esse infectam, saniores Medici mecum juxtà considerent, an non opus hîc sit venæsectione, & post ter usurpatas sudorificas aquas, potiuncula purgante ex Myrobalanis postero die, dum malignitas materiæ per alvi profluvium fuiteducta ; sicut & aliis suprâ dictis pharmacis.

Tertium Symptoma.

VOMITUS VEHEMENS ET RUCTUS VENTRICULI.

SI humerosa vel vaporosa materiæ pestiferæ malignitas quandoque in ipso ventriculo, aut locis vicinis & circumjacentibus pessimas superfluitates attigit & infecit, ecce vomitus statim excitatur, qui promovendus & provocandus erit medicamentis in eam rem aptis, quo materia universa revomi possit ; Cujus signum 1. si æger à vomitu alleviationem sentiat ; Ideoque vomitivum ex officina petat sub litera V. Imò

nec dissuaderem, si vomitus ventriculum à materia molestante liberabit, ipsi porrigendum esse antimonium præparatum: sic n. Mathiolus de hoc in Dioscoridem accipiendus, qui id valde in peste comendat; sin verò contrà à vomitu pejus se habeat & debilior fiat, æger, cohibendus est vomitus citò, ut alvi fluxus, ne vires naturæ magis debilitentur, & appetitus planè prosternatur & aboleatur. Cui malo obest frustum de latere Cocto novo calefactum aut candens, cui affundatur acetum de mentha crispa, quam quilibet patrumfamilias, sicut & acetum zedariæ, cariophyllæ, & rutæ in promptu & parato habere debet. Ut fervor extingvatur & involvatur panno linteo calido frustum binum, quorum unum ad os ensiforme, alterum ex opposito in regione dorsi applicetur: quod si æger facere aut experiri nolit, cucurbitulam magnam affigi curet ad ventriculi regionem aut ollam minorem, Prodest etiam huic rei aqua Cordialis cum corallis præparata: Item terra sigillata Strigensis, aut Bolus armenus, apprimè tamen plurimum conferunt coralli & terra sigillata Silesiaca, si cum rob. berb. aut ribium, item succo cytoniorum aut granatorum mista delingantur. Dosis succ. est ʒj, vel seorsim vel conjunctim, cui admiscetur ʒj de pulvere, aut terris: sufficit pro una dosi quantitas minoris castaneæ: sed crebrò. Quod si eruptiones & flatus accedant frequentiores è ventriculo, addi debent ad ʒj cordialis pulveris, aut terrarum suprâ sæpè commemoratarum s. gr. granorum Paradisi, quæ peculiarem vim hic habent. Ructus autem isti partim exurgunt à flatibus & pestiferis vaporibus in ventriculo collectis & detentis, partim ex interna inflammatione viscerum adiacentium; ideoque tempestivè occurrendum est huic malo, quia non multò post singultus insequitur. Quod si itaque à vaporibus pestiferis, aut ardore circumjacentium viscerum ructus oriantur, agro præbeatur succus de de fruct. cynosbatos inspiss. cum ipso fructu, vel sensim vel mistus cum miva cytoniorum aut succo granatorum: sin à fuliginibus malignis, exhibeatur eidem succus de mentha crispa, cum terra sigillata Silesiaca, aut aliis id genus med. aut præp. corallis & iterum lates igniti aceto adpersi adhibeantur. Nec rejiciuntur fomenta & ungenta pro ventriculo, præsertim sacculi stomachales roborantes & adstringentes.

Quartum Symptoma.

EST LASSITUDO ὁ στὸ κοπὸς ET LANGVOR VIRIUM TOTIUS CORPORIS.

QUæ duo non nisi à pestiferis vaporibus & fumis prodeunt insinuantibus se in inconspicuos nervorum & membranarum nervacea

um poros, sicut fumus oculos morficare & penetrare solet,) & eos eudentibus rodentib. rumpentibus. Unde tanta inquietudo miseris egris accersitur, ut ubi placidè quiescat, non habeat: sed instigationibus variis per lectum distorquetur, & hinc inde devolvitur, modo ubi pedes ibi caput jacet, brachia capiti jam supponit, jam pedes attrahit, pro qua inquietudine oleum paratum est K quo inungatur spina dorsi, & crura & alii artus, ubi istæ distentiones & dolores percipiuntur maximè, & quidem interdum aliquoties id fiat calidè.

Quia verò hi vapores & fumi nimis subtiles sunt & citò pœne- trant, incrassandi sunt & sensim absorbendi: NB. ne tam citò omnes ar- tus pervolitent & dilatent; unde commendatur maximè, (id quod se- mel pro semper dictum esto) terræ sigillatæ optimæ & polus armenus verus, quam Galenus nunquam non satis laudare potuit, ʒj cum aqua cardui benedicti, quæ magis penetrat, eaque potio sæpius una die ite- randa erit.

Quintum Symptoma.

EST CEPHALALGIA.

QUæ longè vehementior est, si febris putrida adsit pesti adjuncta quàm si pestis sit sola absque febre tali, ut experientia id diu compro- bavit: Quod si igitur ingens capitis dolor cum peste urgeat; dicere au- sim ferè, immediatè febrem synochum putridam, aut ardentem, vel ad minimum tertianam continuam cum peste conjunctam esse, sed de hac re alio loco & tempore. In hoc casu advertendum est an pene aures parotides appareant, natura malignam materiam eo loci protrudente; quæ si conspiciantur, lintheamina circa frontem & caput (prius tamen administrata venæsectione) ita applicari debent, ne parotides attingan- tur, Fasciæ v. ita concinnari debent. Rec. amygd. amar. aut nucl. per- sic. qui magis proficui quibusdam habentur, & quantum volueris; qui cum aquæ solani & flor. sambuci pari portione conterantur & q per emulsionem extrahantur: in qua cum lacte lintheamina imbuantur & ita capiti circumligantur, sed tepidè, aut ex utrisque q. pulticula fiat cum dictis aquis & fiat q. cataplasma. Id quod conducibile esse ægris sum expertus: gloriantur alii de aliis. Lotio pedum cum suo vapore & calore venenositatem pestiferam magis irritet & velut animer, nec ex capite aliquid subtrahere queat, penitus ab ea erit abstinendum.

*Sextum Symptoma.***VIGILIA NIMIA ET INSOMNIA**, *dygumia*

Qui provenit ex febrili & pestilenti ardore ; unde unguentum somniferum præscriptum est in officinis bona copiâ in hoc casu, aut usurpari potest illud quod sub literâ T. est insignitum : quo illini debent tempora, carpi manuum, volæ manuum & plantæ crurum, ut & genu. Quin imò & Emplastrum confert, ex rad. altheæ cotusæ, parte una, & tertia parte pap. alb. cum lacte papav. quod & aqua solani præparatum est. Illud fronti applicetur : Syncipiti v. aut vertici idem imponi debere mihi non placet ; sed periculosum & noxium videtur. Quia vapores & fumi è futuris maximè exhalantes ob frigus pharmaci repelluntur, cerebrumque magis lædunt & turbant.

*Septimum Symptoma.***EST DELIRIUM.**

Quod si calor nimius pestilens & febrilis caput inquietudine & vigiliis ita debilitavit, ut homo desipere incipiat, æger curandus est, ut in aliis febribus ardentib. fieri solet ; valdè verò periculosum est hoc symptoma : Quod si n. delirium à pestilentibus vaporibus & fumis in cerebro natis aut illuc delatis promanat, metù & periculo extimò res non vacat, ut quilibet per se intelligere potest ; Sin autem à febre ardenti cum peste complicata emergat, tantum periculi non subest ; manente tamen eo, quod omnia Symptomata talia graviora longè sint, quàm in simplici peste, Medicamenta igitur hic adhibentur eadem quæ in phrenitide, nisi quod hic appropriata ad venenositatem misceantur.

*Octavum Symptoma.***FAUCIUM INFLAMMATIO ET PLEURITIS.**

FAuces inflammatas & anginas internas Chirurgi experti probè curare norunt ; Pleuritidi autem occurritur potiuncula.

Rec. ʒij Olei amygd. dulc. ʒj pulveris. dent. apri, aut unicornu 20. grana cardui Mariæ quibus superfundantur 4. cochl. aq. cardui benedicti,

quæ cum probe inter se comista patienti potanda una vice exhibentur.

*Nonum Symptoma.***STILLICIDIUM SANGUINIS NARIUM.**

ID quod accidit, si febres synochi putridæ pesti adhæreant implicatæ, ubi & maculæ seu petechiæ frequentiores & luculentiores sunt ; quam si
fin

sine his pestis sola grassatur. Ubi eadem curandi methodus, & in vomitu. Si post sanguinis fluxum è naribus levamen aliquod in capite sentiat æger; & etiam reliquo corpore se melius habeat; benè est, & fluxui viam permittat, non tamen continuam, præsertim si vires labasci sentiat: Hic enim sistendus est sanguis, (qui spirituum vehiculum est,) sive in initio fiat, sive post sudorem finitum. Ad quod confert, pulvis P. cujus & supra mentio facta est. Item Terræ Turcicæ, aut Pauli, ʒij ex aqua plantag. haustæ. Nec non terra sigill. bolus arm. & terra sigil. Silesiaca, Extus ad nares adhibentur acetum, in quo dissolutum sit Opii Theb gran. unum aut alterum: Item adhibeatur acetum rosaceum frigidum, & circa frontem adhibetur emplastrum de calce aut gypso, succo agrestæ & lacte pap. alb. Quod si hæmorrhagiarum plenè sisti non possit, Theriacæ venetissimæ ʒj. assumi jubetur, aut Laudanum Theophrasti, si in promptu sit; cujus dosis gran. iij aut 20. cum paucis rob. rib. aut berb.

Et hoc est consilium, quod ad grassantem jam pestem in patriæ, Reipubl. civium commodum, quantum experientia observare potui, dedi, illudque publicè publicæ utilitatis causa editum volui; nec dubito, quin si ista remedia fideliter & dextrè adhibeantur, & consilio isto meo locus fuerit relictus, DEUS Pater misericordiæ pestem sit depulsurus & pharmaca benedicturus, Quod ut idem faciat, eundem juxta cum omnibus piis & firmiter in ipsius Filium nostrum Mediatorem & intercessorem credentibus seriò & humiliter oro,

Sequuntur medicamenta.

Recip. Flor. lavendula ʒij

Ros. Rubear. ʒjs

Majorana

Serpilli ā. ʒß

Violarum ʒj

Stæchad. Arab.

Spica nardi

Basilicon.

Cort. citri ā. ʒß

Schœnanth.

Macis ā. ʒij

Santal. omnium ā. ʒjs

Campora ʒijs

Herb. mentha

Mmm

Pule-

Pulegii

Rutha ā. Mß

Cypero rot. ʒß

Ocymū ʒiij

Moschi gr. viij

Fiant noduli Odorati.

S. Püschel A.

*Recip. Spet. iam prascriptar.
sine moscho.*

F. noduli pond. ʒiijss

S. Püschel B.

Recip. Arsenici albi ʒß

Auripigmenti ʒij

Camphora ʒx

Euphorbii ʒiij

Croci ʒi

Diptami albi ʒjs

*Cum aq. rosar. & gum. Tragag. F. pasta ex qua formentur Trocisci
ad formam communem.*

Recip. Rad. Ostrutii

Angelica

Mex ā. q. f.

*F. Pulvis, cui incorporentur Trocisci prascripti & ligentur in dupli-
ci sacculo.*

S. Herkſtücklein C.

Recip. Extracti Angelica

Rutha ā. ʒiij

Ol. Angelica

Citri ā. ʒij

Mß. f. liniment.

S. Nasensalblein D.

Recip. Cori. citri

Rad. Ireos ā. ʒjs

Zedo:r.

Angelica ā. ʒiij

Lig. aloes

Macis ā. ʒj

Rosar. rub. ʒij

Mithridatii ℥ij
Sacchari alb. ℥iss
Moschi gr. xvj
Cum mucilag. Tragag.
f. Trocisci sublinguales.

S. Mundtuchlein E.

Recip. *Baccar. juniperi* lbij
Lauri ℥iiij
Thuris ℥ij
Thymiana ℥ij
Ladani
Storacis calamit. ā. ℥ij
Assæ dulcis ℥ß
Fol. Lauri
Ligni Guaiaci ā. ℥iijs
Myrrha
Aloes comm. ā. ℥ij
Majorana Mij
Mis. f. pulvis grosso modo.

S. Rauchpulver F.

Recip. *Boli orientalis in aq. scabios. præp.* ℥j
Succini albi præp. ℥ß
Cornu cervi usti præp. ℥ijs
Off. de corde cervi n. LX.
Macis
Spet. liberantis ā. ℥ij
Sem. Citri
Card. bened. ā. ℥iiij
Corall. rub.
Margarit. præp.
Hyacinth. præp. ā. ℥ij
Conser. rosar.
Borrag. ā. ℥v
Fol. auri n. X.

Sacchari in aq. Cinamom. & rosar. dissol. lbj
F. Confect. in Morsulis.

S. Morsellen G.

Mmm 2

Recip.

Recip. Extract. Zedoar. ʒj

Essent. margarit.

Corall. rub. ā. ʒß

Ol. cinamomi gt. ij

Sacch. alb. soluti in aq. Card. bened. ℥j

F. Confect. in rotulis.

S. Ruchlein H.

Recip. Extract. angelica ʒij

Elenii ʒj

Terra sigill. files.

Boli ex Toccaya ā. ʒij

Corall. rub. prap. ʒß

Ol. fœnic. gt. ij

Sacch. albiss. soluti in aq. angelica ℥j

F. Conf. in rotul.

S. Ruchlein I.

Recip. Rad. angelica

Tormentill.

Morsus diaboli

Petasitidis ā. ʒvj

Rad. & herb. pentaphyll. Mß

Fol. scordii

Cardui bened. ā. Mß

Fumaria Mj

Calendula

Scabiosa ā. Mß

Borrag.

Buglossa ā. Mjs

Acetosa Mj

Sem. citri excort. ʒß

Croci oriental. ʒij

Conser. acetosa ℥ß

Theriaca Veteris ʒvj

Incid. & contund. herba & radices add. salis Mjs.

Postea affund. aq. Card. bened.

Scabiosa ā. ℥ijs

Acetosa ℥j

Aceti acerrimi ℥ijs

Stent per noctem in loco calido in infusione, manè fiat destillatio per cineres, in qua infund. in nodulo.

*Zedoaria ʒiij
Camphora ʒij
Crocī oriental. ʒj*

F. Aqua Theriacalis.

S. Schweißwasser K.

Recip. Terra sigillata vera

*Boli armeni
Cornu cervi usti
Margarit. prap. ā. ʒiiij
Rad. diptami albi
Tormentina
Zedoaria ā. ʒjs*

Sem. acetosa

Citri ā. ʒj

Camphora ʒij

Antimon. diaphoret. ʒj

Mis. F. Pulvis Bezoarticus.

S. Gistpulver L.

Recip. Scordii pul. ʒij

Card. bened. pul. ʒß

Terra sigill. files. ʒijs

Cornu cervi usti ʒjs

Nuc. vomica. ʒiiij

Salis absynth.

Card. bened.

Angelica ā. ʒij

Antimon. diaphoret. ʒß

Aq. Card. bened.

Scabios. ā. ʒbj

Aceti litor. convall. ʒiiij

Theriaca Andromachi ʒijs

Mis.

S. Schweißwasser M.

Recip. Margarit. prap. ʒj

Corall. rub. prap. ʒvj

Succini albi prap. ʒij

Mmm ʒ.

Lig.

Ligni aloes ʒjs

4. Lapid. preciosor. præp. ʒij

Lap. Bezoart. orient. gr. xv

Off. de corde cervi n. x.

Fol. auri n. iiij

Pulv. subtiliss. cujus drachma una misceatur cum aq. Card. bened. ʒvj

S. Herkswasser N.

Recip. Cornu cervi usti ʒiiij

Off. de cord. cervi n. vj

Santali citrini ʒiiij

Corall. rub. præp. ʒj

Mis. f. pul. subtiliss.

Cujus etiam ʒj Misc. cum ʒv. vel vj. aq. Card. bened. & acetosa.

S. Herkswasser O.

Recip. Flor. rosar. rub. Mjs

Borrag.

Nymphaea

Buglossa

Violarum a. Mß

Anthos piij

Melissa Mß

Santali citrini odorat. ʒijs

Ligni aloes ʒj

Cort. citri pulveris. ʒij

Ex omnibus minutissime contusis.

Fiant sacculi parvi pro pulsibus & Corde forma decenti.

S. Herk und Puls - Säcklein Z.

Recip. Aq. rosarum

Card. bened. ʒv

Nymphaea ʒj

Spec. rosar. ʒij

Spec. cordial. temperat. ʒijs

Santali odorati ʒj

Aceti vini ʒjs

Vini malvati. i ʒj

Mis. f. Epithema.

S. Pulswasser X.

Recip.

Recip. Aq. Borraginis

Melissa

Rosarum ā. ℥iiij

Santali citrini 3℔

Spec. cordial. ℥ij

Aceti Iuniperini

Rosacei ā. 3js

Mis. F. Epithema.

S. Pulßwasser T.

Recip. Flor. Rosar. rub. Mj

Violarum

Nymphaea

Anthos ā. Mß

Santali citrini pulv. 3ij

Zedoaria 3j

Macis 3ß

Mis. F. pulvis, & fiant noduli, qui immergantur aq. ros. odoratissima & nonnullis admisceatur Aqua ex santalis & S.

Rauchpüschel AA.

Recip. Balsami ex citro 3js

Unguenti rosati mesuei 3j

Theriac Venet. 3j

Ol. succini gr. iij

Mis. f. linimentum.

S. Hertsälblein BB.

Recip. Ung. Ros. Mes. 3j

Theriac opt. 3j

Extract. zedoar. 3ß

Mis.

S. Hertsalbe CC.

Recip. Herb. Malva

Endivia

Borrag.

Acetosa ā. Mjs

Rad. petasid. 3℔

Coq. in s. q. aq. pro ℥ij

In Colat. dissol.

Elect. lenitivi

Dia

Diacathol. ā. ʒß
Mell. violacei ʒiij
Ol. rosac. ʒß
Mis. f. Enema.
S. Clystier V.
Recip. Sang. Draconis
Lap. Hematit.
Corall. rub. prap.
Sem. portulacæ ā. ʒj
Margarit. prap. ʒiiij
Balaustior. ʒij
Boli Armeni veri vel Tocajani ʒij
Mis. F. Pulvis.
S. Pulver P.
Recip. Myrobal. Citri ʒs
Passular. ʒiij
Sem. acetosa ʒj
Coq. in s. q. aq. plantaginis pro ʒiiij
In quibus dissol.
Rhabbarbari electi
Pulveris. ʒj
Syr. ex rosis siccis ʒvj
Mis. f. haustus.
S. Trāncklein Q.
Recip. Iuris raphani cocti ʒiiij
Ol. commun. ʒjs
Syr. acetos. ʒß

Mis.
S. Brechtrāncklein S.
Vel sic fiat.
Recip. Aq. Card. bened. ʒiijss
Vitri Antimon. gr. ij
Syr. acetos. simpl. ʒvj
F. Infus. per noctem.
S. Brechtrāncklein S.
Recip. Ol. Chamomel.
Amygdalar. dul.
Scorpion. ā. ʒj.
Nitri pulverisati ʒiij
Aq. flor. sambuci ʒiiij
Decoq. ad consumpt. aquositate &
Dehl R. (fig.)
Recip. Ungt. populeon. ʒs
Ol. violar.
Nymphaea
Mandragor. ā. ʒij
Nuc. mosch. expr. ʒj
Garyophill. gt. iij
Opii veri gr. viij
Croci gr. vj
Cum pauca cera
F. Linimentum.
S. Schlaf-Sälblein T.

FINIS.



INDEX.

INDEX.

RERUM NOTABILIVM IN HOC CONSILIO- RUM LIBRO CONTENTARVM.

A Ceti rutacei vis in sistendis ca- tharrhis ad pectus fluen- tibus. 213.	Aqua bezoartica. 253.
Acida lae corrumpunt. 144.	- - cephalica contra Epile- psiam. 115. 121. 124.
Acidularum usus. 327.	- - cerasorum descriptio. 123.
Aër nimis calidus vitantus in cura epilepsiæ. 143.	- - chalybis utilis in melancholia hypochondr. 289.
Aloes & Agaricus venas aperit. 9.	- - ex floribus raporum utilis in asthmate. 210. 214.
Althææ pulvis egregius in Renum calculo. 361.	- - prophylactica contra apople- xiam & epilepsiam. 123.
Alvi profluvio in febribus malignis quomodo succurendum. 272.	- - Sudorifera. 121.
Alvus in melancholia hypochondr. semper debet esse fluida. 51.	Aquæ aureæ descriptio. 124.
Ambra valde conducit cerebro. 54.	Aromata locum non habent in epi- lepsiæ cura. 143.
Anginæ quomodo succurrendum in febribus petechialibus. 270.	Arthriditis causæ. 401.
Antidotum in epilepsiæ curatione. 120.	Astmatitis causæ. 202.
Anxietatis & lipothymix causa in melanch. hypochondr. 41.	Atrophia & capitis dolor ab in ca- lescentia venarum mesaraica- rum. 15.
Apophlegmatismus ad capitis ex purgationem. 126.	Aurum diaphoreticum in epile- psia. 111.
Apozema purgans in epilepsia & M. H. 78. 97.	Balsamo succini inungendæ sunt na- res in paroxismo epilept. 142.
Aqua aluminosa & falsa ad pedum tumorem. 301.	Betæ succus naribus attractus pitui- tam elicit. 127.
- - antepileptica. 102. 148.	Bezoar lapis egregie Sudorem pro- vocat. 265.
	Bezo-

INDEX

Bezoarticorum medicamentorum virtus & natura in quibus con- sistat. 6.	Causa efficiens motus depravati pulmonis. 201.
Bolus alvum laxans. 16. 23. 142. 313.	- - epilepsiæ ab utero. 109.
- - in epilepsi. curat. 117.	Causæ ventriculi coctionem labe- factantes. 36. 37.
- - præservatio. apoplex. 153.	- - epilepsiæ quot. 128.
- - in melanch. hypochondr. 64.	- - gravioris vel mitioris paro- xysmi in melancholia hypochondr. 38.
Brassicæ quid succus prodest. 127.	Cerotum in epilepsia. 100. 107.
Capæ humectant & cale faciunt ven- triculum. 348.	- - stomachale. 70. 303.
Calculi in renibus mesaraicis reperti. 39.	- - in diabete. 354.
- - in renibus generatio un- de. 355.	- - pro bregmate. 304.
- - materia quænam. 357.	Chalybis malignitas. 19.
Caput mult. flux. causa. 187.	Chrysolitus lapis ad curandos me- lancholicos. 229.
Capitis corroboratio. 128.	Chylus corruptus causa epilepsi. 141.
Caponis decoctum. 79.	Claretum in melancholicum hypo- chondr. 19. 20.
Carnes licentiosè non comedendæ. 211.	- - Antepilepticum. 98. 99.
- - in melanch. hypoch. 56.	Clyster in dolore capitis. 5.
Caro turtorum & passerum comesta adversatur comitiali morbo- Sive epilepsiæ. 113.	- - in melanch. hypochondr. (51. 70. 74. 80.
Cataplasma ad expectorandam ma- teriam. 211.	- - liniens in epil. 120. 141. 129.
- - in maturando tubercu- lo crudo pulmo- num. 220.	- - in hydrope. 318.
- - ex cancri in sedando dolore nephriti- co. 359.	Clysteres domestici. 51. 341.
- - adstringens in dysente- ria expertum. 309.	Cochlearia incidit crassum sangui- nem. 182. 363.
Cauteria in cruribus & brachiis ad curandam epilepsi. 133.	(ad) Coitum quæ necessaria. 366.
- - in asthma an conveni- ant. 203. 204.	Conditum in elepsia. 92. 100. 143.
Causa calculi in renibus. 37.	- - in mel. hypochondr. 68. 78.
	- - confortans stomachum & epar. 183.
	Confectio in atrophia, capitis gra- vitate. 15.
	- - in præservat. epil. 147.
	imbecilli visione. 175.
	Confortativum hepatis lienisq; 29.
	Cor-

RERUM NOTABILIMUM.

Corroboratio capitis in.	128.	Electuarium confortativum in a-	
Conserva confort.	68.	peps. ventr.	295.
Conspicillorum usus qualis.	178.	- - in febre hectica.	240.
Crocus sedat valde dolorem.	419.	- - stomachicum in melanch.	
Crurum difficult. motus causæ.	28.	hypoch.	29.
Cucupha capitalis.	162.	- - epaticum & spleneticum in	
Cucurbitularum usus in renum cal-		melanch.	29.
culo.	360.	- - contra morbum caducum	
Curatio febris malignæ.	262.	sive epileps.	114. 123.
- - paroxysmi epileptici.	105.	- - leniens in epilepsia.	122.
- - alexipharmacum.	65.	- - antepilepticum roborans.	
Decoctum ligni quajaci. 6. 61. 65.		(133. 147. 134.	
(124. 132. 133.		- - chalybis præparans & pur-	
- - in cephalæa,	10.	gans.	316.
- - caponis.	79.	- - laxativum in imbecil. &	
- - in epilepsia. 102. 114. 133.		obst. lienis.	329.
(142. 143.		- - in diabet.	354.
- - lignorum in melanch. hy-		- - ad coitum.	347.
pochondr.	79.	- - lenitiv. in melanch. hypo-	
- - = profiti.	11.	chondr.	49.
* - Sudoriferum pro potu		- - corrob.	147.
ad sudor. ciend.	125.	- - confortativum in præser-	
- - sassafr. cum quajaco.	179.	vat. apoplex.	155.
- - ad Tussim & asthma.	197.	- - in atrophia capitis gravi-	
- - in asthmate.	207.	tate ac.	16.
Defluxionis ad oculum fons &		- - in melanch. hypoch.	69.
origo.	163.	- - nocturnum in epileps.	122.
Diæta nutricum in curatione infan-		Elixyr confortans caput & stoma-	
tulorum epilepticorum.	143.	machum in M. H.	80.
- - qualis in febrib. malignis.	276.	Emplastrum stom. in melanch. hy-	
Digestivum in epilepsia.	129. 130.	poch. antepil.	100.
Dislocatio uteri quomodo cure-		Enema emolliens in præservazione	
tur.	389. 393.	apoplex.	153.
Doloris causa quænam.	184.	- - in epilepsia.	120. 129. 146.
- - hæmorrhoidum quibus se-		- - flatus educens ac disc-	
detur.	346.	tiens.	302.
		- - abstersivum in dysente-	
		teria.	307.
		Ene-	

INDEX

Enema in melanch. hypoch. 51. 70.	Haustus evacuativus in dysenteria
(74. 80.	prorobust. 307.
- - in præservat. apoplex. 153.	- - aperitivus & purgativus in
Epilepsia per consensum ex utero.	hydrophe. 320.
(109.	- - sudoriferus in epileps. 146.
Epilepsiæ causæ. 128.	- - ex gaujaco in prof. apoplex.
Epilepticæ materiæ duplex sana-	(157.
tio. 97.	Hæmorrhoidum apertio utilis in me-
Epithema cordis & epatis. 266.	lanch. hypochondr. 61. 74.
Errhinon ad cerebri expurgatio-	- - dolor quomodo sedand. 346.
nem. 126.	Hæmorrhagiæ quomodo occurren-
- - in epilepsiæ curatione. 133.	dum in febribus malignis. 274.
Extractum cardui. 20.	Hermetici melanchol. hypochondr.
Febres lenticulares an veteribus	morbum ☿ ☉ laris præcipita-
cognitæ. 257.	ti vocant. 71.
Febrium lenticularium essentia &	Hydromel in epilepsia. 104.
causæ externæ. 258.	Hydropis curatio, quæ requirat. 315.
- - malignarum causæ & Si-	Hypochondriacæ melanchol. causæ
gna. 246.	& generationis modus. 395.
Flores verbasci utiles in dysente-	- - signa. 337.
ria. 210.	Imaginationes depravatæ causa in
Fotus in obstructione lienis. 345.	melanchol. hypochondr. 39.
- - pro intestinis. 421.	Impotentia venereæ causæ. 366.
Frictio arduum & docti. 126.	- - venereæ curatio. 368.
Gargarismus in epilepsia. 114.	Indicationes curativæ in melanch.
- - in capitis affectu utilis 126.	hypoch. 48. 67. 68. 73.
Glyzericæ frequens masticatio utilis	- - curativæ in astmate. 203.
in renum calcul. 361.	- - curativæ in renum calculo.
Gaujacum potenter incidit. 6.	(359.
Gaujaci ligni decoctum. 6. 61.	Ira & terror in vertigine vitanda. 87.
(65. 124. 132.	Iulapium purgans in mel. 24. 25.
- - usus quam diu continuandus	Lac chalybeatum in dysenteria
in morbis chroni-	utile. 307.
cis. 151.	Lapis bezoar egregiè sudorem pro-
- - an destillandum vel co-	vocat. 265.
quendum. 151.	- - in vesica tauri repert. &c. 103.
Haustus purgativus in epilepsia 129.	- - chrysolitus prodest in melan-
- - aperitivus. 296.	chol. 229.
	Lie-

RERUM NOTABILIVM.

Lienis ufus qualis.	334.	Medullæ cervinæ ufus in signis in ne-	
- - cura opt.	333.	phritide.	359.
Lenientia opt. medic. mal. hypo-		Melanch. hypochondr. à spagiricis	
chondr.	49.	morbis ☿ ij ☉ laris præcipita-	
Lignum faffafras appropriatum in		ti vocatur.	71.
capitis affectibus.	6. 178.	- - hypoch. differentia.	33. 34.
- - indicum stomachicum.	61.	causæ.	34. 395.
- - in unct. in epilepfia.	147.	- - hypochondr. fons.	336.
Linctus ori puerorum ingerendus		Mithridatij ufus in melanch. hypo-	
in epilepfia.	142.	chondr.	75.
Linimentum fpleneticum & hepa-		- - in epilepfia.	132.
ticum.	14. 17.	- - in præfervat. apoplex.	157.
- - pro naribus in paraxismo		Mirachialis morbus Avicennæ.	33.
epilepti.	107. 133.	Mixtura fplenetica.	348.
- - pectorale.	211.	- - confortativa.	78.
- - fpleneticum & hepatic.	69.	- - in epilepfia.	92. 101. 118.
(345.		- - ad ling. in epilepfia.	147.
Lohoch.	160. 196. 197. 209.	Morfuli capitales in vertigine pro-	
Lotio capitis cum herbis capitalibus		fliganda.	88.
in epilepfia.	92. 103. 127.	- - in capitis gravitate.	17. 162.
- - pedum in epilepfia per con-		- - in melanch. hypoch.	31. 32.
fenfum ex utero.	111.	(79. 343.	
Lumen juvat expulfionem materiæ		- - antepileptici.	122.
in epilepfia.	144.	- - cephalici corroborant.	155.
Macularum in febribus lenticularib.		(351.	
differen.	259.	- - contra marafmum.	246.
- - in febribus malignis quid por-		- - in præfervat. apoplex.	156.
tendant.	251.	(351.	
Magifterium cryftallorum contra		- - confortantes.	372.
morbos tartareos.	333.	- - ad corrigendam impoten-	
Majorana pituitum blandè expur-		tiam veneream.	375.
gat.	127.	Mofchus valde confert capiti con-	
Maficatorium ad cerebrum expur-		fortando.	54.
gandum.	126.	Motus in ordinati caufa in melanch.	
Materia calculi quænam.	357.	hypochondr.	40.
Mathioli descriptio fpiritus ex an-		Nephritis unde generatur	355.
tidoto.	111.	- - curatio.	355.
		N n n 3	No

INDEX

Nodulus capitalis purgans in vertigine.	87. 89.	Pedum tumori confert aqua aluminosa & salsa.	301.
- - purgans in atrophiam & capitis dolore.	17.	Penis cur interd. non erigatur.	366.
- - aperitivus & laxativ.	183. (385. 399.	Pessarium saccharinum ad coitum	373.
- - alterans, attenuans & purgans in asthma.	226.	Pillularum de Nitro usus egregius in capitis affectionibus.	5. 133.
- - ad obstructionem lienis.	(329. 397.	- - caput purgantes.	14. 17. 88. (132. 149. 155. 159. 161. 162.
- - ad cerevisiam.	14. 184.	- - utiles in epilepsia.	99. 114. 118.
- - laxativus cum vino in epilepsia.	90.	- - nocturnæ in curatione epilepsiae.	134.
- - in atrophiam, &c.	17.	- - antinephritica.	346.
- - pro lotionis capitis injiciendo in lixivium.	103.	- - in præservat. apoplex.	155.
- - pro lotionis capitis.	92.	- - in vertigine & spasm.	87.
Nutritionis frustrata causa.	436.	- - in melanch. hypoch.	23. 26. (50. 54.
Oleum stilat. castorei utilissimum in epilepsia.	142.	- - montani.	99.
- - salviae, auribus indendum in crura epilepsiae.	145.	- - pro nutrit.	142.
- - vitrioli, mire sistit sputum sanguinis.	219.	Pinguia flatus generant.	369.
- - stomachicum in hypoch. & Tum. splen.	343.	Pistacia ab Avicenna dicta epatis theriaca.	63.
- - cordiale in impotentia aphrodisia.	371.	Passulae purgantes.	77.
- - ad tumorem varicosum scroti.	373.	Potio purgans succum melancholicum.	183.
- - ad suduram.	148.	- - cathartica in melancholia hypochondr.	67. 68. 69.
Olivæ hispanicae sunt spleneticae.	348.	- - conveniens in cura morbi caduci.	114. 122.
Parietariae usus insignis in nephritide.	359.	- - purgans in epilepsia.	130. 143.
Paracelsi descript. pro lotionis pedum.	111.	- - pectoralis.	221.
		- - purgans.	193.
		- - aperitiva.	296.
		- - abstersiva, in dysenteria.	306.
		- - sudorifera in hydrope.	320.
		- - vulneraria.	435.
		Potiuncula in melanch. hypoch.	69.
		Præservatio paroxysmi epilept.	145.
		Pro-	

RERUM NOTABILIMUM.

Pognosis in epilepsia per consensum stomach.	141.	Rotulæ in tussi & sanguinis sena- tu.	217.
Pulvis antepilepticus.	91. 101.	Rubedo oculorum.	163.
- - dentis piscis rosmar. dicti uti- lis in epilepsia.	142.	Ructuum acidorum causa in melan- chol. hypochondr.	41.
- - cephalicus.	165.	Ruta aceto trita, nares fricandæ in epileps.	142.
- - in melanch. hypoch.	31.	Sacculus appensus collo, curat epi- lepsiam.	142.
- - pepticus in melanch. hypo- chondr.	54. 65.	- - purgans.	4.
- - in epilepsia.	104. 147.	- - cordialis.	372.
- - epatis ranarum confert. epi- lepsiæ.	106.	- - ad cerevis in Erysipelat fa- cie, &c.	14.
- - ophthalmicus in continua ad oculos defl.	165.	Salivæ multæ excretiones causa quæ- nam in melanch. hypoch.	42.
- - bezoarticus.	252.	Sassafras confortativ. capitis.	178.
- - adstringens in dysenteria	308.	Sapo peculiaris.	92.
- - spleneticus.	349.	- - pro lotionem manum.	103.
- - capitalis.	352.	- - cephalicus.	215.
- - contra calculum.	361.	Scopi curativi in mel. hypoch.	48.
- - venerem stimulan.	376.	Scutum stomachale.	55. 66. 70. 81.
- - in atrophia.	17.	Semen præoniæ tritum exhibendum in paroxismo epileptico.	142.
Purgantia valida in initio curæ me- lanch. hypoch. vitanda.	49.	- - cur quandoque in coitu non excernatur.	367.
Rotulæ capitales. 7. 11. 15. 51. 65. (88. 89. 148. 156. 255.		Seri lactis damna.	20.
- - pro præservatione paroxismi hypoch.	30. 31. 51. 65.	- - caprini utilitas in contempe- rando calore hyp.	50.
- - contra lipothymiam.	30.	Signa melancholiæ hypochondr.	38.
- - antepilepticæ.	92. 102. 105. (106. 147. 148.	- - epilepsiæ per consensum à cruribus.	94.
- - pectorales.	160. 209. 212.	- - antecedentia febres mali- gnas.	259.
- - caput confortant.	352.	- - prognostica earundem fe- brium.	260.
- - venerem stimulant.	375.	Sinapismus in epilepsia.	100.
- - in cephalæa & cathar.	11.	Sin-	
- - contra vertiginem.	89.		
- - in præserv. apoplex.	156.		
- - ad asthma.	197. 209.		

INDEX.

Singultui in febribus malignis quomodo occur.	274.	Syrupus magistralis in obstructione lienis.	338. 338. 399. 399.
Sitis in febribus ardentibus quomodo profligando.	271.	- - antinephriticus.	360.
Somni materia sunt benigniores fumi.	73.	- - parientariæ & glyzerizæ insignis in curando calculo & arenulis expellendis.	361. 362.
Somnus diurnus improbatur.	227.	- - in præservat. apoplex.	155.
Sopor quomodo corrigendus in febribus malig.	270.	- - in epilepsia.	130. 131. 132.
Species pro coct. cap.	79.	- - in melanch. hypoch.	31.
Spiritus ceraforum laudatur in vertiginæ & epilepsia.	142.	- - in marasmo curando.	243. (256.
- - antepilept.	103. 106. 111.	Tabulæ ad venerem stimulant.	375.
- - sulphuris insignis virtutis in asthmate.	213.	Terror & ira sumopere vitanda in vertigine.	87.
Splenetica medicam. quænam.	310.	Theriaca epatis Avicennæ.	63.
Stomachicum.	70.	Thermæ quomodo profunt in cephalæa & cath.	9.
Succus pituitosus ac melancholicus non prorsus à causa morbi caduci excludendus.	128.	- - carolinæ lentum ac frigidum succum consumunt ac calesfaciunt ventriculum.	9.
- - expertissimus in melanchol. hypochondr.	31.	- - carolinæ quomodo utendæ an in tumore flatulento conf.	322.
Sudoriferus haustus in epileps.	146.	- - in melanch.	28.
- - ex decoct. gaujaci.	157.	Thermarum earundem in commoda in melancholicis.	8. 9.
Suffimigium in tenesmo.	310.	Tortari virtus.	332.
Suffusionis causa.	177.	Tragæa in melanch. hyp.	27. 65. 76.
Suppositorium anodynum in dysenteria.	310.	- - in melanch.	27.
Symptomata melanch. hypoch. non in omnibus sunt eadem.	44.	- - stomachalis in atrophia & 18.	
Syrupus ad evacuandos humores adustos in melanchol. hypochondr.	3. 24. 53. 63. 64. 78.	- - in Epilepsia sive pulvis pepticus.	147.
- - longus purgans.	154.	- - ad ardorem ventriculi.	297.
- - purgans antepileptic.	97. 98. (119. 130.	Trochisci pro fumo in melanchol. hypoch.	76.
- - concoquens materiam pituitosam in asthmate.	204.	- - pro fumo in impotentia aphrodisia.	372.
		Tro-	

RERUM NOTABILIU M.

Trochisci pro fumo in impotentia decumbendi.	387.	Vinum Ketzschbergicum noxium epar calidum habendibus.	83.
Venerem languidam stimulantia.	368.	Vinum Laxativum.	87.
Venæ sectio in melancholia hypochondr.	61. 67. 74.	Vinum Medicatum Murali præp.	319.
- - quandoque necessaria in curat. epileps.	130.	- - Erasti purgans.	316.
- - periculosa in malignis febribus.	267.	Virga in coitu cur interdum non erigatur.	366.
- - in nephritide quando & quomodo instid.	359	Visionis modus qualis.	167. 169.
Ventriculus frigidus comes epatis calidioris.	298	Vitrioli olei usus in hæmoptosi sistenda.	219.
Ventriculus causa primaria cephal.	9.	Vita ad confortationem visus.	176. 177.
- - mali melanch. hypochondr.	58.	Ulcernum dysepuloticorum curatio.	427.
Verbasci florum usus in dysenteria.	310.	Ulcus Sinuosum.	427.
- flores sedant dolorem hæmorrhoidum.	346.	Unguendum pro rimis labiorum.	15.
Vesicatorium in epilepsia per consensum.	91. 100. 108.	- - stomachale.	55. 81.
- - affectibus oculorum ex deflux.		- - epaticum.	69. 156.
Victus ratio quæ servanda in melanch. hypondr.	56. 57. 62. 71.	- - renum refrigerans.	156
- - in epilepsia.	103. 104. 113.	- - refrigerans pro hepate.	303.
- - qualis instituenda in febr. malig.	276.	- - in hydrope.	317.
Vigiliæ quomodo corrigendæ in febribus malig.	269.	- - - obstructione lienis.	331.
		- - nephriticum.	356.
		- - ad varicorum tumorem scroti.	373.
		- - digestivum.	429.
		Unguentum pro præservat. parox. epil	148.
		- - splen. & hepat. in præservat. apoplex.	156.

INDEX RERUM NOTABILIU M.

Vomitioni nimius in febribus ma-	Ufus ligni tormina gignit.	152.
lignis quomodo.	273.	
Urinæ Signa.	60.	- - thermarum carolinarum
Succurrendum.		qualis.
Urinarum tenuium & albarum it.	Uteridis locatio quibus medicamen-	295.
acrium causæ.	34.	tis curanda.
		389. 390.

FINIS.



